vt &c.ſ.e.l.j.j.rñ. At Mȩuio nihil relegauit, vt ſtatim innuit, quòd ſi Mæuius, &c. & quòd dicit partem, non dicas dimidiam, ſed totius. tunc enim perinde eſſet ac ſi legatus eſſet totius fundi vſuſfructus vni, alteri dimidia. & hoc propter concurſum: vt. C. de lega. l. cum quæſtio. dicam igitur partem dimidiã eius quod amitteret, id eſt quartam totius.

an viderentur coniuncti.[a] Et ait, ſi quidem Titius amiſerit, totum ſocio[b] adcreſcere. quòd ſi Mæuius amiſiſſet,[c] non totum adcreſcere: ſed partem ad eum,[d] partem ad proprietatem redire. quæ ſentẽtia habet rationem. neque enim[e] poteſt dici, eo momẽto quo quis[f] amittit vſumfructũ & reſumit,[g] etiam ipſi quicquam ex vſufructu[h] adcreſcere.[i] Placet enim nobis, ei qui amittit[k] vſumfructum, ex eo quod amittit nihil adcreſcere.

Quidquid perſonæ cohæret, morte finitur. hoc dicit iſte. §. Bal.

Morte quoque amitti vſumfructum, non recipit dubitationem: cum ius fruendi morte extinguatur, ſicuti ſi quid aliud quod perſonæ cohæret.[l]

IIII. MARCIANVS *libro tertio Inſtitutionum.*

SI legatum vſumfructum legatarius alij reſtituere rogatus eſt, id agere prætor[m] debet, vt ex fideicõmiſſarij perſona magis quàm ex legatarij pereat vſuſfructus.[n]

a *Coniuncti.* poſt amiſſionem vſusfructus, & reſumptionem partis eiuſdem. Azo.

b *Socio.* i. totam portionẽ Titij. Titius tamen ſtatim etiã in momẽto portionem reſumit quã teſtator ei repetiit. vel dicas quòd per mortẽ Titius amiſit: quo caſu nihil reſumit: licèt fuerit repetitus: vt infra eo. l. repeti. j. reſpon. quod non placet. Azo.

c *Amiſiſſet.* poſtquam ſcilicet Titius amiſit, & partem recuperauit. aliàs ſi nõdum Titius amiſiſſȩt: amitteret autẽ primo Mȩuius, & totũ Titio accreſceret. nam antequam Titius amittat, negari non poteſt eũ re & verbis eſſe Titio cõiunctum. Vel dic ſimul cum Titio, id eſt eodẽ tempore vel momẽto per capitis deminutionẽ. Et ad hoc optimè aptatur ſequens ratio, nec enim, & cætera. quare autẽ eo momento non poſſet dici accreſcere, patet: quia qua ratione diceretur ab eo accreſcere, eadem & illi ab iſto: & ita nulli accreſceret. & ſecũdum hoc dic eo momento, id eſt eo caſu. Eſt & alia ratio, quia cum ius vtriuſque ſit in ea cauſa vt recedat, interim ius aliquod per actionem non vindicat: vt infra ſi cert. peta. l. pecuniam. Ratio autem ſequens, placet enim, &c. poteſt referri ad eum caſum quando Titius primò, Mæuius ſecũdò amiſit. patet duobus modis poni caſum per hanc gloſ. Accurſius.

d *Partem ad eum.* quæro quam? Reſpon. certũ eſt quòd id quod amiſit irrecuperabiliter, & accreſcit Mæuio: non debet Titio accreſcere, Mæuio capite minuto: ſed de medietate quam Mæuius amiſit ex ſua perſona, pro parte quam reſumpſit Titius, & ſic pro quarta totius accreſcit ei, pro alia proprietario, & ſic eſt quarta. Quidam tamen dicunt totam medietatem quam habuit Mȩuius ex ſua perſona, accreſcere Titio. ſed quomodo, cum non ſit Mæuio coniunctus re. niſi in eo quod reſumit? & in eis dixiſti non accreſcere. faciebat tamen pro eis ſupra tit. iij. l. interdum. ſed ibi iniuſtè amiſerat, hîc iuſtè. & dicitur prædicta coniunctio durare: vt ſupra ea. l. §. hæc autem.

e *Neque enim.* bene dico partem, non totum: quaſi dicat, ille cui accreſcit in totum pars defecta, talis debet eſſe vt potuerit ei accreſcere omni tempore poſtquam cœperit eſſe fructuarius: vel ſaltem tũc cum eſt pars defecta. huic autẽ non potuit accreſcere cum amittebat, vel cum reſumebat, vel etiam in medio, id eſt antequam reſtituatur. nec enim potuit tunc cum pars eſt defecta. non potuit dico, quod irrecuperabiliter amiſit: nec alius pro eo: quia in eo nullo modo erat alteri coniunctus: ſed in eo quod reſumit, incipit re coniunctus eſſe. Azo.

f *Quo quis.* Titius.

g *Et reſumit.* ſepara literam faciendo repetitionem. nam eſt impoſſibile ꝙ eodem pũcto & amittat & reſumat. nam ita demum reſumit, ſi prius amiſerit: arg. cõtra. ǰ. de noua. ſi Stichũ. §. ſi quis. Sed ibi ponitur tempus pro quodam ſpatio quod plura puncta & horas continet. Et fortè hîc idem dici poſſet. nam & momentum ponitur pro die quandoque: vt. C. de fer. l. omnes. Azo.

h *Ex vſufructu.* irrecuperabiliter amiſſo: id eſt nec ipſe, vt hic: nec alius pro eo, vt ſubiicit.

i *Accreſcere.* ſicut enim Titio vſusfruct. Mæuij in totum accreſcit, quando Titio in repetitione totus eſt legatus: vt ſupra. e.

A §. hæc autem. ita ſi pars dimidia vſusfruct. in repetitione eſt ei legata: quia in medietate eſt Mæuio re coniunctus tantùm: vt ſupra. §. proxi. pro medietate portionis quam amittit Mæuius, quȩ eſt quarta totius, ei accreſcit. & hoc eſt quod dicit, neque enim, & cætera, & ibi, placet enim nobis, &c. ſecundum R.

Repetitio vſusfructus habet locum in vita: & non poſt mortem legatarij: niſi ſit facta commemoratio heredis. Bartolus.

V. VLPIANVS *libro ſeptimodecimo ad Sabinum.*

REpeti poteſt legatus vſusfructus amiſſus qualicumque ratione, dummodo non morte:[o]

B niſi fortè heredibus[p] legauerit.

Si quis[q] vſumfructum ſolum ſerui alienauerit, per quem vſuſfructus ei adquiſitus eſt, dubium non eſt quin vſusfructus per eum adquiſitus retineatur.[r] Rei mutatione interire vſumfructum placet: veluti, vſusfructus mihi ædiũ legatus eſt: ædes corruerunt, vel exuſtæ ſunt.[ſ] ſine dubio extinguitur. an & areæ? certiſſimum eſt, exuſtis ædibus nec areæ nec cementorum vſumfructum de-

C beri. Et ita & Iulianus. Si areæ ſit vſusfructus legatus, & in ea ædificium ſit poſitum,[t] rem mutari, & vſumfructum extingui cõſtat.[u] Planè ſi proprietarius hoc fecit: ex teſtamẽto, vel de dolo tenebitur.[x]

k *Amittit.* irrecuperabiliter. & dic, ex eo, largè. ſic infra de incẽ. rui. nau. l. j. §. j.

l *Perſonæ cohæret.* vt. ǰ. de lib. leg. l. nõ ſolum. §. tale.

SI legatum.] CASVS. Periit vſusfruct. ex perſona illius cui vſuſfruc. eſt reſtitutus, non ex perſona illius qui reſtituit: vt hîc, & idem habes infra de vſufru. leg. ſi quis. Viuianus.

m *Prætor.* qui fideicõmiſſa introduxit: vt inſtitu. de fideicõmiſ. hered. §. j. Accur.

n *Pereat.* vſusfruc. vt & infra eo. ſi legatum. & infra de vſufru. lega. ſi quis vſumfructum.

REpeti poteſt.] CASVS. Vſusfruct. poteſt repeti quocunque modo amittatur, dummodo nõ amittatur morte. [SI QVIS.] Habeo vſumfr. in ſeruo per quẽ mihi quæſitus eſt vſusfru. in fundo. alienaui vſumfruc. ſerui. certè retineo vſumfru. fundi. [REI.] Si legetur mihi vſusfru. ædium quæ poſtea corruerũt, extinguitur vſusfru. adeo quòd nec areæ illius domus vſusfru. debetur. [SI AREÆ.] Teſtator legauit mihi vſumfruc. areæ ſuæ, vel alienȩ. heres vel alius dominus in ea poſuit ȩdificiũ. extinguitur vſusfruct. ſed iſti heredes ſi fuerint extranei, de dolo tenentur, & interdicto quod vi aut clam, ſi non ſint paſſi conſti-

D tuere vſumfr. ædificio ſublato. & h. d. cũ duabus legibus ſeq. Vi.

o *Morte.* rei vel perſonæ. in perſona enim mortui non poteſt repeti legatum: imò pro non ſcripto habetur: vt. C. de cadu. tol. §. j. Accurſius.

p *Heredibus.* & tunc non eundem vſumfructum habebunt, ſed diuerſum: vt infra de verb. obliga. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita.

q *Si quis vſumfructum.* ſcilicet fundi.

r *Retineatur.* idem eſt & ſi partem ſerui: vt. C. de vſufru. inter antiquam. & l. fin. idem & ſi totum: vt infra eo. ſi ſeruo. & ſupra de vſufr. qui vſumfructum. §. fi.

ſ *Exuſtæ ſunt.* ſcilicet in totum: vt inſti. eo. §. fi. & infra de ſerui. vr. præ. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. in fi. & ſupra de vſufru. ſi cui inſulæ. ſed contra. ǰ. eo. l. fundi. & l. ſeq. & l. quid tamen. §. agri. ibi, non tamen, &c. Solu. vt ibi in. l. illa, ſed & eo. &. d. §. agri.

t *Poſitum.* à quocunque.

u *Extingui conſtat.* ſecus etiam in proprietate areæ legata: quia ſi

E redit ad aream, valet legatum: vt. ǰ. de lega. iij. ſi chorus. §. aream.

x *Vel de dolo tenebitur.* in nullo caſu videtur verum quod hîc de actione de dolo dicitur. aut enim iam cœperat vſusfructus, & tunc ceſſat de dolo: quia tunc locum habet interdictum quod vi aut clam: vt infra quod vi aut clam. l. denique. in princi. & argu. infra ad. l. Aquil. item Mela. §. fi. & l. ſeq. & argu. ſupra de dolo. l. & eleganter. §. ſi ſeruum. aut nondum cœperat, quia hereditas nondum erat adita: & tunc ſimiliter datur interdictum quod vi aut clam. Item ex teſtamento: vt ſupra de dolo. l. & eleganter. §. item ſi ſeruum. & infra de aur. & arg. leg. ſi imaginem. Item pro nihilo poneret, extingui. nam ex eo videtur quòd iam cœperat. At hoc reſpon. quatuor modis: vt dicas de dolo, id eſt ex teſtamento nomine doli. Secundo, quia hæc vel illa datur: quia illa ex teſtamento. Tertio dic quòd competat de dolo, ſiue cœperat vſusfruct. ſiue non. nam & ſi cœperat, ceſſat Aquil. quia ædificio non fit res deterior: vt infra ad legem Aquil. ſi

ſeruus

VI. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

SEd & interdictum quod vi aut clam vſufructuario competit:

VII. IVLIANVS *libro trigenſimoquinto digeſtorum.*

NIſi ſublato ædificio vſumfructum areæ mihi ceſſerit, B tempore ſcilicet quo vſusfructus perit tranſacto.[a]

Licèt mutetur forma in acceſſorio, non extinguitur in principali. Baldus.

VIII. VLPIANVS *libro ſeptimodecimo ad Sabinum.*

FVndi vſufructu legato,[b] ſi villa[c] diruta ſit, vſusfructus non extinguetur: quia villa fundi acceſſio eſt: non magis quàm ſi arbores deciderint.

IX. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

Sed & eo quoque ſolo in quo fuit villa, vti frui potero.[d]

X. VLPIANVS *libro ſeptimodecimo ad Sabinum.*

QVid tamen ſi fundus villæ fuit[e] acceſſio? videamus ne etiã fundi vſusfructus extinguatur. Et idem dicendum eſt, vt nõ extinguatur. Non tantùm ſi ædes ad aream redactæ ſint,[f] vſusfructus extinguitur: verùm etiam ſi demolitis ædibus teſtator alias nouas reſtituerit. Planè ſi per partes reficiat, licèt omnis noua facta ſit, aliud[g] erit nobis dicendũ.

Agri vel loci vſusfructus legatus ſi fuerit inundatus,[h] vt ſtagnum iam ſit, aut palus: proculdubio[i] extinguetur. Sed & ſi ſtagni vſusfructus legetur, & exaruerit, ſic vt ager ſit factus: mutata re vſusfructus extinguitur. Non tamen ſi arui vſusfructus legetur, & ibi vineæ ſint poſitæ, vel contra, puto extingui.[k] Certè[l] ſiluæ vſufructu legato, ſi ſilua cæſa illic ſationes fuerint factæ, ſine dubio vſusfructus extinguitur. Si maſſæ vſusfructus legetur, & ex ea vaſa ſint facta, vel cõtra, Caſſius apud Vrſeium ſcribit interire vſumfructum. quam ſententiam puto veram. Proinde & ornamentum diſſolutum[m] aut trãsfiguratum, extinguit vſumfructum. In nauis quoq; vſufructu Sabinus ſcribit, ſi quidem per partes refecta ſit, vſumfructum non interire. Si autem diſſoluta[n] ſit, licèt iiſdem tabulis[o] nulla prætcrea adiecta reſtaurata ſit, vſumfructum extinctum. quam ſententiam puto veriorem. Nam & ſi domus* fuerit reſtituta, vſusfructus extinguitur. Quadrigæ vſufructu legato, C ſi vnus ex equis deceſſerit, an extinguatur vſusfructus quæritur. Ego puto multum intereſſe, equorum, an quadrigæ vſusfructus ſit legatus. Nam ſi equorum, ſupererit in reſiduis. ſi quadrigæ, non remanebit: quoniam quadriga eſſe deſiit:

* domꝰ diruta fuerit, & ex iiſdem cementis tigníſque fue.

XI. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

NIſi alius[p] ante diem legati cedentem ſubſtitutus ſit.

D Mutato miniſterio ex quo dependet effectus, intelligitur res mutata. Baldus.

XII. VLPIANVS *libro ſeptimodecimo ad Sabinum.*

SI cui balinei vſusfructus legatus ſit, & teſtator habitationem hoc fecerit: vel ſi tabernæ, & diætam fecerit: dicendum eſt vſumfructum extinctum. Proinde & ſi hiſtrionis[q] reliquerit vſumfructum, & eum ad aliud

ſeruus ſeruum. §. Viuianus. &. §. ſed & ſi. &. §. ſi ſalictum. &. §. ſed & ſi puerum. &. §. rupiſſe. Eadem ratione nec interdictum datur vt infra quod vi aut clam. ſi alius. §. ſi quis aceruũ. Nec ob. quod de anulo ſubmerſo & de ſimilibus dicitur: ibi enim quod meum eſt, contrectatur: & res quæ mea eſt, mihi abeſt: hîc nihil meum cõtrectatur. Item & alia ratione poteſt ceſſare interdictũ, ſi ponas ædificantem nec fuiſſe prohibitũ, nec ſuſpicatũ fuiſſe ſe poſſe prohiberi, puta ſi bene credebat fructuariũ ignorare vſumfru. ſibi relictum: & ideo eo ſciẽte & patiente ædificabat. Item ſi nõ cœperat vſusfr. multo minus dabitur aliqua prædictarum: & tũc pones verbũ extinguitur, impropriè: vt infra vſusfruc. quemad. ca. l. iij. §. deſinere. & hoc niſi ĩ teſtatoris area ſit relictꝰ. Quartò, vt loquatur ĩ duobus caſibus, id eſt quãdo heres ędificauit in inſula teſtatoris, cuius vſusfructus relictꝰ erat: & tũc datur actio ex teſtamẽto. Item interdictum, ſi prohibitꝰ fecit, vel ſi ſe prohiberi ſuſpicatus eſt, & cœpit eſſe poſtea fructuarij vſusfruc. alias actio ex teſtamẽto tantũ locũ haberet. Item etiam in alio quando alienæ areæ vſusfruct. legatus eſt: & ille extraneꝰ dolo malo, vt vſusfructꝰ deberi nõ poſſet, ædificauit: tũc enim heres nullo modo tenetur: quia in culpa nõ eſt, & liberatꝰ eſt quaſi morte rei: quare & contra extraneum vnicum ſupereſt actionis de dolo auxiliũ. Quod autem ſequitꝰ, niſi ſublato, & cætera, non ideo dicitur vt interdictũ etiam ſi vſusfr. tempore non periit, non competat: ſed ob hoc vt etiam tunc cõpetere dicatur, niſi vſusfructus reſtituatur. Accur.

a NIſi ſublato ædifi. Tranſacto. Alioquin fieret reſtitutio ipſo iure: vt. j. quemadmo. ſer. amit. ſi locus. Azo. Sed quomodo competere poteſt vel de dolo, vel interdictum: cum vna biennio, altera anno tollatur, vt vſusfruct. x. an. & hic dicit finito vſufruct. dari interdictum? Reſpon. loquitur ſecundum leges iſtas quando finiebatur vſusfru. anno vel biennio continuo: & annus interdicti erat vtilis. Accur.

FVndi.] CASVS. Titius legauit vſumfruct. fundi, in quo eſt villa. ſi villa decidat, manet vſusfruct. areæ in loco vbi fuit villa. & hoc ſiue villa fuit acceſſio fundi, ſiue ecõtra fundus fuit acceſſio, vt hortus. tamen hoc eſt ſi villæ & fundi relictus fuit vſusfructus. Viuianus.

b *Legato*. & per conſequens villæ quæ in eo eſt. Accur.

c *Si villa*. mala ratio: vt. j. l. quid tamen. in prin. & ideo ſubaudi, maximè. Accur.

d SEd & eo. Potero. ſupra. §. repeti. 1. rei mutatione. contra. Solu. A hîc habet vſumfr. in ſolo vbi eſt villa: nõ quia villæ, ſed quia fũdi totius quaſi cuiuſdam vniuerſitatis. nam idem eſt vbi omniũ bonorum eſt vſusfru. relictus: vt. s. de vſufr. quotiens. §. ſi. Acc.

QVid tamen.] CASVS. Si domus diruatur cuius vſusfructus legatur, extinguitur vſusfr. Cætera plana ſunt vſque ad. §. in nauis. Si legas mihi vſumfruc. nauis, & per partes refecta ſit, vſusfruct. non extinguitur: ſecus econtra eſt: quia tunc extinguitur vſusfru. quod in domo locum habet. [QVADRIGÆ.] Si in quadriga tua quę quatuor equis ducebatur, mihi vſumfruc. legaueris, & vnus equus deceſſerit, quæritur an exting. vſusfru. in reſiduis tribꝰ equis? Et diſting. aut equorum aut quadrigæ relinquitur vſusfruct. primo caſu remanet in reſiduis: ſecundo caſu non remanet vſusfruc. & cõtinua. l. ſequen. cũ iſta. Viuianus.

e *Acceßio fuit*. eodem caſu repete quo villæ & fundi legauit vſumfruct. vt. s. eod. l. fundi. & eſt fundus acceſſio: vt ſi gratia operis quod in villa agebat, habuit fundum. econtra ſi gratia fructuum fundi habuit villam: vt infra de aur. & argẽ. le. & ſi non ſint. §. perueniamus.

f *Redactæ ſint*. & nullæ aliæ ſunt refectæ.

g *Aliud*. vt non extinguatur. nam quandiu pars etiam minima ſupereſt, etiã in deſtructa habet vſumfruct. vt ſupra de vſufruct. ſi cui inſulæ.

h *Inundatus*. ante mortem vel poſt mortem teſtatoris.

i *Proculdubio*. vt. j. eo. l. ſi ager.

k *Puto extingui*. hoc ideo fortè, quia etiam vinea durãte ſationes ibi fiũt: vnde quaſi nõ ſit forma mutata, non perit vſusfru. quaſi magis in ſolo ſit vſusfruc. quæſitus: vt j. de ſerui. ruſti. prædi. l. certo. in ſilua autẽ non fiunt E ſationes: vnde ſi fuit cæſa, & fiant ſationes, rei mutatione extinguitur vſusfructus: vt hîc ſubiicit.

l *Certè*. vel aduerbium, vel nomen.

m *Diſſolutum*. id eſt diſſolutio ornamenti. Accur.

n *Diſſoluta*. tota ſimul. Accur.

o *Licet eiſdem tabulis*. mutato conſilio. nam ſi ea mẽte vt reficiatur, diſſoluta ſit, rurſus compoſita eadem eſſe incipit: quæ diſtinctio in domo non admittitur: vt. j. de verb. oblig. inter ſtipulantem. §. at nauis. quæ eſt contra. &. j. de ſolu. qui res. §. aream.

p NIſi alius. ſcilicet equus. ſic & in legato proprietatis: ar. j. de lega. ij. peculium. §. quadrigæ. Accur.

SI cui balinei.] CASVS. Si ſtatus rei cuius vſumfru. teſtator legauit, mutatus ſit: extinguitur vſusfruct. de quo ſubiicit duo dicta in quibus extinguitur vſusfru. Viuianus.

q *Hiſtrionis*. & hoc cum nomẽ artificij in legãdo expreſſit: puta,

lego ſeruum meum hiſtrionẽ,& poſtea ad aliud artificiũ tranſie-ritſeruus: vt quia lecticarius fiat: ſecus ſi ad aliud tranſierit offi-cium ſeu miniſteriũ quod nõ ſit artificium: vt ſi fiat cocus: quia tũc extinguitur: vt infra de leg.iij.legatis.§.ſi ex officio. Item ſe-cus ſi proprium nomẽ eſſet expreſſum in leganda proprietate: li-cet in vſufructu hoc non diſtinguatur: ar.ſ. de cap.demi.l.tutelas.j.reſpon.&.ͅ.de ali.& cib.le.Mela.Sed ar.cõ-tra infra de vſu & ha.l. cæterum §.mulieri.Ac-curſius.

a *Miniſterium.*i. artifi-cium.

b *Extinctum.*id eſt nõ incipit ſi nondum cœ-perat: vel ſi cœperat, extinguitur.

c S*I vſufructuari⁹.*quę rebatur ſi vſufru-ctuarius fecit meſſem, id eſt ſecauit ſegetẽ, & adhuc nõ eſt in horreo recõdita vel coacta, id eſt batuta: cui⁹ ſit?&di-cit Labeo ꝙ eſt heredis fructuarij: & idẽ in o-lea&vua collecta, licẽt nõdum coacta, vt inde ſint fruct⁹ extracti. ſed aliud eſt ſi adhuc tenet in terra ſpica, vel vua in vinea: quia tunc eſt proprietarij. Itẽ aliud eſt ĩ ea oliua vel fructu qui per ſe cecidit: quia eſt ꝓprietarij. Sed Iu-lianus corrigens dicit quòd nõ ſunt fructua-rij, vel heredis eius, niſi in horreis ſint recõditi. in bonæ fidei autẽ poſ-ſeſſore efficiũtur eius, eo ipſo ꝙ à ſolo ſint ſeparati, ſecũdum om-nes, Labeonem ſcilicet & Iulia. Vel dic ſecun-do, quòd facit differẽ-tiam inter fructuariũ & bonę fidei poſſeſſo-re: quia fructuarij fiũt ſtatim ꝙ à ſolo ſunt ſe-parati, vel à ſe, vel ab a-lio nomine ſuo. ſed bo. fi.poſſeſſoris, à quocũ-que ſeparẽtur, & cuiuſ-cunque nomine.

* In vulg. ſi vſufructuarius.

† Ludo.Ro. in ſuis ſing. fol.20.ſingu. 549. dicit iſtũ tex. probare quòd appellatione fructus venit palea. ſed dic quòd tex.nõ loquitur aliquo pactõ de palea: nec, ſi bene inſpiciatur, hoc probat. Bolog. Adde quòd ſi text. noſter hoc non probet. vt voluit Bo. in nouis ſuis interpre. hic tamen pro Ludo Ro. ego adduco tex. hoc probãtẽ, ſi ſubtiliter videatur, in.l.fin. §. fin. C. de ſerui. & aqua. quem text. alleg. Baptiſta de Caſtellio. in addi. Ludo Ro. vbi ſ.

miniſteriũ[a] trãſtulerit: extinctũ[b] eſſe vſumfructũ dicendũ erit.

Lex iſta legitur duob⁹ modis. ſe-cũdũ primã lec. breuiter. h.d. Fru-ctus efficiũtur fructuarij cũ ab eo ſint in horreo recõditi bo.fi. poſſ. eoipſo ꝙ ſunt à ſolo ſeparati. h. d. ſecũd. primã lect. Secũdũ aliã lect. h.d. Vſufructuari⁹ facit fruct⁹ ſuos ſi ſuo nomine à ſolo ſeparẽtur: ſed bon.fid.poſſeſ. à quocunq; à terra ſeparẽtur. h.d. ſecũ.iſtã lect. Iulia-nus nõ corrigit Labeonẽ, imò de-clarat, & iſtã puto verã: quia imò iuriſcõſultus approbat dictũ La-beonis ibi, ſed verũ &c. Barto.

XIII. PAVLVS *libro tertio ad Sabinũ.*

SI fructuarius[c*] meſſẽ fecit, & deceſſit: ſtipulã[d†] quę in meſ-ſe iacet, heredis eius eſſe Labeo ait:[e] ſpicã quæ terra teneatur, do-mini fundi eſſe: fructúmq; perci-pi:[f] ſpica aut fœno cæſo, aut vua adẽpta, aut excuſſa olea, quanuis nondũ tritũ frumentũ, aut oleum factum, vel vindemia coacta ſit. Sed vt verũ[g] eſt quod de olea ex-cuſſa ſcripſit,[h] ita aliter obſeruan-dum de ea olea quæ per ſe deci-derit.[i] Iulianus ait, fructuarij fru-ctus tũc fieri, cũ eos perceperit:[k] bonæ fidei autẽ poſſeſſoris, mox quàm à ſolo ſeparati ſunt.[l]

XIIII. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

EXcepta capitis minutione vel morte,[m] reliquæ cauſæ[n] vel pro parte[o] interitum vſusfructus recipiunt.

XV. VLPIANVS *libro octauode-cimo ad Sabinum.*

INterdum proprietarius ad li-bertatem perducet,[p] ſi forte vſusfructus fuerit tandiu legatus,

d *Stipulã.*id eſt blauã ſectam, ſiue meſſem.

e *Labeo ait.*& malè. Azo.

f *Fructũmque percipi.*dicit Labeo.

g *Sed vt verum eſt.*i. ſicut eſt verum, ſecundum Labeonem: ita& hoc eſt verũ quod ſubiicit, ſecundũ eundẽ: corrigitur tamẽ pri-mum per Iulianũ. Itẽ no. quòd hic eſt ſimilitudo per cõtrarium. vel expone ſecũdo vt ſonare videtur, ſecundũ Io.& Azo. ꝙ fru-ctuarij fiãt ſtatim vt ſuo nomine à ſolo ſeparati ſunt: ſed in bon. fi.poſ. nõ requiritur ſuo vel alieno nomine percipiantur. Azo. E

h *Scripſit.*Labeo.

i *Deciderit.*hoc enim non eſt heredis fructuarij.

k *Perceperit.*non autem ſi ab alio percipiãtur non nomine fru-ctuarij, vel per ſe ceciderint. & ſic prædicta non corrigit, ſecun-dum Io.& Azo. vt hic, & infra de vſur. qui ſcit. §. in alieno. &. §. præterea. ſecundum ſecũdum caſum. ſed ſecundũ primum per-cepit, & in horreo recondidit.

l *Separati ſunt.*à quocunque vel cuiuſcunque nomine, ſecũdum ſecundum caſum, vel etiam ſecundum primum.

m E*Xcepta morte.*quibus duobus modis in totũ tollitur vſuſfr. vt.ſ.eo.l.iij.§.fin.& C.de vſufru.corruptionem.in fin.

n *Reliquæ cauſæ.*vt non vtendo, & rei mutatione.

A o *Pro parte.*vt infra eo.l.placet. Accurſius.

I*Nterdum.*] CASVS. Si cui vſusfruc.ſerui legetur quandiu ma-numittatur: eo manumiſſo extinguitur vſusfruct. Viuia.

p *Interdum.*hodie ſemper ad libertatem proprietarius perducet: vt C.communia de ma.l.j.§.j.ſed fructuarius non: vt ibi dicitur.

quandiu manumittatur.[r] Nã in-cipiente proprietario manumit-tere, extinguetur vſusfructus.

Ex teſtamento diuerſorum non eſt locus iuri accreſcendi. quam.l. no. quia eſt vna de regulis in ma-teria iuris accreſcendi. Barto.

XVI. IDEM *libro quinto Diſpu-tationum.*

B SI ſub conditione mihi legatus ſit vſusfructus, medióq; tẽpo-re ſit penes heredem: poteſt heres vſumfructum alij legare. quæ res facit, vt ſi conditio extiterit mei legati, vſusfructus ab herede reli-ctus finiatur.[s] Quòd ſi ego vſum-fructum amiſero,[t] nõ reuertetur ad legatarium[u] cui ab herede pu-rè legatus fuerat: quia ex diuerſis teſtamentis ius cõiunctionis non contingit.[x]

C Conſolidatio volũtaria perimit vſumfr. nec poſtea reuiuiſcit. Bal.

XVII. IVLIANVS *libro trigen-ſimo quinto Digeſtorum.*

SI tibi fundi vſusfructus purè, proprietas autẽ ſub conditio-ne Titio legata fuerit, pendente cõditione dominium proprieta-tis adquiſieris:[y] deinde conditio extiterit: pleno iure fundũ Titius habebit. Neque intereſt,[z] quod detracto vſufructu proprietas le-gata ſit.[*] enim dum proprietatẽ adquiris, ius omne legati vſusfru-ctus amiſiſti.[a]

D XVIII. POMPONIVS *libro ter-tio ad Sabinum.*

SI ſeruo hereditario ante aditã hereditatem legatus vſusfru-ctus fuiſſet, magis placet adita he-reditate eum vſumfructũ ad te[b] tranſire, nec interire quaſi muta-to[c] dominio:[d] quia nec dies ante

q *Perducet.*ſcilicet ſer-uũ in quo habet pro-prietatẽ, & alius vſum-fructum.

r *Manumittatur.*à pro-prietario. Accur.

S*I ſub conditione.*] CA-SVS. Reliquiſti vſu-fru. ſub cõditione ſi na-uis ex Aſia venerit. vſuſ fru. iterim eſt apud he-redem: & idẽ heres alij legare poterit. ꝙ ſi cõ-ditio mea extiterit, v-ſuſfr. illius cui heres le-gauit extinguitur, & ad me conditio redibit: & ſi ego vſumfruct. amit-tam, non redibit ad il-lum cui heres tuus le-gauit. Viuianus.

s *Finiatur.* quia ius qđ habebat, & nõ plus vi-detur legaſſe: vt. ͅ. de leg.j.ſi domus.§.pen.

t *Amiſero.* poſtquam iam habuero. Accur.

u *Ad legatariũ.* ſed ad proprietatem. Accur

x *Non contingit.* vt & arg. ͅ.de bo.poſ.ſed cũ patrono. in prin. &. ͅ. de tribu. procuratoris. §.ſi plures. &. §. ſed ſi duas. Sed argu. contra ͅ. de re milit. ſi certarũ. §. Iulianus. &. §. quòd ſi alter utra.

S*I tibi.*] CASVS. Te-ſtator vſufruc. mihi purè legauit, Titio au-tẽ ꝓprietatẽ nudã ſub conditione, ſi nauis ex Aſia venerit. cõditione pẽdẽte ego fundũ emi ab herede: & ſic per cõ-ſolidationẽ amiſi vſũ-fructum formalem. ex-titit poſtea cõditio. ple na ꝓprietas ad eũ trãſ-ibit, licẽt fuerit nuda le gata. Viuianus.

* Vulg. Tu enim

y *Adquiſieris.* emẽdo ab herede.

z *Neque intereſt.* non eſt differentia reſponſionis prædictæ: vel in prædicta reſponſione diſtinctio: ſed contra ſupra de vſufruct. dominus fructuario. Solu. ibi amiſit proprietatem ex cauſa quæ fingit nondum proprietatem quæſiuiſſe: hic non ita. Azo. Vel ſolue vt ibi. Accur.

a *Amiſiſti.* propter conſolidationem ſi dominium mutaretur. Accurſius.

S*I ſeruo.*] CASVS. Deceſſiſti relicto herede: tu tamen habue-ras ſeruum, antequam tuus heres adiret hered. illi tuo ſeruo relictus fuit vſusfruct. an heredi tuo acquiratur? Et reſpon. quòd ſic: & valebit legatum cum heres adibit: quia dies non cedit an-te aditam hereditatem. Viuia.

b *Ad te.* ſcilicet heredem.

c *Mutato.* quod fieret, ſcilicet interiret, ſi hereditati quæ domi-na eſſet, quæreretur, & per eam heredi futuro: vt. ͅ. ad. l. Aquil. huic. ij. reſpon. &. ͅ. ſi quis teſta. liber eſſe iuſſ. l. j. § . j. hic autem non cedit niſi hereditate adita: vt hic, &. ſ. quando dies vſusfru. leg. ce. l. i. §. hac ratione. & infra quando dies le. ce. l. cum ita. in fi. & infra de ſtipu. ſeruo. l. vſusfructus. vnde non nocet dominij mutatio de hereditate in heredem.

d *Dominio.* ſcilicet ſerui.

Neque.

N*Eque vſusfructus.*] CASVS. Si habeo in fundo tuo vſumfru. ſerui perſonalem vel realem, eum non perdo licèt tu alienes proprietatem fundi.
a *Neque vſusfructus*.vt & ſupra de vſufru.locum.§.proprietarius.
b *Actúſve*.vt.j.de ſer.ruſti.prædio.l.via.§. ſi fundus. Accurſius.

I*s qui vſumfructum.*] CASVS. Si habeo vſumfr.in fundo tuo:& tantùm vtor: aut facio ſciẽs, aut ignorans. primo caſu retineo vſum. nec amitto. Secũdo caſu amitto vſumfr. Viu.
c *Videtur*.quia ius ſuũ ſciuit durare: vt arg. j. qui.mo.pignus vel hypo.ſol.l.ſicut.§. nõ videtur. & infra quẽad. ſer.amit.l.ij.&.l. ſi ſtillicidij.§.fi.
d *Vſumfructum*. ſed an habeat vſum videtur ꝙ nõ. nã ſic errãdo tẽpore quęreretur: ꝙ eſſe nõ debet: vt.j. de vſuca.&.l.ſi furẽ.§.j. Quare dicas durare vſumfr. licèt nõ duret quãtum ad commodũ vſusfru. vt hîc dicit, ſed vſus. Itẽ no. hîc errorẽ nocere. ſic &.j.de acceptila.& per iuſiurãdũ.§. ſi quis vſumfr.&. j. de re.du. qui habebat. &. j. de acquir.hered.is qui putat. & de teſta. l. qui à latronibus.&.j.quem.ad.ſer.amit.l. ſi quis alia aqua.&. l.fi. Accur.

† Qui erat idẽ mos cõdendarum & euertẽdarum Hor. 1. Carm. Imprimerétque muris hoſtile aratrum. Virg. Vrbem deſignat aratro. Cice. Philip. 1. vt vexillũ tolleret & aratrum circunduceret. Pulchrè Cælius Rhodiginus li. 14. ca 5.

S*I vſusfructus.* CASVS. Si legetur vſusfr.ciuitati, & in eã inducatur aratrum: an vſusfr. amittatur? Et reſpõ. ꝙ ſic. Viuianus.
e *Carthago*. & Troia. Idẽ fortè ſi eo propoſito inde diſcedant homines, ne eò reuertantur: vt. j. de col.bo. l. pe.j.reſpõ.niſi cõmunicato conſilio ex ſeipſis ciuitatem conſtituant: quia tũc etiã eadẽ eſſe videtur ciuitas.

S*I mulier.*] CASVS. Mulier cui relictus eſt alicuius rei vſusfructus, per maritum retinet vſum, ſi abſens fuerit. Item retinet per familiam. idem econtra: quia vir retinet per vxorem: quia magis videtur vir vti per vxorẽ, quàm vxor per virum. Viuianus.
f *Profecta*. non relicta familia in domo & per hoc differt à caſu. ſeq.
g *Reliquiſſet*. per quam retinetur ſeruitus: vt.j. quemadmodum ſer. amit.l.vſu retinetur.
h *Eaque*.ſcilicet mulier.
i *Vxorem*.quæ ſecum poteſt vti: vt infra de vſu & ha.l.cæterùm. §.mulieri.Accurſius.

S*I ager.*] CASVS. Habeo vſumfructum in agro. flumen cum impetu inundat agrum. vtrum vſumfruct.amittam? & diſtin- ff. Vetus.

ceſſerit quàm tu heres extiteris.

XIX. GAIVS *libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.*

NEque vſusfructꝰ [a] neque iter actúſve [b] dominii mutatione amittitur.

Vſu partis retinetur ius totius à ſciente: ſecus ab ignorante. Bar.

XX. PAVLVS *libro quintodecimo ad Plautium.*

IS qui vſumfructum habet, ſi tãtùm vtatur, quia exiſtimet ſe vſum tantum habere, an vſumfructum retineat? Et ſi quidem ſciẽs ſe vſumfructum habere, tantùm vti velit, nihilominus & frui videtur. [c] Si verò ignoret, puto eum amittere fructum. [d] Non enim ex eo quod habet vtitur, ſed ex eo quòd putauit ſe habere.

XXI. MODESTINVS *libro tertio Differentiarum.*

C SI vſusfructus ciuitati legetur, & aratrum † in ea inducatur, ciuitas eſſe deſinit: vt paſſa eſt Carthago: [e] ideoque quaſi morte deſinit habere vſumfructum.

Vxor retinet poſſeſſionem per maritum, & maritus per vxorem: & idem per reliquam familiam. Bartolus.

XXII. POMPONIVS *libro ſexto ad Q. Mucium.*

SI mulieri vſus domus legatus ſit, & illa tranſmare profecta [f] ſit, & cõſtituto tempore ad amittendum vſum abfuerit, maritus D verò domo vſus fuerit, retinetur nihilominus vſus: quemadmodum ſi familiam ſuam in domu reliquiſſet, [g] eáque [h] peregrinaretur. Et hoc magis dicendum eſt ſi vxorẽ [i] in domu reliquerit maritus, cum ipſi marito vſus domus legatus ſit.

XXIII. IDEM *libro vicenſimoſexto ad Q. Mucium.*

SI ager cuius vſusfructus noſter ſit, flumine vel mari inundatus fuerit, amittitur [k] vſusfructus: cum etiam ipſa proprietas E eo caſu amittatur. Ac ne piſcando quidem retinere poterimus vſumfructum: ſed quemadmodum ſi eodem [l] impetu diſceſſerit [m] aqua quo venit, reſtituitur proprietas, ita & vſumfructum reſtituendum, dicendum eſt.

XXIIII. IAVOLENVS *libro tertio ex Poſteriorum Labeonis.*

CVm vſumfructum horti haberem, flumen hortum occupauit: deinde ab eo receſſit. ius quoque vſusfructus reſtitu- B tum [n] eſſe Labeoni videtur: quis id ſolum [o] perpetuò eiuſdem iuris manſiſſet. Ita id verum puto, ſi flumen inundatione hortum occupauit. Nam ſi alueo mutato inde manare cœperit, amitti vſumfructum exiſtimo cum is locus aluei publicus eſſe cœperit, neque in priſtinum ſtatum reſtitui poſſe. [p] Idem iuris [in]itinere & actu cuſtodiendum eſſe ait Labeo. de quibus [q] rebus ergo idem quod in vſufructu ſentio. Labeo: Nec ſi ſumma terra [r] ſublata ex fundo meo, & alia regeſta [s] eſſet, idcirco meum ſolum eſſe deſinit, non magis quàm ſtercorato agro.

XXV. POMPONIVS *libro vndecimo ex Variis Lectionibus.*

PLacet [t] vel certæ patris vel pro indiuiſo vſumfructum nõ vtendo amitti.

XXVI. PAVLVS *libro primo ad Neratium.*

SI ager ab hoſtibus occupatus ſeruúſve captus liberatus fue- D rit, iure poſtliminii reſtituetur [u] vſusfructus.

XXVII. IDEM *libro primo Manualium.*

SI ſeruus in quo vſusfructus alienus eſt, noxæ datur à domino proprietatis vſufructuario, liberabitur, [x] confuſa ſeruitute proprietatis comparatione.

XXVIII. IDEM *libro tertiodecimo ad Plautium.*

SI vſusfructus alternis annis legetur non poſſe non vtẽdo eũ amitti, [y] quia plura ſunt legata.

Per colonum ſuo nomine poſſidentem, non retinet fructuarius poſſeſſionem, licèt vſumfructum locauerit, & annuã receperit penſionem: ſed per colonum coloni bene retinet poſſeſſionem. Bal.

A guitur. Nam in prima parte flumen fecit alueum: in ſecunda nõ. Idem dicit lex ſequens vſque ad.l.placet.infra eod. Viuianus.
k *Amittitur*. vt inſti.de re.di.§.alia ſanè.cõtra.Sol. hîc mandauit vt alueum ſibi faceret.vt & ſupra eo.quid tamẽ.§.agri. & infra de acquir.re.do.ergo.§.alluuio. poſſeſſionem autem conſtat amitti.vt. j. de acquir. poſſeſ.l. qui vniuerſas. §.item quòd à mari.
l *Si eodem*. id eſt ſimili impetu: & hoc de ęquitate. Vel hîc mutat caſum quãdo eodem: & ſic non fecit alueũ: ſed ſupra non eodem: & ita ibi eſſet ſecus. Et dic reuertitur quatenus de facto exiuit. Et ſecũdũ hoc non eſt contra. infra de acquir. re. dom. adeo.§.inſula.in fi.
m *Diſceſſerit*. mutat ergo caſum: quia.ſ. fecit alueum, hîc non: & ſic nõ ob.infra de acquir. re.do.l.adeo. §. inſula. in fi. Vel eodem, id eſt ſimili impetu. & hoc de æquitate. Accur.
n C*Vm vſumfructum Reſtitutum*. quatenus de facto receſſit, verè autem nõ fuit amiſſus: vt puto hoc primo caſu.
o *Id ſolum*. id eſt illa terra.
p *Reſtituiſſe poſſe*. de ſtricto iure: ſecus de ęquitate: vt infra de acquir. re.do.l.adeo. §. inſula. &.§.quòd ſi poſt.& infra quemad. ſer. amit. l.ſi locus.
q *De quibus*. id eſt de itinere & actu, quo ad rigorem iuris: ſed de æquitate ſimiliter ſecus: vt.j. de itine. actúque priuat.l.j.§. ſi quis vel. Accurſius.
r *Summa terra*: id eſt ſupereminens.
ſ *Regeſta eſſet*. id eſt alia terra repoſita.
t P*Lacet*. ſupra eo. l. excepta. Accurſius.
u S*I ager. Reſtituetur*. nam & res habẽt poſtliminium: vt infra de capt. & poſtli. reuer.l. poſtliminium. j. reſpon. Accurſius.

S*I ſeruus.*] CASVS. Vſusfr. cuiuſdã ſerui meꝰ erat, proprietas autem tua. ille ſeruus mihi damnũ dedit, & tu dediſti eum pro noxa. cõfunditur vſusfructus, & ita tu liberaris, quòd non teneris mihi in alio. Viuianus.
x *Liberabitur*. proprietarius à præſtatione vſusfructus.

S*I vſusfructus.*] CASVS. Titius legauit mihi vſumfruc. alternis an. & ſic tot ſunt legata quot ſunt anni illius in vſufr. nõ poſſum perdere iuris præſumptione non vtendo. Viuianus.
y *Amitti*. vſusfruc. tamen vniuſcuiuſque anni decennio inter præſentes. xx. inter abſentes tollitur, ex quo competere cœpit;

quia omnis obligatio quæ recipit dationem,per ſingulos annos poteſt tolli ex quo competere cœpit : vt.C. de præſcrip.xxx. an. l.cum nouiſſimi.§.in his ſecundum Ir.& Azo.vt ibi dixi.

P *Omponius*.] CASVS. Ego fructu. locaui in quinquennium ius percipiēdi fructus proprietario:proprietarius verò alij plenā proprietatē vēdidit.an amittā vſumfr? Rñ.qđ ſic.Sed quid?ego locaui proprietario:& ipſe locauit,an perdā nō vtēdo?dicit qđ nō : imò retineo ius ſi nō vtor. ſed ſi locauit alij ſuo nomine : qa cōductor non fruitur nomine meo : ſecus eſt.nā hoc caſu amitto vſumfructū neque retineo. ſed ſi ego vēdidi ꝓprietario vſumfru. vſque in quinquennium:& ipſe proprie.alij ſimpliciter vendat: perdo non vtēdo vſumfr. qua nō meo nomine fruitᵉ emptor. [IDEM POMPONIVS.]Teſtator legauit mihi vſumfr.fundi:& rogauit me vt Titio reſtituā quāuis ceſſet Titius petere, non perdit Titius vſumfru. non vtente me legatario.Viuianus.

XXIX. VLPIANVS *libro ſeptimodecimo ad Sabinum.*

POmponius quærit : ſi fundum [a] à me [b] proprietarius conduxerit,eúmque fundum vēdiderit Seio non deducto vſufructu,an vſumfructum per emptorem retineā. & ait, licèt proprietarius mihi penſionem ſoluerit, tamē vſumfructum amitti: [c] quia B non meo nomine, ſed ſuo fruitus eſt emptor. Teneri planè mihi ex locato proprietarium quanti mea interfuit id factū non eſſe: [d] quāquam ſi à me conductum vſumfructum quis alij locauerit, [e] retinetur vſusfructus.ſed ſi proprietarius eum locaſſet ſuo nomine, [f] dicendum amitti. non enim meo nomine fruitur [g] colonus. Sed ſi emptum à me vſumfructū [h] proprietarius vendidiſſet, amitterem vſumfructum?quærendum eſt.Et C puto amitti: [i] quoniam & hic nō vt à me empto fruitur fundi emptor.Idem Pomponius [k] quærit, ſi legatū mihi vſumfructū rogatus ſim tibi reſtituere,an per te [l] frui videar,nec amittatur vſusfructus. & ait dubitare ſe de hac queſtione. ſed eſt verius (quod Marcellus notat) nihil hanc rem fideicommiſſario nocere.ſuo enim nomine vtilem actionem [m] eum habiturum. [n]

XXX. GAIVS *libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.* D

CAro & corium mortui pecoris in fructu nō eſt:quia mortuo eo vſusfructus extinguitur.

XXXI. POMPONIVS *libro quarto ad Q. Mucium.*

CVm gregis vſusfructus legatus eſt, & vſque eò numerus peruenit gregis,vt grex non intellegatur, [o] perit [p] vſusfructus.

## DE VSV FRVCTV EArum rerum quæ vſu conſumuntur vel minuuntur. E
## TITVLVS V.

a *Si fundū*.id eſt fundi vſumfru.Accurſius.

b *A me*.vſufru.Accur.

c *Amitti*.Imò contra: vt.C. de præſcrip. xxx. an.l. malè. quæ eſt cōtra.Sol.hîc alius pēſionem ſoluit,& alius tenet:& ego fructuarius poſſidere deſij,tradēte proprietario emptori: vt infra de acqui. poſſ. l.iij. §. ꝙ ſi ſeruus. ſed repeto per cōdictionē ex lege:vt.C.de acquir poſſeſ.l.fin.Azo.

d *Non eſſe*. fortè quia locaui ad tēpus vſumfruc.quo finito reuerti ad me vſusfr. debebat: alioquin amiſſionis nō videor pati incommodum.Accurſius.

e *Locauerit*. etiam ſuo nomine vt.j̃. de acqui. poſ.l. qui vniuerſas. §. fi. quia frui videor per iſtum interpretatiue.

f *Suo nomine*.cum à me non conduxiſſet.

g *Fruitur*.vere, vel interpretatiuè : vt ſupra proxi.reſpon.

h *Vſumfructum*. id eſt facultatem fructuum percipiendorum.

i *Amitti*. ſed quid nocet mihi amiſſio , cum iam vendideram? Reſpon.vendideram ad tempus perceptionē fructuum.vel vendideram pro.x.ſingulis annis:ſed fortè remanet perſonalis.

k *Idem*.aliàs.§.idem Pomp.& aliàs:ſi legatum.& facit infra ſi vſusfruc.pe.l.qui vſumfructum.& ſupra eo. ſi legatū. Accurſius.

l *Per te*.id eſt tuo nomine,vt tu non amittas:an verò per me, & mihi noceam.

m *Actionem*. ex teſtamento.& dic id eſt efficacem.

n *Habiturum*.nec obeſt tibi,quòd ego poſſedi.

C*Aro*.] CASVS. Si habeo vſumfructum in boue.& moritur bos:ad me non pertinet caro & corium.Viuianus.

A C*Vm gregis*.] CASVS. Si habeo vſumfructum in grege:ſi perit grex,ꝙ non remanent niſi.v.oues:perit vſusfructus. Viuia.

o *Non intelligatur*.Puta ad pauciores quàm. x. vt infra de abigeis l.oues.Accurſius.

p *Perit*.aliter ſi ſingulorū eſſet relictus vſusfruct. vt argu. ſupra eodē.quid tamen. §.fi. Itē aliter in legato proprietatis:vt infra de legatis.j.ſi grege.& inſtituti. de lega. §. ſi grex. Ir.nā & ſi domus ſit mihi legata, & ad aream peruenerit: nihilominus debetur legatum proprietatis : licèt vſusfuctus extinguatur: vt argu. ſupra de rei vīdicatione. l. ſolum. §.j. & infra de ſolutionibus & liberationibꝰ. l.qui res.§.aream.&.s̃. eodem. l. repeti. §. rei mutatione. Accurſius.

Quædam ſunt res in quibus nō cadit vſusfructus diſtinctus à proprietate, quia vſu conſumuntur: & ideo tunc nō interponitur cautio de vtendo ſalua rerum ſubſtātia,quia eſt impoſſibile : ſed de æſtimatione reſtituenda : & transfertur dominium.h.d.l. ſequēs vſque ad.§.ſi pecuniæ.in.l.hoc ſenatuſconſultum.Baldus.

I. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Sabinum.*

SEnatus [q] cenſuit vt omnium rerum quas in cuiuſque patrimonio eſſe conſtaret, vſusfructus legari poſſit. quo [r] ſenatuſcōſulto inductū videtur,vt earum rerum quæ vſu tolluntur vel minuuntur, poſſit vſusfructus [ſ] legari.

II. GAIVS *libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.* C

SEd de pecunia rectè caueri [t] oportet his à quibus eius pecuniæ vſusfructus legatus erit. Quo ſenatuſconſulto non id effectum eſt, vt pecuniæ vſusfructus propriè eſſet:

No.quòd id quod negat lex, natura non audet. ad hoc allegatur hæc lex.Bal.

Nec enim naturalis [u] ratio auctoritate † Senatus commutari potuit : ſed remedio introducto D cœpit quaſi vſusfructus haberi.

† Hanc ſententiam latè explicat Cic. lib. 2. de legib.

III. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Sabinum.*

POſt quod omnium rerū vſusfructus legari poterit: [x] an & nominum ?† Nerua negauit : ſed eſt verius(quod Caſſius & Proculus exiſtimant)poſſe legari.Idē tamen Nerua ipſi quoque debitori poſſe vſumfructum legari ſcribit, & remittendas ei† vſuras.

† Not. arg. quòd pater debet habere etiam in nominibus filij vſumfructum. hoc ideo, quia eſt legitimꝰ adminiſtrator:& eſt verum: vt not. in. l. 1. C de bonis ma. ſecundū Bal. hic.

† eius.

IIII. PAVLVS *libro primo ad Neratium.*

E ERgo cautio [y] etiam ab hoc [z] exigenda erit.

DE VSVFRVctu.&c.

*Id eſt quaſi: vt infra eodē.l.ij.& inſtitu. de vſufructu.§.conſtituitur.*

*Hoc titulo oſtēditur nullā eſſe rē quæ non cadat in vſusfructus legatū vel ſtipulationē,vt. l. vſufructu Ad leg. Fal. nam ex S.C. remedio cautionis etiā earum abuſus eſt,nō vſus,rerum,quarum vſusfructus conſtituitur.Cuiac.*

q S*Enatus*. cuius nomē nō habemus.Ac.

r *Quo*. Auctor loquitur.Accurſius.

ſ *Vſusfructus*.i.quaſi:vt j̃.l.ꝓxi. verè enim eſſe nō poteſt naturali vel ſimili ratione: vt inſtitu.de vſufruc.§.conſtituitur.& facit infra ad. l.Fal.l.vſufructu.

t S*Ed de pecunia.Caueri*.impropriè.ponitur enim pro ſatiſdatione:vt.C.de verborū ſignifica.l.iij.& Cod. de vſufr.l.ij.&.j̃.e.l.tribꝰ.

u *Nec enim naturalis*. vel ciuilis:vt inſtitu.de vſufruct.§. cōſtituitur. & hoc expone vt ibi. Accurſius.

P*Oſt quod*.CASVS. Dictum eſt.s̃. e.in. l.j.quod omniū rerum poteſt vſusfruc.legari. ſed nunquid & nominum?vt ecce Titius habet debitorem:an poſſit mihi Titiꝰ illius nominis vſum. legare? Et reſpō ꝙ ſic.& Nerua dicit ꝙ nō. ſed malè dixit:imò plꝰ dico:qa etiā ipſi debitori poteſt legare,& vſuras rei remittere:ſed ſatiſdare debet ille debitor cui eſt legatꝰ vſusfr.

x *Poterit*.vt & ſupra de vſufruc.l.omnium.Accurſius.

y E*Rgo cautio*.id eſt ſatiſdatio.ſic Co.de procur.l.j.

z *Ab hoc*.ſcilicet debitore.Accurſius.

H*Oc ſenatuſconſultum*.] CASVS Si legas mihi vſumfructum in aliena pecunia an valeat tale legatum:quæritur. & reſpon. quòd ſic.[SI PECVNIÆ.]Titius legauit mihi vſumfructum pecuniæ.heres mihi dedit,oblitus exigere cautionem de reſtituendo.poteſt heres ſcilicet poſtea vſufructu durante petere cautionem per conductionem certi.Item finito.

nito vſufruc.petet ipſam pecuniam condictione certi generalis: quę eſt ſi aliquis leget mihi vſumfruct.pecuniæ ſiue vſum,idem eſt vt debeam ſatiſdare de tanta pecunia reſtituenda ſi moriar, vel capite minuar:& debeo ſatiſdare de tanta pecunia reſtituenda,ſiue iam ſit data,ſiue poſtea detur:& hoc dicitur hîc,&.j.eo. l.ſi tibi.Viuianus.

a *Hoc ſenatuſconſultum*. quo permittitur cōſtitui quaſi vſusfruct⁹ in rebus quæ vſu conſumuntur.Accurſius.

b *Cæterarum*. quæ vſu conſumuntur.Accur.

c *Habuit*.in ſuo dominio.

d *Cautio*.id eſt nō fuit præſtita.

e *Poſſe condici*.amplius & rei vindica.datur,ſi non ſit præſtita cautio in his rebus in quibus vere vſusfruc.eſt: vt.j. vſufr.quemadmodum ca.l. ſi vſusfructus nomine.ſecus in his quarum dominiū fuit trāſlatū: quia hoc agitur. non ſic agitur in aliis. Item quod dicit cōdictionē dari,hoc eſt verum ſi in aliquo tēpore fuit domin⁹ ille qui vult condicere cautionem.aliàs non daretur ei condictio:ſed actione in factum ei conſuletur ad ipſam quantitatem: vt.j.ad exhib.l. Iulianus.§.ſi tibi. x. & fortè ad cautionem eadem actio locū habet: vt.j.de præſcrip. ver.l. partis. Itē ei quod dico dari cōdictionem, eſt contra.j.de leg.ij.l. peto.§.fratre.Solu.hîc intereſt agentis pręſtari cautionem, vt cuilibet patet.ibi nullū eſt intereſſe heredis, cum ipſe ſit liberatus ſemel præſtando. Item facit j.de condi.inde.ſed & ſi.§.fin.Accurſius.

† Abuſus, cū propriè malum vſum ſignificet, hîc tamen pro cōſumptione vel deminutione rei per vſum facta ſumitur. Bet.

f *Condici*. per actionē in factū,aut incerti: vt j.de præſcr.ver. l.partis. quæ eſt contra. ſed ſolue vt ibi. item certi condictione:vt infra ſi cer.pet.l. ſi quis certū. &.l.certi condictio. in princi.

g *Idem continere*. nec plus,nec min⁹:hoc autē facit qualitas ipſius rei : vt.j.e.l.quoniam. §.j. Idem in ſilua:vt & j. de vſu & habitatione.l.diuus.Accurſius.

* Ita paſſim in Pandec. Florent. legitur, pro reſtitutum iri, eliſa ſyllaba. Anto. Aug. lib. 2. emen. ca..2.

V. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Sabinum.*

HOc ſenatuſconſultum [a] non ſolùm ad eum pertinet, qui pecuniæ vſumfructum vel cæterarum [b] rerum quas habuit, [c] legauit, verùm & ſi fuerint alienæ.

Cautio omiſſa condicitur per condictionem incerti.h.d. Bal.& ad hoc allegatur.

B Si pecuniæ ſit vſusfructus legatus, vel aliarum rerum quæ in abuſu † conſiſtunt, nec cautio [d] interueniat: videndum, finito vſufructu an pecunia quæ data ſit vel cæteræ res quæ in abſumptione ſunt, cōdici poſſint.Sed ſi quidem adhuc conſtante vſufructu cautionem quis velit condicere, dici poteſt omiſſam cautionem poſſe condici [e] incerti condictione. ſed ſi finito vſufructu, ipſam quantitatem Sabinus putat poſſe condici. [f] quam ſententiam & Celſus libro octauodecimo Digeſtorum probat: quæ mihi non inarguta videtur. C Quæ in vſufructu pecuniæ diximus, vel cæterarum rerum quæ ſunt in abuſu,eadem & in vſu dicenda ſunt. Nam idem continere [g] vſum pecuniæ & vſumfructum, & Iulianus ſcribit, & Pomponius libro octauo de ſtipulationibus.

Legatarius vſusfructus pecuniæ cauet legatario proprietatis eiuſdem pecuniæ:& de ſua manu habet percipere, ſicut in vero vſufructu:& fructuarij debent cauere ſibi adinuicem, propter alios, ſuper ius accreſcendi.Bald.

VI. IVLIANVS *libro trigenſimoquinto Digeſtorum.*

SI tibi decem milia legata fuerint, [h] mihi eorundem decem milium vſusfructus, fient quidem tua tota decem milia: ſed mihi quinque numerari debebunt, ita vt tibi caueam, tempore mortis meæ aut capitis deminutionis reſtitu iri.* E Nam & ſi fundus tibi legatus fuiſſet, & mihi eiuſdem fundi vſusfructus,haberes tu quidem totius fundi proprietatem: [i] ſed partem [k] cum vſufructu,partem ſine vſufructu,& non heredi, ſed tibi cauerem boni viri arbitratu. Sed ſi duobus eorumdem decem milium vſusfructus legatus [l] fuerit,quina milia accipiēt: & inuicem [m] & heredi ſatiſdabunt.

SI tibi.] CASVS. Tria dicit.Primum.Titius legauit tibi.x.milia in plena proprietate:& mihi vſumfru. eorundem. habeo dimidiam vſusfr.tu aliam dimidiam cum proprietate. Secundò idem in fundo,ſcilicet ſi Tit. legauit tibi plenam proprietatem fundi,mihi vſumfru. eiuſdem fundi. nam ego dimidiam vſusfr. habeo,tu aliā dimidiam habes:ſed tamen cum proprietate. Tertio modo,teſtatōr legauit mihi & Titio vſumfr.x.milium. diuiditur inter vtroſq; : & vno noſtrum deficiente redit ad alterum non ad heredem:& ideo inter nos & heredem cauemus de reſtituendo imminente morte,vel ca. de.

A h *Legata fuerint*.in plena proprietate.Accurſius.

i *Proprietatem*.vt &.s.de vſufru.accreſcend.l. idem Neratius. §. non ſolum.

k *Sed partem*. Etiam ſi teſtator eius animi fuerit vt vellet te habere proprietatem nudā: quia interdum plus valet quod ſcribitur, quàm quod agitur:vt.j.de vſufru.leg. l.ſi alij.

Scriptura interdū plus valet, quàm id quod agitur.

l *Legatus*.ſcilicet ab herede.

m *Et inuicem*.ſcilicet vnuſquiſq; alteri de tanta pecunia reſtituēda ſi morieris,aut capite minueris,ꝑpter ius accreſcendi quod eſt inter eos. & eſt hîc aliud q̃ in vſufructu vero: quia ibi proprietario cauetur,non ſocio:quia res extat quam vindicare poſſet per confeſſoriā, petēdo in ea ſeruitutē: hîc non. Alij exponūt ſic:inuicem. i. vterque ſimul ſatiſdare heredi debet. Sed duplex copula, & illius verbi ſignificatio, ſcilicet inuicem,eis repugnat.

SI vini.] CASVS. Legaſti mihi vſumfru. in vino,frumento, vel oleo: heres quidē tuus debet in me transferre proprietatē: & ego ſatiſdabo de toto reſtituendo, vel eius æſtimatione.Viuianus.

† Nondum tēpore Cic. factum fuiſſe SC. liquet ex eius Topic.

* Pro quandocūque. ita multis in locis in Pādectis Flo.legitur. Anto. Auguſt. lib. 3.cap.7.

† Connanus & quidā alij putant legēdum,conſumuntur.

VII. GAIVS *libro ſeptimo ad Edictum prouinciale.*

SI† vini,olei, frumenti vſusfructus legatus erit,proprietas ad legatarium transferri debet: & ab eo cautio deſideranda eſt,vt quādoque * is mortuus aut capite deminutus ſit, eiuſdem qualitatis [n] res reſtituatur: aut æſtimatis rebus,certæ pecuniæ nomine cauēdum eſt.quod & commodius eſt. Idem ſcilicet de cæteris quoque rebus quæ vſu continentur, † intellegemus.

C Quādo plures heredes ſunt grauati in præſtando vſumfructū pecuniæ, & etiam cauēdo pro legatario,duo verſantur in legato,ſcilicet datio pecunię,& factū, id eſt cautio:& pro legatario debet heres vnus cauere alteri, & alter alteri: & legatarius etiam cogitur promittere tanquam principalis perſona:& ſi finito vſufructu fideiubens ſoluat,non repetit:quia ex neceſſitate fideiuſſit: & legatum iſtud quantum ad ſecundum caput de fideiubēdo, videtur appoſitum fauore legatarij,non fauore heredum.Baldus.

D

VIII. PAPINIANVS *libro ſeptimodecimo Quæſtionum.*

TRibus [o] heredibus [p] inſtitutis vſumfructum quindecim milium Titio legauit, & duos ex heredibus iuſsit pro legatario ſatiſdare. Placebat [q] vtile eſſe cautionis quoque legatum, [r] nec refragari ſenatuſconſultum, quia cautio [ſ] non impediretur: & eſſe alterum legatum [t] velut certi,alterum incerti. vſusfructus itaque nomine partem pecuniæ petendam [u] ab eo qui ſatis accepit à coherede, incertíque [x]

n *Qualitatis*. ſ.ita vinū bonū vt nūc eſt:vt.j.ſi cer.pet.l.cum quid.

o TRibus. primo, ſecundo,& tertio.

p *Heredibus*. ſ. vnumquemq; eorum apud alterum qui eſt ſatiſdatione ſimiliter oneratus:& tertio qui nō eſt oneratus.Accurſius.

q *Placebat*. reſponſio primæ quæſtionis.

r *Legatum* .quo exoneratus fuit legatarius.

ſ *Quia cautio non impediretur*. fit enim ab herede. vult enim ſenatuſconſult.cautionem quodāmodo eſſe loco nudæ proprietatis penes heredē:vt.s.eod.l. ij.in fi.& inſtit.de vſufru.§.cōſtituitur.Acc.

t *Legatum*. ſol.ſecūdæ quæſtionis : & quod ſubiicit, veluti certi. i. vſusfru.qui eſt certus: vt hîc.Sed contra.j.de ver.obl.vbi autem nō. §.fundi.Sed hîc dicitur certum,quantum ad rem ex qua præſtatur:ibi incertum, quantum ad vtilitatem.Vel dic aliter in legato vſufructu quantitatis, vt hîc:aliter ſpeciei, vt ibi, quæ quidem accipientis non fit. Vel dic,eſt certum,vt hîc dicit,reſpectu incertioris,vt facti.

u *Petendam*.ſcilicet actione ex teſtamento.Accurſius.

x *Incertique*.id eſt actione ex teſtamēto ob ſatiſdationem, quæ incertū dicitur cōtinere, ob id quòd in facto conſiſtit.nam agitur ad intereſſe ex eo quòd primo eſt incertū:certificatur tamen poſtea:vt.j.de ver.oblig.vbi autem non apparet.§.qui id quod. &.l.quotiens quis.Azo.& facit.j.de actio.emp.ſi heres. in fi.



UNED

A cum eodem agendum, ſi ſatis non dediſſet. Eum verò qui ſatis præſtitit, ac propter morā coheredis ſatis non accepit, neq; fructus nomine interim teneri propter ſenatuſconſultum, neque actione incerti: quia coheredi ſatiſdedit. Illud etiam nobis placet, legatariū cogendū promittere.[a] Finito autem vſufructu ſi coheredes ex cauſa fideiuſſoria conuenirentur, eos mandati[b] non acturos.[c] nō enim ſuſcepiſſe mandatum,[d] ſed volūtati paruiſſe.[e] denique cautionis legato liberatos.[f] De illo nec diu tractandum fuit, ſecundum legatum, id eſt cantionis, non heredū videri,[g] ſed eius cui pecuniæ vſusfructus relictus eſt, cuiq; teſtator proſpicere[h] voluit, & cuius intereſſe credidit fideiuſſores non ſuo periculo quærere.

IX. PAVLVS *libro primo ad Neratium.*

C IN ſtipulatione de reddendo vſufructu pecuniæ,[i] duo ſoli caſus[k] interponuntur, mortis, & capitis deminutionis:

X. VLPIANVS *libro ſeptuagenſimonono ad Edictum.*

QVoniam pecuniæ vſus * aliter amitti non poteſt, quàm his caſibus. Si vſus tantum pecuniæ legatus ſit: quia in hac ſpecie vſus appellatione etiam fructum contineri[l] magis accipiendū eſt, ſtipulatio iſta erit interponenda. D Et quidam aiunt, non antè hanc interponi ſtipulationem, quàm data fuerit pecunia. Ego autem puto, ſiue antea ſiue poſtea[m] ea pecunia data ſit, tenere ſtipulationem.

* Cap.7 vſufructuarius quēadmodū caueat.

XI. IDEM *libro octauodecimo ad Sabinum.*

SI lanæ alicui legatus ſit vſusfructus, vel odorum, vel aromatū, nullus videtur vſusfructus in iſtis iure cōſtitutus, ſed ad ſenatuſconſultum erit deſcendendum quod de cautione eorū loquitur.

XIII. MARCIANVS *libro ſeptimo Inſtitutionum.*

CVm pecunia erat relicta Titio, ita vt poſt mortem legatarij ad Mæuiū rediret, quāquam adſcriptum ſit, vt vſum eius Titius B haberet, proprietatem[n] tamen ei legatam, & vſus mētionem factā, quia erat reſtituenda ab eo pecunia poſt mortem eius, diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

## SI VSVSFRVCTVS petetur,[o] vel ad alium pertinere negetur.[p]

## TITVLVS VI.

Fructuarius nō agit confeſſoria pro ſeruitute acceſſoria: ſed pro ipſo vſufructu: per quod indirectè conſequetur quod mero iure directè conſequi non poteſt. Bald.

I. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Sabinum.*

SI fundo fructuario ſeruitus debeatur, Marcellus libro octauo apud Iulianū Labeonis & Neruæ ſententiam probat, exiſtimātium ſeruitutem quidem eum vindicare non poſſe,[q] verùm vſumfructum vindicaturum:[r] ac per hoc vicinum, ſi non patiatur eum ire & agere, teneri ei quaſi non patiatur vti frui.

D Quotiens diſpoſitioni apponitur aliquid quod eſt contra naturam rei ſuper qua diſponitur, non valet diſpoſitio. Bartolus.

Vſusfructus legatus adminiculis eget, ſine quibus vti frui quis non poteſt. Et ideo ſi vſusfructus legetur, neceſſe eſt tamen vt ſequatur eum aditus:[ſ] vſque adeo, vt ſi quis vſumfructum loci leget ita, ne heres cogatur viam[t] præſtare, inutiliter hoc adiectū[u]

---

a *Promittere*.heredibus ſcilicet qui pro ſe ſatiſdederunt de reſtituenda pecunia: non autē ſatiſdabit: cum ſit pro eo ſatiſdatū. Ir.

b *Mandati*.contra legatarium. Accurſius.

c *Non acturos*.ſed an poteſt agi neg.geſt? videtur ꝙ ſic: quia vtiliter geſtū eſſe negotiū legatarij negari non poteſt: vt.ſ̃.de neg. geſ.Pōponius. &.l. ſed an vltro.§.j.ſi opponatur: imò ſuum negotiū geſſit ſe liberādo: ſicut in duobus reis promittendi dicitur: vt.j̃. ad Vel.vir vxori.in fi.Rñ. hîc ſecus eſt: quia ibi vterq; principalis eſt debitor: hîc verò eſt vnus debitor, alter fideiuſſor. Vel quod veri⁹ eſt, nō agit actione nego. geſt.quia ex voluntate defuncti tenebatur ſatiſdare: & per conſequētiā ſoluere: vt.j̃.de condic.inde.l. indebitā. nō ergo ſe liberauit ab actione ex teſtamēto, licet ſatiſdedit.

d *Mandatum*. gratis enim fit quod iure mādati quis exequitur: vt j̃.de legat. ij. vnum ex familia. §.j. ibi, non enim facultas &c. Acc.

e *Paruiſſe*. ſcilicet ex neceſſitate. Accurſius.

f *Liberatos*.q.d.nō poſſunt agere propter idē factum propter quod ſunt liberati: hoc tamē fallit: vt.j̃.de ſolu. l. in numerationibus. &.j̃. ad.l.Fal.ſi pupillus.ſed illud ideo, quia nō poteſt eſſe emptio quin alter alteri obligetur: fideiuſſio eſt etiā ſi mādati nō agatur. ar. pro hoc.j̃.de don. inter vi. & vxo.l.ſi vir vxori. & inſti.de oblig. ex quaſi contrac.in fi.titu. &.j̃. mandati.ſi remuneran di.§.ſi paſſus.

g *Videri*. ſ. cōtemplatione relictum. Accur.

h *Proſpicere*. aliàs proſpicere: & aliàs proficere.& facit.j̃.de lega. iij.fideicommiſſa.§.interdum. Accurſius.

IN *ſtipulatione*.] CASVS. Legaſti mihi vſumfr.pecunię.ſatiſdare debeo in duobus caſibus: ſi moriar, vel capite minuar: aliàs non teneor ſatiſdare. & hoc dicit cum prin.l.ſeq.quæ continuatur cum iſta. Viuianus. E

i *Pecuniæ*.alicui priuato relictæ, vt hîc, &.j̃.vſufructu. quēadm. cau.l.ſi vſusfructus nomine.§.fi.ſi verò ciuitati relinquatur: tantùm vnus interponitur, ſcilicet quaſi mortis: vt.ſ̃.qui.mo.vſusfruct.amittitur.l.ſi vſusfructus ciuitati. nam non vtendo. ſ. pecunia, nullus amittit etiam priuatus: quia habet quod eſt relictū: vt.C.de præſcrip.xxx.an.l.malè. Accurſius.

k *Caſus*.niſi teſtator ad tempus legaſſet, vel ad tempus eſſet cōſtitutus: vt.j̃.famil.erciſc.l.& puto.§.ij.

l QVoniam.*Contineri*.idem eſt in legato vſufru.ſiluæ: vt. j̃. de vſu & hab.l.diuus. Accurſius.

m *Siue poſtea*.quod eſt generale in omni fideiuſſore: vt inſtit.de fideiuſ.§.fideiuſſor. Accurſius.

SI *lanæ*.] CASVS. Relictus eſt mihi vſusfru.lanæ, vel aliorum quæ vſu conſumuntur.licèt videatur vſusfr.relictus: tamen ſatiſdare debeo: cum talia vſu conſumantur. Viuianus.

CVm *pecunia*.] CASVS. Teſtator legauit Titio. x. his verbis: Titio.x.do, lego, vel relinquo: vt poſt mortem Titij dentur Mæuio. quæritur an dominium vel proprietas dictorum. x. ſit Titij? Dicit quòd ſic: cum debeant Mæuio dari poſt mortem Titij: & ita ad heredem nunquam debent redire.

n *Proprietatem*.appellatione ergo vſusfr.cōtinetur hîc ꝓprietas: vt &.ſ̃.de vſufr.l. Proculus. Sed cōtra.j̃.de ſer. ruſti.prædi.l. qui duo. vbi dicitur ꝙ ſi. x. pedes iuxta aquā excepit vēditor, ꝙ ſeruitutē nō proprietatē excepiſſe videtur. Sol.ex eo ꝙ vſum aquæ tātū exceperat, idē videtur de eo ꝙ circa aquā excepit: cū ex vicinis ſcripturis aliq̃d iudicet̃: vt.j̃.de teſta. heredes. §. ſed & ſi notā.&.C.fa.erci.quotiens.Itē ar.cōtra.huic l.ī eo ꝙ ꝓprietas cōtinetur appellatione vſusfr.vt.j̃.de vſu & ha. ſi habitatio.§.ſed ſi χρῆσις.verſi.ſed ſi relictus. ſed natura rei hoc facit

SI VSVSFRVC. petetur, vel ad aliū &c.

o *Petetur*.p cōfeſſoriā.

p *Negetur*.aliàs allegetur: & aliàs, negetur.

*Hoc titulo de vſufructu duæ proponuntur actiones, Confeſſoria quæ ei cōpetit qui ſibi vſumfructū adſerit, Et contraria negatiua, quæ domino qui negat rem ſuā alij per vſumfr. ſeruire. De proprietate nulla prodita eſt contraria actio negatoria. vtraque eſt in rem actio, ſed confeſſoria ſola, vſusfru. vindicatio. Cuiac.*

In notis ſcilicet ad Iulianum, cū ille contrarium ſcriberet. l. 2. j̃. de nou.o.e.nūcia. l. 1. j̃. de remiſſ.

SI *fundo*.] CASVS. Si fūdo in quo habeo vſumfr. debetur ſeruit⁹: nō poſſum illā ſeruitutē vindicare: ſed petā vſū, & per hoc ſeruitutē. facit j̃.e.vtifrui. [VSVSFR.] Legaui tibi vſumfr. habebis illud quo ego vtebar. [ITEM.] Licèt teſtator dicat cū legat ſeruitutē, vt heres iter nō præſtet: nihilo minus præſtare tenetur. Item ſi teſtator adimat iter, inutilis eſt adēptio. Item heres tenetur emere viā vt fructuarius habeat viā, ſi aliàs præſtare non poteſt. Itē heres debet præſtare omnem ſeruitutē ad vſumfr. percipiendum: & debet etiam præſtare ea ſine quibus fructuarius non poteſt vti. Viuianus.

q *Non poſſe*. quia ſoli domino datur cōfeſſoria ꝓ ſeruitute reali vindicāda: vt.j̃.ſi ſer.vin.l.ij.§.hoc autē. Sed cōtra.j̃.de remiſ.l. j. §.idē Iulian⁹. Sol.directa actiōe nō poteſt: vt hîc, ſed vtili cōfeſſoria ſic, vt ibi. vel hîc directò nō poteſt. ſed per cōſequēs ſic: puta petendo vſumfru. vt hîc ſubiicit: & ſic ibi intelligatur. & facit quod dicitur.j̃.de ope.no.nun.l.in prouinciali.§.pe.in fi. No.ergo quòd principaliter prohibetur, per conſequens admittitur.

r *Vindicaturum*. per cōfeſſoriā cōpetētē pro ſeruitute perſonali ſi non poſſidet. aliàs vti poſſit. quaſi non poſſit frui: vt not.j̃.§.j.

ſ *Aditus*.quia ſine aditu nullus eſt vſusfructus: vt.j̃.de ſeruitu. vrba.præd.binas ædes. Ir.

Adiectio inutilis vitiatur, & non vitiat.

t *Viam*.id eſt aditum per alium fundum hereditarium.

u *Hoc adiectum*.inutilis adiectio vitiatur, & non vitiat: vt.j̃. de

vſu &

vſu & hab.l.per ſeruum.§.j.in fin.&.ꝟ.de libe. & poſthu. l.ſi ita. §.j.Accurſius.
a *Inutilis eſt*.vt argu.infra de adi.le.l.j.
b *Non eſt*.id eſt non poſſet iri.
c *Aditu*.ſ.quem emit heres:vt.d.l ſeruum filij.de leg.j.§.fin.
d *Præſtetur vſusfructus*.

A Primo caſu de iure ciuili.Secundo de iure prætorio quo inducũ tur fideicõmiſſa:& in vtroq; caſu perdo nõ vtẽdo ſi nõ vtar. Vi.
m *Traditum*.à legatario cui fuerat vſusfructus legatus:ideoque non potuit facere fructuarium.
n *Eum*.vt ſibi fideicommiſſario reſtituatur.

videatur. Item ſi vſusfructu legato iter ademptum ſit,inutilis [a] eſt ademptio,quia ſemper ſequitur vſumfructum. Sed ſi vſusfructus ſit legatus ad quem aditus non eſt [b] per hereditarium fundum, ex teſtamento vtique agendo fructuarius conſequetur vt cum aditu [c] ſibi præſtetur vſusfructus. [d]

Vtrum [e] autem aditus tantùm & iter,an verò & via debeatur fructuario legato ei vſusfructu,Pomponius libro quinto dubitat: & rectè putat,prout vſusfructus perceptio deſiderat, hoc ei præſtandum. [f] Sed an & alias vtilitates [g] & ſeruitutes ei heres præſtare debeat,puta luminum & aquarum, an verò nõ?Et puto eas ſolas præſtare compellendum, ſine quibus omnino vti non poteſt. [h] ſed ſi cũ aliquo incommodo vtatur, non eſſe præſtandas. [i]

Vbi petitur vſusfructus contra heredem,iudex debet condẽnare heredem ad intereſſe deteriorationis.Baldus.

II. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

SI ab herede ex teſtamento fundi vſusfructus petitus ſit, qui arbores deieciſſet, aut ædificium demolitus eſſet,aut aliquo modo deteriorẽ vſumfructum feciſſet, aut ſeruitutes [k] imponendo, aut vicinorum prædia liberando, ad iudicis religionem pertinet vt inſpiciat qualis ante iudicium acceptum fundus fuerit : vt vſusfructuario hoc quod intereſt, ab eo ſeruetur. [l]

Ius minus validum non durat maiori tempore quàm ius magis validum.h.d. Vel ſic:Ius vtile non eſt maioris rationis quàm ius directum.Baldus.

III. IVLIANVS *libro ſeptimo Digeſtorum.*

QVi vſumfructum traditum [m] ſibi ex cauſa fideicõmiſſi deſiit in vſu habere tanto tempore, quanto ſi legitimè eius factus eſſet, amiſſurus eum fuerit, actionem ad reſtituendum eum [n] habere non debet. eſt enim abſurdum, plus iuris habere eos, [*] qui poſſeſſionem duntaxat [o] vſusfructus, non etiam dominium adepti ſint.

IIII. IDEM *libro trigenſimoquinto Digeſtorum.*

B FVndus detracto vſusfructu legatus eſt Titio,& eiuſdem fundi vſusfructus Sẽpronio ſub conditione. dixi interim cum proprietate vſumfructum eſſe: [p] licèt placeat. [q] cum detracto vſufructu fundus legatur, apud heredem vſumfructum eſſe: quia paterfamilias cum detracto vſufructu fundum legat,& alij vſumfructum ſub conditione, non hoc agit, [r] vt apud heredẽ vſusfructus remaneat.

C Confeſſoria datur fructuario: nec poteſt proprietarius ex perſona fructuarij agere cõtra tertium confeſſoria: quia quis habet intẽtare ius ſuum, non ius tertij: ſed negatoria competit domino : & ſic nec poſſeſſor nec petitor habet ius in re: præualet tamen poſſeſſor propter modum poſſeſſionis.h.d. vſque ad.§.vtrum autem. Baldus.

V. VLPIANVS *libro ſeptimodecimo ad Edictum.*

VTi frui ius ſibi eſſe ſolus poteſt intendere [ſ] qui habet vſumfructum:dominus autem fun-
D di non poteſt: [t] quia qui habet proprietatem, vtendi fruendi ius ſeparatum [u] non habet.nec enim poteſt ei ſuus fundus ſeruire. [x] de ſuo enim non de alieno iure quemque agere oportet. [y] quamquam enim actio negatiua domino competat aduerſus fructuarium, magis tamen de ſuo iure agere videtur quàm alieno: cum inuito ſe negat [z] ius eſſe vtendi fructuario, vel ſibi ius eſſe prohibendi. Quòd ſi fortè qui agit, [a] dominus proprietatis nõ ſit: quã-
E uis fructuarius [b] ius vtendi non habet, vincet tamẽ iure quo poſſeſſores ſunt potiores, [c] licèt nullum ius habeant.

vt &.ꝟ de vſufruc.leg. l.damnas. §. qui duos. & de le. j. ſeruum filij. §.fin. & arg.ſ. de iuriſ. om.iudi. l.ij.&.ꝟ.de vſu & ha. diuus. j. reſpõ. ſic ergò in hoc & præmiſſis caſibus vindicabit fructuarius vſumfr.itineris vel act⁹: & ſic ſeruitutem ſeruitutis: quod eſt cõtra.l. vt.ꝟ.de vſufr.le.l.j.Sed certè non puto ꝙ ideo quòd impeditur agere vel ire in ſuperioribus caſibus quando eſt in poſſeſſione vſuſr. petat vſumfru.ſed loquitur cũ fructuarius non poſſidebat vſumfructũ fundi. tũc ergo vindicabit vſumfru.cum dictis vtilitatibus: nõ vt pro ſeruitutibus ſeruitutis:ſed quaſi ſit pars ipſius vſusfr. Sed quid ſi alius poſſidet vſumfructũ: & alius debet ſeruitutẽ, & ſic impediatur ire quãdo eſt in quaſi poſſeſſione?proponat vtile interdictũ quaſi vti poſſidetis, quaſi prohibeatur vti frui:vt &.ꝟ.ſi ſer.vin.l. ij.§.pe. ſed certè poſſidenti datur:vt.ꝟ.eõd.l. pen.§.vlti. & ideo dic vt.ſ.in princip.l. in gl. quia ſoli.
e *Vtrum*. aliàs hîc incipit lex,& aliàs non.
f *Præſtandum*. vt vtilitatem & partem vſusfructus:vt ſubiicit.
g *Vtilitates*.quãdo antea ſeruitus fundo nõ debebatur : quo caſu loquitur prin. huius.l.
h *Non poteſt*. ſine magno incommodo.Ac.
i *Non eſſe præſtandas*. vt &.ſ.de vſufr.l.ſi is qui binas. arg.eſt.ꝟ.de cõtrahen.emp.l.in venditionibus.§.fi. &.l. ſeq. Accurſius.

SI ab herede.] CASVS. Teſta.legauit mihi vſumfru.in prædio heredis. hic heres anteꝗ tradat mihi rẽ,arbores aut domos ſubuertit. queritur nũquid tenetur mihi ad intereſſe?Et reſpon.ꝙ ſic. Viu.
k *Seruitutes*. ſed videtur ꝙ nõ poſſit ꝓprietari⁹ ſeruitutẽ imponere:vt.ſ.de vſufr.ſed & ſi q.d.j.§.ſed nec.quę eſt cõtra.Sol.hîc impoſuit ſeruitutẽ eo tẽpore quo nõdũ ceſſerat dies vſusfr.q̃a relict⁹ erat ſub cõdi.vel ĩ diẽ.hoc nõ valet:vt.ꝟ.queãd.ſer.am.l. ſi is cui.§.fi.&.ꝟ.de cõd.& dem.ſi fundũ à teſtatore. Dic ergo meli⁹, hoc ꝑdiũ erat heredis,nõ defũcti.Vel ibi iã cõſtituto vſuf.hîc nõ.
l *Seruetur*.vt.ſ.qui.mo.vſusfru.amit.l.repeti.§.fi.&.l.ſeq.Acc.
QVi vſumfructum.] CASVS.Si leget mihi teſtator vſumfruc. ſiue alij,& eidem ſi deicommiſit mihi reſtituere vſumfru.

o *Dumtaxat*. quã ſolã habẽt,iure ciuili inſpecto.ſed de iure prætorio etiã proprietatẽ habẽt cũ vſufructu:vt.ſ. qui.mo.vſusfr. amit.l. j.§.j.&.l.ſi legatũ.&.l. Põponius.§.fi.Et eſt ratio ſimilis ei quæ eſt hîc,&.ꝟ.de ca.& poſtli.reuer.l.in bello. §. ſi quis ſeruũ. in fi. §. vbi domin⁹ factus plus iuris debet habere ꝙ̃ nõ dominus.

*Flo.eius.

FVndus.] CASVS. Teſta.legauit mihi nudã proprietatẽ fundi:& ſic deduxit vſumfr.alij vſumfr.ſub conditione ſi nauis ex Aſia venerit,legauit.quæritur cuius interim ſit vſuſr. dũ pendet conditio:an heredis,an proprietarij?Et reſp.quòd eſt proprietarij : & eſt ratio : ꝙ quia deduxit teſtator vſumfruc.pro fructuario, videtur nõ deduxiſſe pro herede vſumfru.interim. Viu.
p *Eſſe*.& ita apud Titium,nõ apud heredẽ: vt ar.ſ.de vſufr.l.ſi Titio vſusfr.j. reſpõ. Ac.
q *Placeat*.ſ.aliàs. Acc.
r *Non hoc agit*. ſcilicet in mẽte.Sed hæc videtur mala ratio:vt argu. contra.ꝟ.de ſtat. lib. l. qui pecuniã. vbi dicit quòd dare iuſſus,videtur heredi iuſſus. Sed hîc quaſi certũ eſt ad heredem nõ peruenturum:vt ar.ꝟ.de cõdict. inde.l.Iulianus.

Vide Theoph.de act. & Harmenopul. ti. 2. vbi hunc locum interpretatur.

ſ VTi frui. Intẽdere.ſ. per cõfeſſoriam.
t *Nõ poteſt*.ſ.intendere cõfeſſoriã:licèt ipſe petat vſumfru.cauſalem.
u *Separatum*.ſcilicet ꝙ dicitur ſeruitus : & dicitur formalis.
x *Seruire*. id eſt ſeruitutẽ debere:vt.ꝟ.de iu. do. cũ in fundo.ĩ prin. &.ꝟ.de ſeruitu. vrban. præ.l. in re communi. hoc tamẽ quandoque fallit:vt.ꝟ.de ſer.ruſti. prædi.l.tria.
y *Oportet*. niſi haberet mandatum:vt ſupra de nego.geſt.l.ſi pupilli.§.finali.
z *Negat*.i.negãdo dicit.ſimile negat.ꝟ.de ĩ diẽ addic.l.vbi. quãdoq; ponitur negat,ꝓ dicit:vt ĩ authẽ.de tri.& ſe.§.illud.col.iij.
a *Qui agit*.negatoria.
b *Fructuarius*.quondam,vel qui putatur. Io.
c *Potiores*. ſ.petitore non implente ſuam intentionem : etiam ſi ipſe fructuarius qui eſt in poſſeſſione,nihil probet:vt.C.de edẽ. l.qui accuſare.&.C.de rei vindi.l. res alienas. & inſtit.de interdi.§.commodum. Cæterùm ſi is qui intendit negatoriã, probet ſe dominum:denegabitur facultas fruẽdi fructuario, niſi de ſuo

iure probet: quia præſumitur res libera:niſi contra probetur:vt C.de ſerui.altius.&.C.de pig.act.l.nec creditores.§.vt autem.Si autē non poſſidet fructuarius,ſemper.i. ſiue aduerſarius probet ſe dominum,ſiue non : ſemper imponitur ei neceſſitas probādi.

a *Competere*.ideoque dicitur in rem.Ioan.

b *Seruitutem*. ſcilicet directò: & dic vt.ſ.e.l.j.Azo.ſeruitute tamen vtetur:vt.j.ſi ſer.vind.l.ij.§.ij.Sed arg.contra j.de ſerui.l.ei qui. Sol. ibi nihil dicit de fructuario:licèt de ſimilibus dicat. Et eſt ratio: quia hîc eſſet ſeruitus ſeruitutis.

c *Vindicet*.per confeſſoriam, alij per negatoriam.

d *Etiam fructus*. vt & j.l.proxi.§.fina.

e *Finitus vſusfructus*. capitis deminutione.

f *Præteritorum*.vt &.ſ. de rei vind.l.fructus.in fi.&.l.ſeq.&.ſ.de vſufru.qui vſumfruc.in fi. &.l.quæſitum.&.l.defuncta.

*Fructuario.*] CASVS. Principiū.l. planū eſt. [SED SI.] Egi contra Titium cōfeſſoria, qui ſe liti obtulit cum Mæuius poſſideat:& ſic lite pendēte amiſi vſumfr.non vtendo. quæritur quid reſtituitur? Et reſpon.vſusfruct.mihi de nouo conſtituēdus eſt per doloſum qui ſe liti obtulit.Itē de cautione debet mihi promittere.poteſt enim eſſe quòd Mæuius qui prǽſcripſit,obligauit alicui: qui auocabit à me rē per hypothecariā, & ſic nō permittet me frui.& ſic qui ſe liti obtulit, cauet de euictione : & ita de nouo conſtituitur.[SICVT.] Idē dicit quod.ſ.prox. quia ſi fructuarius rem in qua habet vſumfru. amittat,& aliquis eum poſſidebat,poteſt agere confeſſoria : non vt res ſibi à fruct. tradatur: ſed vt ſecurius vti poſſit. Idē ſi dominus propriet.poſſidet:& aget fructuarius. Viuianus.

† In vulg.eſt lex,Fructuario.

Iura realia poſſunt intentari cōtra quemlibet,non ſolum contra eū à quo quis habet cauſam. h.d. & ad hoc ſemper allegatur.Bald.

Vtrum autem aduerſus dominū duntaxat in rem actio vſufructuario competat , an etiam aduerſus quemuis poſſeſſorē, quæritur? Et Iulianus libro ſexto Digeſtorum
B ſcribit , hanc actionem aduerſus quemuis poſſeſſorem ei competere.[a] Nam & ſi fundo fructuario ſeruitus debeatur , fructuarius nō ſeruitutē,[b] ſed vſumfructū vindicare debet aduerſus vicini fundi dominum.Si partis fundi vſusfructus conſtituatur, poteſt de eo in rem agi : ſiue vindicet[c] quis vſumfructum , ſiue alij neget. In his autem actionibus quæ de vſufructu agūtur,etiam fructus[d] venire plus quàm manifeſtum eſt.

Si lite pendēte moritur fructuarius: pro futuro tempore nulla fit condemnatio.h.d.vel ſic:Extra li. conteſt. non abſorbet defenſionē ſuperuenientem.Bald.

Si poſt litem de vſufructu cōteſtatā fuerit finitus vſusfructus,[e] an vlterius fructus deſinant deberi? Et puto deſinere.Nā & ſi mortuus fuerit fructuarius, heredi eius actionem præteritorum[f] dūtaxat fructuum dandam Pomponius libro quadrageſimo ſcribit.

Fructuario †[g] qui vicit, omnis
D cauſa reſtituenda eſt.Et ideo ſi ſerui fuerit vſusfructus legatus:quidquid ex re fructuarij vel ex operis ſuis conſecutus eſt poſſeſſor, debebit reſtituere. Sed & ſi fortè tēpore vſusfructus amiſſus eſt, alio quidem poſſidente,alio autem liti ſe offerente, non ſufficit eum vſumfructum iterum renouare :[h] verum cauere quoque eum de euictione vſusfructus oportet.quid enim ſi ſeruum aut fundum[i] is qui poſſidebat, pignori dedit, íſque[k] ab eo qui pignori accepit, iure[l] vti prohibetur?Debebit itaque habere cautum.

In confeſſoria & negatoria quādo intentatur à non poſſidente, veniunt fructus:ſed imponitur ſilentium victo.Baldus.

Sicut fructuario in rem confeſſoria[m] *agenti fructus præſtandi ſunt,ita & proprietatis domino,ſi negatoria actione vtatur.[n] ſed in omnibus[o] ita demum,ſi non ſit poſſeſſor qui agat. nam & poſſeſſori competunt. quòd ſi poſsidēt, nihil fructuum nomine cōſequētur.[p] Quod † ergo officium erit[q] iudicis quàm hoc,vt ſecurus conſequatur fructuarius fruendi licentiam,proprietatis dominus ne inquietetur?[r]

C VI. PAVLVS *libro vicenſimoprimo ad Edictum.*

QVi de vſufructu iudiciū accepit,ſi deſierit poſsidere ſine dolo,abſoluetur.[s] quod ſi liti ſe obtulit,& quaſi poſſeſſor actionem de vſufructu accepit, damnabitur.[t]

## DE OPERIS SERuorum.

## TITVLVS VII.

I. PAVLVS *libro ſecundo ad Edictum.*

OPera in actu conſiſtit:[u] nec ante in rerum natura[x] eſt,quàm ſi is dies venit[y] * quo præſtanda eſt:quemadmodum cum ſtipulamur,*Quod ex Arethuſa natū erit.*[z]

II. VLPIANVS *libro ſeptimodecimo ad Edictum.*

OPerę ſerui legatæ capitis minutione[a] non amittuntur.

III. GAIVS *libro ſeptimo ad Edictum prouinciale.*

g *Fructuario*.aliàs incipit.§.& aliàs lex.

h *Renouare*.quis renouabit? Reſpō.doloſus quidem ſine dubio tenetur de dolo,in quo venit vt conſtituat vſumfr. aliàs iuratur in litem : vt. l. arbitrio.ſ.de dolo.ſed liberatus tenetur in ſubſidium:vt.ſ.de dolo.l.pe.& de eo per quem fac.eſt.l.fi.in princ.

i *Aut fundum*.in quibus eſt conſtitutus vſusfructus.

k *Iſque*.ſcilicet vſufructuarius.Accurſius.

l *Iure*.vt quia præſcripſit poſſeſſor:& ſic potuit obligare: vt.ſ. de rei vin.l.ſi poſt acceptum.

m *Confeſſoria agenti*. ſcilicet directa:item Publiciana : quando à non domino vſusfr.eſt cōſtitutus:vt.ſ.de Publi.l.ſi ego.§.j. hoc tamen ita ſi ſatiſdedit. aliàs non facit fructus ſuos : vt argu.j.de vſufru.leg.l.vxori vſufructu.

n *Vtatur*.vt infra ſi ſer.vind.loci corpus.§.in confeſſoria.

o *Sed in omnibus*.id eſt in prædictis duobus.

p *Conſequentur*.quia perceperunt ipſi: vel potuerunt percipere: vt.ſ.de rei vin.l.Iulianus.§.pe.patet ergo ex prædictis has actio-
A nes etiam poſſidenti dari:vt inſti.de act.§.æque.&.j.ſi ſer.vindi. l.& ſi forte.§.ſciendum.licèt P.in negatoria dixerit contra.

q *Erit*.aliud ſcilicet hoc caſu cū actor poſſidet,quàm hoc,&c.

r *Inquietetur*.q.d.nullum,imò & aliud eſſe videtur,vt pręteritos fructus faciat reſtitui: vt.ſ.l.proxi.§.fina.Accurſius.

Q*Vi de vſufructu*.] CASVS. Si conueni te pro vſufr.& tu ſine dolo deſiiſti poſſidere:abſolueris: Secūdò dicit, quòd ſi in rē qua habeo vſumfruct. poſſideas,& alius offerat ſe defenſurū , dicēs ſe eam poſſidere,& nō poſſidet: cōdemnatur. Viuianus.

ſ *Abſoluetur*. vt &.ſ. de rei vin.ſinautē.§.j.

* Flo. cōfeſſoriam.

t *Damnabitur*. vt &.ſ. de rei vin. ſinautem. j. reſpon.

DE OPERIS ſeruorum.

*Fortè idem in operis cuiuſlibet animalis: vt.j.vſufru. quemadmodum caueat.l.huic.in fin.Acc.*

† Flo. Quid.

*Vſumfructum imitātur operæ ſeruorum, & ab eo quoque abſunt, diſtántque plurimum.nec enim amittuntur quibus modis vſusfructus amitti ſolet,capitis deminutione , non vtendo, morte,& amittuntur vſucapione ſerui, qua tamē vſusfructus non amittitur, & indiuiduæ ſunt , vſusfructus diuiduus,& cedūt ex die petitionis, non vt vſusfructus ex die aditæ hereditatis.Nō igitur per omnia vſumfructum imitantur.idémque dici de operis quorumcūque animalium quid vetat,veluti vecturis iumentorum.Cuiacius.*

O*Pera.*] CASVS. Aliquis legauit mihi operas ſerui.licèt mihi ius ipſarū operarū ſit factū,tamē iſtud legatū incipit deberi die adueniēte: vel cum indictæ fuerint à me.Et ſunt quando indixero vt operetur : ſicut cū aliquis ꝓmittit mihi partū futurū Arethuſę:qa pri⁹ nō debetur q̄ dies venerit.Viu.

* Concor.j. de op. liber. l.cum patronus.

u *Conſiſtit*,eſt enim diurnum officium:vt.j.de ope.liber.l.j.

x *In rerum natura*.obligatio operarum,vel opera ipſa.

E y *Venit*.quia venit cū eſt indicta opera incerta.ſed ſi certa: tunc cum potuit pręſtari,& nō eſt præſtita:vt hîc,&.j.de ope.li.quotiens.&.j.de vſufru.le.l.operę.quod eſt poſt aditam hereditatē, non prius:vt.j.quan.dies le.ce.l.ij.in fi.Accurſius.

z *Natum erit*.nam & hîc expectatur natiuitas:vt.j.de verb.obliga.inter ſtipulantem.§.ſacram.&.l.interdum.&.j.de condit. & demon.l.j.in fin.Accurſius.

O*peræ ſerui*.]CASVS.Legaſti mihi operas ſerui.ꝙ ſi capite minuat,non tamen perdo vſumfru.illarum operarum.Viuia.

a *Minutione*.minima.nam nec non vtendo, nec morte,licèt vſucapione proprietatis ſic:quod eſt mirabile. nam ſecus in vſufru. vt.j.de vſufruct.le.l.ij. &.ſ.de vſufruct.locum.§.proprietarius. Nec ob.j.vſufruc.quemad.ca.l.idem eſt. vbi dicitur quòd morte extinguitur:quia ad cætera legata de quibus erat ibi facta mētio,refertur,non ad legatum operę.Item nec ob.inſtit.de acquiſit.per arroga.§.j.vbi opera periit cap. demin. quia ibi de operis libertorum,

libertorum,quę ius in perſonam non tribuunt,cum ſit liber:hîc in ſeruorum,quæ ius tribuunt. & cum non ſit perſonale. non perit,vt dixi,niſi magna vel media ca. demi. qua omnia iura publicantur.Accurſius.

A

IN hominis.] CASVS. Aliquando legat mihi aliquis vſumfructum,& aliquando operas ſerui.In hoc ſecundo caſu locabo operas: & habebo inde mercedē ex operis illi⁹ ſerui:& iſte ſeruus operabitur mihi: & habebo eius operas. & hoc dicit hæc lex.Viuia.

a *Vſufructu*.i.commoditate.nã non vſusfruct⁹,ſed opera ſerui fuit legata: quæ differt ab vſufructu:vt.ſ.l.prox. & ſic facit ad ti.& probatur.ȷ.l.proxi.vel expone hanc vt illã.Acc.

b *Mercedes*.locabit igitur operas ſerui ille cui legata opera eſt: vt.ȷ. de vſufru.leg.l.ij.Acc.

FRuctus hominis.] CASVS. Si habeo in ſeruo vſum operarum, videor pretium lucrari,quod ſumptibus deductis reſtat.Viuianus.

c *In operis*.vnitatē quãdam voluit notare inter vſumfructũ & operas.vt enim illud dicitur: ego ſum in patre, & pater in me eſt: ita hîc in fructu ſunt operæ:& ĩ operis eſt vſusfructus.non eſt hęc tamē vt illa omnimoda ſimilitudo: vt patet ex differentiis multis notatis ſupra eo.l.operæ. Accurſius.

d Fructus.q.d.ſiue legetur opera in homine, habebit legatarius fructum hominis:& econtra ſi legetur vſusfruc.in homine, habebit operas. Accurſius.

* Flo. conſtituit.

† Gonea. in l. I. ȷ. ad. l. Falcid. ait hic legendũ eſſe vſumfructum, quod nõ admitto.

* Mediaſtinus qualis genus mancipiorum fuerit,Bud. ſup. cap. I. Nau. caup. Vnitas quædam eſt inter vſumfr. & operas.

IN hominis vſufructu[a] operæ ſunt,& ob operas mercedes.[b]

IIII. IDEM *libro ſecundo de liberali cauſa Edicti Vrbanici*.

FRuctus hominis in operis[*] conſiſtit:[*] & retro in fructu hominis operæ ſunt. Et vt in cæteris rebus fructus[d] deductis neceſſariis impenſis intelligitur,[c] ita & in operis ſeruorum.

V. TERENTIVS CLEMENS *libro octauodecimo ad legem Iuliam & Papiam*.

OPeris ſerui legatis vſum[†][f] datum intellegi & ego didici,& Iulianus exiſtimat.

VI. IVLIANVS *libro quingenteſimoquinto ad Edictum*.

CVm de ſerui operis artificis agitur,pro modo[g] reſtituendæ ſunt:[h] ſed mediaſtini[*] ſecundum miniſterium.& ita Mela ſcribit. Si minor annis quinque vel debilis ſeruus ſit,vel quis alius cuius nulla opera eſſe apud dominum[i] potuit,nulla æſtimatio fiet. Item voluptatis vel affectionis æſtimatio non habebitur:[k] veluti ſi dilexerit eum dominus, aut in deliciis habuerit. cæterùm deductis[l] neceſſariis impenſis fiet æſtimatio.

## DE VSV ET HAbitatione.

### TITVLVS VIII.

I. GAIVS *libro ſeptimo ad Edictum prouinciale*.

d *Fructus*.quaſi dicat,ſiue legetur opera in homine,habebit legatarius fructum hominis:& econtra ſi legetur vſusfruct.in homine,habebit operas.Accurſius.

e *Intelligitur*.hoc non ideo dicit vt debeant expenſæ reſtitui illi qui habet operas:vt infra cõmo.in rebus.§.poſſunt. ſed propter vltimum annum in quo legatum operæ finitur.nam pro quota anni non durauit opera,reddidit æſtimationem retentis ſumptibus:ſicut in dotali prædio:vt.ȷ.ſolu.mat.l.fructus. vel legę planē vt ſonat,vt.ȷ.ſolu.ma.l.vlt.in prin.& in fin.

OPeris.] CASVS. Legaſti mihi operas in ſeruo. videris mihi legaſſe omne ius quod ex eo percipi poteſt.Viuianus.

f *Vſum*. & plus. nam non propriè poſſunt operæ dici vſus, vel vſusfructus:vt.ȷ.ad.l.Falc.l.ȷ.§.ſi operis.quod & probari poteſt per multa diſſimilia,quæ no.ſupra eo.l.operæ.

CVm de ſerui.] CASVS. Titius legauit mihi operas ſerui:poſtea egi confeſſoria,vel actione ex teſtamēto.aduerſarius fuit in mora.tenetur mihi ad operas ſerui quas amiſi.ſ.ad æſtimationem earum. aliter melioris ſerui & deterioris æſtimatur opera. Item ſi talis eſt ſeruus,vt eius opera ſit nulla,nulla ſit æſtimatio: & ſi alicuius vtilitatis eſt ſeruus, non plus æſtimatur quàm dominus eum ſeruum in affectione habuerit. Vlterius dicit, quòd dominus deducit ſumptus quos fecit in ſeruum.Viuianus.

g *Pro modo*.congruo arbitrio boni viri.

h *Reſtituendæ ſunt*.ſ.operæ.i.earum æſtimatio.ipſæ enim eædem fieri non poſſunt:vt.ȷ.de condi.indeb.ſi non ſortem.§. libertus.

i *Apud dominum*.ſerui poſſidētem ſeruum:& facit.ſ.de rei vin. l.cæterum.Accurſius.

k *Non habebitur*.vt ratione affectionis poſſeſſoris cõdemnetur in plus:licèt ratione affectionis actoris quando q; reus condemnetur:vt infra de tu.& ra.diſtra.l.j.& infra man.l.cum ſeruus extero.& de ſer.export.l.ſeruus ea.Ioan.

l *Deductis*.factis ab operario in eius alimentis,nõ ratione temporis quo vſus eſt opera,ſed vltimi anni quo debet ad proprietariũ peruenire:vt dixi ſ.eo.l.fructus.vel planè,vt in princ.huius.l. dixi.Accurſius.

NVnc videndum de vſu & habitatione.[m] Conſtituitur etiam nudus vſus,[n] id eſt ſine fructu:qui & ipſe iiſdem modis conſtitui ſolet, quibus & vſusfructus.[o]

II. VLPIANVS *libro ſeptimodecimo ad Sabinum*.

B

CVi vſus relictus eſt, vti poteſt:frui non poteſt,& de ſingulis[p] videndum. Domus vſus relictus eſt aut marito, aut mulieri. Si marito, poteſt illic habitare non ſolus,[q] verum cum familia quoque ſua. An & cum libertis, fuit quæſtionis. Et Celſus ſcripſit, & cum libertis. poſſe hoſpitem quoque recipere. nam ita libro octauodecimo Digeſtorum ſcripſit. quam ſententiam & Tubero probat. Sed an[†] etiam inquilinum recipere poſſit,apud Labeonem nemini tractatum libro Poſteriorum. Et ait Labeo eum qui ipſe habitat, inquilinum poſſe recipere:[item[*] & hoſpites & libertos[r] ſuos,]

C

III. PAVLVS *libro tertio ad vitellium*.

ET[†] clientes.

IIII. VLPIANVS *libro ſeptimodecimo ad Sabinum*.

CAeterùm ſine eo ne hos quidem habitare[f] poſſe. Proculus autem de inquilino notat,[t] nõ bellè inquilinũ dici, qui cũ eo habitet.[u] Secũdũ hæc & ſi penſionem percipiat, dum ipſe quoque

D

## DE VSV ET habitatione.

*Expoſita eſt vna ſeruitus perſonarum, vſusfructus. hoc titulo explicatur altera,vſus.hæc indiui dua,illa diuidua.qua ratione forſitan operæ ſeruorum, quæ & indiuiduæ ſunt, ad vſum magis quàm ad vſumfructũ accedunt.l.v.ſ.tit. prox.nam fructus qui in eis eſſe dicitur non talis eſt qualis qui in vſufructu, quia non ex perſona ſpectatur eius cui debetur,ſed ex perſona eius in cuius operis conſiſtit, cuius generis opinor etiam eſſe fructũ conſtitutũ ſine vſu, vt.l.xiij. §.vlt.hoc tit. l.v.titu.ſeq. Vſum quoque imitatur habitatio,niſi quod capitis minutione & non vtendo nõ amittitur, & ex re ipſa quæ habitationem debet etiã ſpectatur magis quàm ex perſona cui debetur, vt operæ ſeruorum,vt fructus ſine vſu.Cuiacius.*

m NVnc videndum. Et habitatione. Eſt autem habitatio ius habitãdi in aliena domo,quod nõ eſt vſus vel vſusfruct⁹: vt inſtit.eo.§.ſi cui.

n *Etiã nudus vſus*. i.nõ ſolũ vſusfru. Sed quid eſt vſus nudus?Reſpõ. nudus dicitur in reſpectu, q̃a eſt ſine fructu: & poteſt ita definiri:Vſus eſt ius vtēdi rebus alienis ſalua rerum ſubſtantia.fruendi enim in definitione vſus non ponitur vt.ȷ.l. proxi.j.reſpon.licèt in vſufructu ponatur:vt.ſ.de vſufru.l.j. Ex qua definitione patet quòd vſus nõ poteſt eſſe propriè in rebus quę ſolo vſu cõſumuntur:ſicut nec vluſfr.cũ in eis nõ poſſit eſſe ſalua ſubſtantia.licèt videatur contra.ſ.de vſufru.ea.re.quæ vſu conſu. l.j. &.ij. ait enim, vſu conſumuntur. vnde videtur quòd vſus ſit in eis.ſed certè ibi nõ loquitur de vſu,qui eſt ſeruit⁹. Az.

o *Et vſusfructus*.vt inſtitu.eo.in princi.ſed fallit in caſu:vt.ȷ.eo. l.vſus pars. Accurſius.

p CVi vſus.Singulis.ſcilicet in rebus vel perſonis,in quibus hęc ita ſe habeant.

E

q *Non ſolus*.imò & ſolus poteſt.ergo legatur ſolus, pro ſolũ m: & dicatur non ſolùm ipſe maritus, verum cũ &c.ſic.ȷ.de vulg. ſubſti.l.qui liberis.vel ſubaudias,tantùm,vel ſolùm. Et dicatur, non tantùm ſolus,ſed etiã &c.ſic ſubauditur tantùm,vel ſolùm, vel ſimile:vt.ȷ.de rebus dub.ſi is qui ducenta.§.j. &.ȷ.de pec.licet.in ſi.l.vel infinitetur nomen,& dicatur, poteſt habitare non ſolus.ſic &.ȷ.de teſta.l.qui teſtamento.§. ſi ſeruus. &.ȷ.de fun. do.l.dotale prædium.j.§.fin.&.ſ.de iudi.l.j.&.ij.

r *Et libertos*. poſſe recipere ait.Azo.

ſ CAeterum.Habitare.vt infra eo.l.ſed nec.Sed contra.C.eod. de vſufr.& habi.cum antiquitas.Solu. ibi in habitatione, vt poſſit locari:hîc in vſu.

t *Notat*.reprehendit Labeonem, qui inquilinum vocauit eum qui recipiatur ab vſuario gratis.& quod ſubiicit,non velle. i. nõ debere,iuxta illud:Sic volo,ſic iubeo &c.

u *Qui cum eo habitet*.& eſt ratio: quia qui mercedem nõ præſtat, domum non conducit: vt.ȷ. de do. inter vi.& vxo.ſi vir vxori.

† Not.ſecũdũ Bald. q̃ ille qui habet ſimplicē poſſeſſionē rei, poteſt illam locare.

* Incluſa, videntur quibuſdam eſſe ſuperflua.

† In vulg.incipit lex.Sed & clientes.

Habitatio quid ſit.

Vſus nudus quid ſit, & in quo conſiſtat.

inhabitat, nõ erit ei inuidẽdum.[a] Quid enim ſi tam ſpatioſæ domus vſus ſit relictus homini mediocri, vt portiuncula contentus ſit? Sed & cum his quos loco ſeruorum in operis habet, habitabit: licèt liberi ſint.[b] vel ſerui alieni. Mulieri autem ſi vſus relictus ſit, poſſe eam & cum marito habitare Quintus Mucius primus admiſit: ne ei matrimonio[c] carendum foret cum vti vult domo. Nam per contrarium quin vxor cum marito[d] poſſit habitare, nec fuit dubitatum.[e] Quid ergo ſi viduæ legatus ſit? an nuptiis cõtractis poſt conſtitutum vſum mulier habitare cum marito poſſit? Et eſt verum (vt & Pomponius libro quinto, & Papinianus libro nonodecimo quæſtionũ probat) poſſe eam cum viro & poſtea nubentem habitare. Hoc amplius Pomponius ait & cum ſocero habitaturam.

V. Pavlvs *libro tertio ad Sabinum.*

Imò & ſocer[f] cum nuru habitabit, vtique cum vir vnà ſit.[g]

VI. Vlpianvs *libro ſeptimodecimo ad Sabinum.*

Non ſolùm autem cum marito, ſed & cum liberis libertíſque habitare, & cum parentibus poterit: & ita & Ariſto notat apud Sabinum: & hucuſque erit procedendum, vt eoſdem quos maſculi, recipere & mulieres poſſint.

VII. Pomponivs *libro quinto ad Sabinum.*

Non aliter autẽ mulier hoſpitem recipere poteſt, quàm ſi is ſit qui honeſtè[h] & cũ ea quæ vſum[i] habeat, habitaturus ſit.

VIII. Vlpianvs *libro ſeptimodecimo ad Sabinum.*

Sed neq; locabunt[k] ſeorſum, neque concedent habitationẽ ſine ſe, nec vendent vſum. Sed ſi vſus ædium mulieri legatus ſit ea conditione, ſi à viro diuortiſſet: remittendam[l] ei conditionem, & cum viro habitaturam. quod & Põponius libro quinto probat.

IX. Pavlvs *libro tertio ad Sabinum.*

Caeterarum quoq; rerum vſu legato, dicendum eſt vxorem cum viro in promiſcuo[m] vſu eas res habere poſſe.

X. Vlpianvs *libro ſeptimodecimo ad Sabinum.*

Si habitatio legetur, an perinde ſit atque ſi vſus, quæritur. & effectu quidem idem penè[n] eſſe legatum vſus & habitationis, & Papinianus[o] conſenſit libro octauodecimo quæſtionum. Denique donare[p] non poterit: ſed

A eas perſonas recipiet quas & vſuarius. Ad heredem tamen nec ipſa tranſit: nec non vtendo amittitur, nec capitis deminutione.[q]

Cauſa finalis arctat & reſtringit legatum. Baldus.

Sed ſi χρῆσις † [r] ſit relicta, an vſus ſit, videndum. & Papinianus libro ſeptimo reſponſorum ait, vſum eſſe, non etiam fructum relictum. Sed ſi ſic relictus ſit, *Illi domus vſusfructus habitandi cauſa*: vtrum habitationem ſolam, an ve-

B rò & vſumfructum habeat, videndum. Et Priſcus & Neratius putant ſolam habitationem legatam: quod eſt verum. Planè ſi dixiſſet teſtator, *Vſum habitandi cauſa*: non dubitaremus quin valeret.[ſ] Vtrum autem vnius anni ſit habitatio, an vſque ad vitam, apud veteres[t] quæſitum eſt. & Rutilius, donec viuat, habitationem competere ait. quam ſententiam & Celſus probat libro octauodecimo Digeſtorum. Si vſus fundi ſit relictus, minus vtique

C eſſe quàm fructum, longéque,* nemo dubitat. Sed quid in ea cauſa[u] ſit, videndum. & Labeo ait, habitare eum in fundo poſſe: dominúmque[x] prohibiturum illò venire: ſed colonum non prohibiturum, nec familiam, ſcilicet eam quæ agri colendi cauſa illic ſit. Cæterùm † ſi vrbanam familiam illò mittat, qua ratione ipſe prohibetur, & familiam prohibendam eiuſdem rationis eſt. Idẽ Labeo ait & cella vinaria & olea-

D ria eum ſolum vſurum. dominum verò inuito eo non vſurum.

XI. Gaivs *libro ſecundo Rerum Cottidianarum, ſiue Aureorum.*

Inq; eo fundo hactenus ei morari licet, vt neque domino[y] fundi moleſtus ſit: neque his per quos opera ruſtica fiunt, impedimento ſit: nec vlli alij ius quod habet, aut vendere aut locare[z] aut gratis concedere poteſt.

XII. Vlpianvs *libro ſeptimodecimo ad Sabinum.*

E Plenum autẽ vſum debet habere, ſi & vilæ & prætorij[a] ei relictus eſt. Venire planè proprietarium ad fructus percipiendos, magis dicendum eſt: & per tempora fructuum colligẽdorũ etiam habitare illic poſſe admittẽdũ eſt. Præter habitationem quam habet[b] cui vſus datus eſt, deambulandi quoque & geſtandi ius habebit. Sabinus & Caſſius & lignis ad vſum cottidianum, & horto, & pomis, & holeribus, & floribus, & aqua vſurum, non vſque ad compendium,[c] ſed

j. reſpõ. ſed gratis recipitur. Sed quid ſi præſtet mercedẽ, vt ſtatim ſubiicit? Reſpon. eſt inquilinus. Accurſius.

[a] *Inuidẽdum.* Inuidioſus ego, nõ inuidus eſſe laboro.

[b] *Liberi ſint.* vt. j. de verb. obliga. ſi ſtipulatus fuero per te. Acc.

[c] *Matrimonio.* id eſt debito iure matrimonij. matrimoniũ enim nõ ideo diſſolueretur: nec enim debet afferre impedimentũ nuptiis cõtractis vel contrahendis: vt. C. de inſtitu. & ſubſtit. l. reprehendenda. & j. de condi. & demonſtra. l. cum tale. §. ſi arbitrio. Accurſius.

[d] *Cum marito.* cui ſit vſus legatus.

[e] *Dubitatum.* in vxore dubitabatur: quaſi deberet ſequi forũ & domum viri, non vir eius domum: vt. j. ad municipa. l. de iure. §. fi. & §. ij. & C. de dignita. l. mulieres.

Ratio eadẽ eſſe debet in filia quæ & in nuru.

[f] *Imo & ſocer.* cui vſus legatus eſt. Ioan.

[g] *Vnà ſit.* aliàs cũ viro iuncta ſit. i. inſimul cũ eis patre & vxore vnũ ſcilicet ſit. i. vna perſona: & ita ponitur cum, pro quia. Nam quę eſt ratio in filia, eadẽ & in nuru: vt. j. ſolu. matr. l. quia parẽtis. vel ponitur cum, pro quãdo. & verbum ſit, propriè ponitur nullo adiecto.

[h] *Non aliter. Honeſtè.* No. argu. quod ſcholaris ſocius nõ poſſit inducere ganeas. ſic ſupra de vſufru. ſi pendentes. §. j. in quibuſdã planè perſonis nihil ſęui criminis exiſtimari naturale fœd⁹ permittit: vt. C. de epiſc. & cl. l. eum qui. & in authẽ. quomodo opor. epiſc. §. quanta igitur. coll. j.

[i] *Vſum.* quaſi non voluerit teſtator. Accur.

[k] *Sed neque locabunt.* vt & s. l. cæterũ. in prin. Accurſius.

[l] *Remittendam.* vt. C. de inſtitu. & ſubſtitu. l. reprehendenda.

[m] *Caeterarũ. Promiſcuo.* ſic. C. de furtis. l. quamuis. Accur.

[n] *Si habitatio. Penè.* differt enĩ in quibuſdã: quia poteſt locari habitatio, ſed vſus non: vt. s. e. ſed neq;. & C. e. de vſufr. & hab. l. cum antiquitas. & in aliis: vt ſtatim dices.

Nunc de habitatione dicit.

[o] *Et Papinianus.* & pro etiam. Accurſius.

[p] *Donare.* is cui habitatio eſt conceſſa: de alio enim non videtur loqui poſſe. hoc tamẽ corrigitur quo ad locationem: vt. C. eod. l. cum antiquitas.

[q] *Nec capitis deminutione.* vt. s. de capi. demin. l. ſi legatum. neque legatum operæ: vt. j. de vſufru. leg. l. ij.

† Alciat. lib. 2. pareg. c. 14.

[r] *Sed ſi chreſis.* i. habitatio, vel vtilitas [a] habitationis. Accurſius.

a] Ex textu nota iuncta gloſ. quòd ſi alicui vtilitas legetur: denotatur vſus tãtũ. circa cuius tex. materiã adde quòd appellatione vſusfru. venit omnis commoditas. Bolog.

[ſ] *Quin valeret.* ſ. iure habitationis. Sed arg. cõtra. j. de auro & arg. le. l. ſpecies. & s. de vſufructu ea. re. quæ vſu conſu. l. fi. & de vſufr. l. dominus. §. fi. & j. de ali. & cib. leg. l. pe. in fi. quibus. ll. dicitur per hæc verba. ſ. habitatio, vel æquipollentia quibus hic vſus eſt, ꝓprietatem contineri.

Additio. Sol. ſecũdũ Bart. & dic quòd in illis non erãt verba ſimilia vel æquipollẽtia iſtis: quia ipſa res fuit relicta cum adiectione quadã, per quam adiectionẽ legata non minuuntur neq; adimuntur. hîc fuit relict⁹ vſuſfructus vel vſus cũ adiectiõe quadã, per quã adiectionẽ legatũ augetur: & ſic vbique fit interpretatio in benigniorẽ partẽ: vt. l. in teſtamẽtis. j. de reg. iur.

* ſubaudi, diſtare.

† Iſte tex. eſt menti tenẽdus ſecundũ Bal. hîc, ad hoc quòd id quod non licet domino, non licet familiæ.

[t] *Apud veteres.* cũ ſimpliciter legata eſſet.

[u] *In ea cauſa.* id eſt in vſu. Accurſius.

[x] *Dominúmque.* i. vſuarius prohibebit dñm: niſi ipſe domin⁹ colat: vt. j. e. l. fũdi. §. ſicut is.

[y] *Inque. Neque domino.* volẽti tantummodo colere: non etiã inhabitare.

In vulg. editione eſt lex, Denique.

[z] *Locare.* vt. j. l. proxi. §. equitij. verſicu. operas. & hæc omnia ſeorſum à ſe concedit his qui ſecum inhabitant: vt. s. eod. l. ij. & l. cæterum. & l. ſed neque. & j. l. proxi. §. ſi vſus.

[a] *Plenum. Prætorij.* locus eſt in quo paterf. reſidere ſolebat, & merces & ſpecies tanquã ĩ horreis retinere: vt. C. de offic. rectoris prou. l. nulli. ij. & ſumitur ex eo ꝙ prętorium ſolet dici locus in quo prætor reddit iura.

[b] *Quam habet.* in fundo: vt. s. e. l. habitatio. §. ſi vſus fundi.

[c] *Ad compendiũ.* i. ad lucrum,

UNED

lucrum,ne.ſ.vẽdat.ſic.j̃.famil.erciſc.ſi filia.§. idem Papinianus.
a *Vſurum*.eum ait Nerua,ſed malè,vt ſtatim ſubiicit.
b *Foliis*. Ad vermes qui pariunt ſericum. Ioan. vel pro bobus, vel pro vaccis,vel pro myrtis herba, vnde fit tinctura cerdonũ, vnde tingunt corium.

men filius vel ſeruus cui fuit legatus,vtetur cũ patre:& proban- A tur hæc omnia.j̃.e.filio in fi.& ſic poſito caſu non eſt contra.C. e.l.fina.quæ eſt contra.vbi dicitur nec patris morte huiuſmodi vſumfru.filio perire,nec econtra.præterea ibi tractat cuius morte finiatur:hîc ad quem non finitus porrigatur.

ad vſum, ſcilicet non vſque ad abuſum. Idem Nerua: & adiicit ſtramentis etiam vſurum: [a] ſed neque † foliis [b] neque oleo neque frumento neque frugibus vſurum. Sed Sabinus & Caſſius & Labeo & [c] Proculus hoc amplius, etiam ex his quæ in fundo naſcuntur, quod ad victum ſibi ſuiſque ſufficiat, ſumpturum B & ex iis quæ Nerua negauit. [d] Iubentius [e] etiam cum conuiuis & hoſpitibus poſſe vti. quæ ſententia mihi vera videtur. aliquo [*] enim largius cum vſuario agendum eſt pro dignitate [f] eius cui relictus eſt vſus: ſed vtetur his (vt puto) duntaxat in villa. [g] Pomis autem & holeribus & floribus & lignis vidẽdum vtrum eodem loco vtatur duntaxat, an etiam in oppidum ei deferri poſſint. Sed melius eſt accipere & in oppidũ C deferenda. neque enim graue onus eſt horum, [h] ſi abundent in fundo. Sed ſi pecoris ei vſus relictus eſt, puta gregis ouilis, ad ſtercorandum [i] vſurum duntaxat Labeo ait:ſed neque lana neque agnis neque lacte vſurum. hæc enim magis in fructu eſſe. Hoc amplius, etiam modico lactæ [k] vſurum puto. neque enim tam ſtricte [l] interpretandæ ſunt volũtates defunctorum. Sed ſi boum armenti [m] vſus relinquatur, omnẽ vſum habebit & ad a- D randum,& ad cætera ad quæ boues apti ſunt.

Nota quòd verba teſtatoris debent intelligi ſecundum cõditionẽ perſonæ cui datur, ſeu ad quẽ diſpoſitio confertur.

Equitij quoque legato vſu, videndum ne & domare poſſit, & ad vehendum ſub iugo vti. Etſi [n] fortè auriga fuit, cui vſus equorum relictus eſt, non puto eum Circenſibus [o] † his vſurum: quia quaſi locare eos videtur. Sed ſi E teſtator ſciens eum huius eſſe inſtituti [p] & vitæ, reliquit, videtur etiam de hoc vſu ſenſiſſe. [q]

Si vſus miniſterij [r] alicui fuerit relictus, ad ſuum miniſterium vtetur, & ad liberorum, coniugiſq;. Neque videbitur alij conceſſiſſe [ſ], ſi ſimul cum ipſis vtatur. quanquam ſi filiofamilias vſus ſerui ſit relictus, vel ſeruo, patri dominóve adquiſitus, ipſius duntaxat vſum exigat, [t] non etiam eorum qui ſunt in poteſtate. Operas autem ſerui vſuarij non locabit, neque alii vtendo [*] concedet.& ita Labeo.Quẽadmodum enim concedere alii operas poterit, cum ipſe vti debeat? Idem tamen Labeo putat, ſi fundum conduxerit quis, vſuarium ſeruum poſſe ibi operari. Quid enim intereſt, in qua re opera eius vtatur? [u] Quare & ſi lanam conduxerit vſuarius expediendam, poterit etiam per vſuarias ancillas opus perficere. Idémque ſi veſtimenta texenda redemerit, [x] vel inſulam vel nauem fabricandam, poterit ad hæc operis vti vſuarii: [*] nec offendetur illa Sabini ſententia, [y] ancillæ vſu dato, ad lanificium eam non mitti, nec ex operis mercedem capi: ſed ſibi lanam facere iure cogere. Sibi enim [z] facere videtur, qui non operas eius locauit, ſed opus quod conduxit expediit. Idem & Octauenus probat.

XIII. GAIVS *libro ſeptimo ad Edictum prouinciale.*

Sed ipſi ſeruo ancillæve pro opera mercedem imponi [a] poſſe, Labeoni placet.

Per ſeruum vſuarium adquiritur ex re,non ex opera: ſed per vſufructuariũ adquiritur vtroque modo. Bartolus.

XIIII. VLPIANVS *libro ſeptimodecimo ad Sabinum.*

Per ſeruum vſuarium [b] ſi ſtipuler, vel per traditionem accipiam, an adquiram quæritur, ſi ex re mea, vel ex operis eius. Et ſi quidem ex operis eius, non valebit: [c] quoniam nec lo-

c *Et*.pro etiam.
d *Negauit*. ergo & de frumento.
e *Iubentius*.ſ.ait.
f *Pro dignitate*. & officio: vt ſupra de iudic. ſed & ſi ſuſcepit. §. ſed & ſi proponas.&. j̃. e. l.§.equitij.

† doliis,emẽdat Connanus, oleis, Cuiac.lib.9. obſer. c. 37.

g *In villa*.id eſt domũcula quæ gratia fructuũ reponẽdorũ parata eſt:& appellatur ruſticũ prædium:vt infra de verbo.ſignifica.l.fũdi appellatione. quod tamen intelligo ſi cõmodè ibi morari poteſt ratione vicinitatis oppidi,putei,& Eccleſię:alioquin contra:vt j̃.eo.l.diuus.Accur.

* Vulg. aliquanto.

h *Horum*.ſcilicet proprietario.
i *Ad ſtercorãdũ*.in quo eſt vtilitas:vt hîc,& inſtitut.eo.§.penul.&.C. de curſu publi. lib. xij. in omnibus.Accur.
k *Modico lacte*.vſque ad vſum ſuum:& idem in cęteris fructibus:vt ſupra ea.l.§. Sabin⁹. licet alij vt Pla.in lacte ſpeciale dicant.
l *Stricte*.Imò largè: vt infra de regu. iur. l. in teſtamẽtis. Accurſius.
m *Sed ſi boum armenti*. Armẽta dicũtur boũ: vt hîc,& infra de verb. ſignifi.l.boues.in prĩc. Accurſius.

Armentum.

n *Et ſi*.id eſt quamuis. & incipit reſpondere. Accurſius.
o *Circenſibus*.quia curruí aureo præponebatur cũ equis ſuis ad certãdũ,& ad currum ducẽdũ in certaminibus: vt.C.de fer.l.fina.
p *Inſtituti*.i.propoſiti.
q *Senſiſſe*.Ex ſciẽtia defuncti interpretor eius volũtatẽ: vt hîc &. C. de fideicõ. l. prædia obligata. &. j̃. de reb. dub.l. qui habebat. & arg.j̃.de reg.iur. l. cui⁹ per errorẽ.&. s̃. de iudic.ſed & ſi ſuſcepit. §. j.Sed argu.cõtra. j̃. de leg.iij.ſi quis in prin.ij. reſpon. vbi oportet eũ etiã ſpecialiter dicere cõtra,vt à prima recedatur voluntate. Ac.

† Circenſes ludi erãt qui in circo fiebant. hoc eſt loco muris ſepto, ĩ quo equi pugileſque exercebantur: vide Alex. ab Alex. lib. 5. cap.8.

r *Miniſterij*.ſcilicet ſerui.
ſ *Conceßiſſe*.hoc enim facere non poteſt ſeorſum à ſe: ſed ſimul ſic:vt hic,&.s̃.l.proxi.&.C.de vſufru.l.vſufructu.ij.Accur.
t *Vſum exigat*.ſcilicet huiuſmodi legatũ:ſed de quo dicit,ipſius? Reſpon.ſecundum. R. filij vel ſerui qui ſoli vtentur, non etiam pater vel dominus: vel alij qui ſunt in eiuſdem poteſtate:vt arg. inſti.de ſtip.ſer.§.ſed cum factum. & hoc ſi non cõtemplatione patris vel domini ſit relictus.ſed tu dic,patris vel domini, vt ipſe tantùm vtatur.q.d.non alij qui ſunt in eorum poteſtate:ipſe ta-

u *Opera eius vtatur*.quaſi dicat, nihil. & ſic ex opera quærit.Sed contra.j̃.eod.l.per ſeruum in princ.Sol.vt ibi. Itẽ ad huius operam etiã cogere poteſt:vt ſupra de vſufruct. ſed ſicuti. §.quoniam.
x *Redemerit*.id eſt conduxerit, vel id eſt de ſuo texẽdo certũ quid accepturus cõuenit:vt ſupra de rei vindica. l. redemptores.
y *Sententia*. quæ ſcilicet ſequitur.

* vulg.vtendas.

z *Sibi enim*. Bene dico quòd non offenditur.
a *Sed ipſi.Imponi*. Nõ quòd ſit locatio: vt ſupra de vſufruct. l. ſi ſeruo fructuarius. in principio.

*Per ſeruum vſuariũ.*] CASVS. Seruus in quo habeo vſum,ex re mea mihi quęrit:nõ ex operis ſerui. [VSVSFRVCTVS.] Duo æquiparãtur, ſcilicet ſi aliquis legat mihi vſũfructum fundi,vel fructũ ſingulis annis.nã vtrolibet habeo ius fruendi,ſic quòd vſus cõmoditas nihil videtur adimere fructui.nec eſt vſusfruct⁹ ſine cõmoditate vtendi: ſed ecõtra eſt vſus ſine vſufructu,quod eſt i⁹ ſiue cõmoditas fruẽdi. quare vſusfruct⁹ non eſt ſine vſu. probat argumẽtũ Põponius. Legaſti mihi vſumfructũ ſine vſu. nõ valet legatũ:quia ſi poſtea ademit fructũ, videtur adimere vſum legatum per hoc quòd adimitur fruct⁹,niſi cõſenſerit & voluerit teſtator remanere vſum. [SED SI.] Legat mihi aliquis vſumfructũ,poſtea ex interuallo adimit vſum,nõ valet ademptio: ne remaneat vſusfructus ſine vſu. [VSV.] Teſtator legauit mihi vſum fũdi,poſtea legauit mihi vſumfructum. vſus cõfunditur cum vſufructu qui eſt in vſu.Secundò legauit mihi vſumfructum,& tibi vſum:& dicit quòd ambo habemus vſum:ego quidem formalem: tu vero actualem:ſed fructũ habeo,id eſt qui ſupereſt detracto vſu. Tertiò autem &c.quod eſt planum.Viuianus.

* vulg. vſuarius.

b *Per ſeruum vſuarium*. vel ex operis eius, ſi ſtipulatus per eum fuero.Accurſius.
c *Non valebit*.imò contra: vt. s̃. eo.plenum.§.fina.Solu.tribus modis quærit ſeruus ex opera.Primo,ſi locet:& hoc modo non quæritur vſuario:vt hîc.Item ſecundo, operando in re vſuarij: puta in agro: & hoc ſic: & hoc dicit lex contraria. Tertio,vt ſi

Seruus ex opera tribus modis quærit.

UNED

ſtipuletur, vel alio modo extrinſecus velit ex opera quærere. & hoc non poteſt, vt hîc. Item videtur etiã hoc caſu vltimo acquiri vſuario: vt inſti. per quas perſo. nob. acqui. §. j. quæ eſt cõtra. Solu. ibi non debet eſſe in litera, vel vſum: ſed tantùm de vſufructu loquitur: vt & ibi dixim⁹. vel ſi habes ibi, vel vſum, dic prout modo diximus. Accurſius.

f *Totum videri ademptum.* quia ſub eo eſt.
g *Sed ſi de fructu.* aliàs hîc incipit lex: aliàs. §. Accurſius.
h *Conſtitutum.* ſcilicet remanere. Accurſius.
i *Confundi.* Quia vnam ſeruitutem habebit fructuarius.
k *Concurrere.* quia qui fructum habet, & vſum propter cauſam fruendi vnde id tãtùm conſequitur, ꝙ vſuario ſupereſt: vt. ſ. de vſufructu. l. ſi alij.

a *Cum.* id eſt quando. & ſic no. hoc caſu mihi acquiri: niſi & hoc caſu proprietario ſtipularetur. nã tūc ei quæreret, ſed per cõditionem ſine cauſa redderet: vt hic, &. ſ. de ſtipu. ſer. l. penul.
b *An fructus.* cũ dico, annuos fruct⁹: vel, per ſingulos annos: vt. ſ. de vſufru. ſi quis. Acc.
c *Poteſt.* re ipſa. nã qui fruitur, & vtitur: ſed nõ cõuertitur. Ioan. ſeruitus tamẽ vna poteſt eſſe ſine alia: vt. j. ea. l. §. poterit. &. j. titu. j. l. æui. §. fi. Accurſius.
d *Inutile.* quia vtilitas vſus in fructu continetur: niſi dixiſſet contra, quia tunc nullũ eſt, vt hic. vnde qui fructum habet, vſum habere videtur quo ad cõmoditatem: vt. &. ſ. proxi. §. &. ſ. de vſufructu. l. ſi alij. ratiōe autẽ ſeruitutis, maxime quãdo diuerſæ perſonæ legauerũt, dicitur eſſe fructus ſine vſu: vt in fine hui⁹. l. &. j. de accepti. & per iuſiurãdũ. §. ſi quis vſufructũ. vt dixi proxi. §. Et no. hîc mirabile argu. pro conuerſis. ſi enim in ipſa cõuerſione dicat facio me conuerſum, his tamen mihi retentis: nulla eſt cõuerſio vt nullũ legatũ: vt hic, &. j. de teſt. tu. l. certarum. Si autẽ pri⁹ fiat cõuerſio, vel legetur vſusfruct⁹, & poſtea iter vel vſus adimatur: vel quid ſibi conuerſus reſeruet: nihil valet adẽptio vel retentio: vt in vlt. reſpõ. huius. §. &. j. de ſer. l. ꝑ parte. §. pro parte. &. ſ. ſi vſusfr. pet l. j. §. j. &. j. de adi. leg. l. j. &. l. iij. §. ſi loci. poſſet tamẽ primum dictum ſic exponi. iutile eſt legatũ. ſ. ſicut adiecit teſtator: quia non valuit adiectio: eſt tamẽ vtile perinde ac ſi nil ſit adiectum. ſed prima ſentẽtia verior eſt: quia vbi verba malè ordinatur in legato, ita quod repugnantiã faciant vel perplexitatem, non valet: vt. j. de cõdi. inſti. ſi Titius. &. j. de regulis iur. vbi repugnantia. &. j. eo. l. vſus. & j. de ſer. l. viæ. ADDITIO. Dic quòd aliquando inutile adiicitur vtili: & tunc nõ vitiat: aliquando vtile & inutile ſimul proferũtur: & tunc conſtituunt vnum totum, & ideo totum vitiatur, ſecundum Iac. Bar. & Bal.
e *Si fortè.* aliàs eſt lex. Accurſius.

* in vulg. eſt lex. Sed ſi de fructu, ſiue vſu adimendo ſenſit, quare nõ dicimus vſum videri cõſti. &c. quã lect. ſequitur Cõnan⁹ perperam † vſufructu.

Verba malè ordinata legatũ vitiant.

A care operas eius poſſumus. ſed ſi ex re mea, dicimus ſeruum vſuarium ſtipulantem, vel per traditionem accipientem, mihi adquirere: cum ᵃ hac opera eius vtar.

Qui legat fructum, videtur legare vſumfructum: quia vſus fruitioni ineſt ex neceſſitate. & ſi teſtator legat vſumfruc. ſine vſu, ita quòd in legãdo adimat vſum, qui eſt de ſubſtantia legati, non tenet legatum: ſecus ſi poſt legatum adimat, quia non tenet ademptio. h. d. ſubtiliter. Bal.

B Vſusfructus an fructus ᵇ legetur, nihil intereſt. nam fructui & vſus ineſt: vſui fructus deeſt. Et fructus quidem ſine vſu eſſe non poteſt: vſus ſine fructu poteſt. ᶜ Denique ſi tibi fructus deducto vſu legatus ſit, inutile ᵈ eſſe lega- C tum Pomponius libro quinto ad Sabinum ſcribit & ſi fortè ᵉ vſufructu legato fructus adimatur, totum videri ademptum ᶠ ſcribit. Sed ſi fructus* ᵍ ſine vſu, videri conſtitutum, ʰ qui & ab initio conſtitui poteſt. Sed ſi fructu † legato vſus adimatur, Ariſto ſcribit nullam eſſe ademptionem. Quæ ſententia benignior eſt. Vſu legato, ſi eidem fructus legetur: Pomponius ait confundi ⁱ eum cum vſu. Idem ait & ſi tibi vſus, mihi fructus legetur, concurrere ᵏ nos in vſu, me ſolum fructum habiturum. Poterit ˡ autem apud alium eſſe vſus, apud alium fructus ſine vſu, apud alium ᵐ proprietas: veluti ſi qui habet fundum, legauerit Titio vſum: mox heres eius tibi fructum legauerit, vel alio modo conſtituerit.

XV. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

E Fundi vſu legato, licebit vſuario & ex penu, quod in annum duntaxat ſufficiat, capere: licèt mediocris prædii eo modo fructus conſumantur: ⁿ quia & domo & ſeruo ita vteretur, vt nihil alii fructuum nomine ſupereſſet. Sicut is cui vſus fundi legatus eſt, quo minus dominus agri colendi cauſa ibi verſetur, prohibere non poteſt: ᵒ (alioquin & frui dominum prohibebit) ita nec heres ᵖ quicquam facere debet quò minus is cui vſus legatus eſt, vtatur vt bonus paterfamilias vti debet.

XVI. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

Si ita legatus eſſet vſus fundi, vt inſtructus eſſet: earum rerum quæ* inſtrumento fundi eſſent, perinde ad legatarium vſus pertinet, ᑫ ac ſi nominatim ei earum rerum vſus legatus fuiſſet. Dominus proprietatis etiam inuito vſufructuario vel vſuario fundum vel ædes per ſaltuarium ʳ vel inſularium cuſtodire poteſt. intereſt enim eius, fines ſ prædii tueri. eáque omnia dicenda ſunt quolibet modo cõſtitutus vſusfructus vel vſus fuerit. Seruo ᵗ cuius vſum duntaxat, non etiam fructum habemus, poteſt & à nobis quid donari, ᵘ vel etiam ex pecunia noſtra negotiatum eſſe:* vt quidquid eo modo adquiſierit, in peculio noſtro ſit.

XVII. AFRICANVS *libro quinto Quæſtionum.*

D Filiofamilias vel ſeruo ædium vſu legato, & vtile ˣ legatum eſſe exiſtimo, & eodẽ modo perſecutionem eius competituram, quo competeret ſi fructus quoque legatus eſſet. Itaque non minus abſente quàm præſente filio ſeruóve, pater dominusve in his ædibus habitabit.

XVIII. PAVLVS *libro nono ad Plautium.*

Si domus vſus legatus ſit ſine fructu, communis refectio eſt rei in ſatis tectis tam heredis quã vſuarii. Videamus tamen ne ſi fructum heres accipiat, ipſe reficere ʸ debeat. Si verò talis ſit res, cuius vſus relegatus* eſt, vt heres fructum percipere non poſ-

l *Poterit autem.* contra. ſ. l. proxi. §. vſusfruct⁹, Solu. vt ibi. Accur.
m *Apud aliũ.* Nec eſt inter legatarios ius accreſcẽdi, cum diuerſis teſtamentis legata percipiant: vt. ſ. qui. mo. vſusfru. amit. l. ſi ſub cõditione. Accurſius.

Fundi.] CASVS. Si legas mihi vſum fũdi, poſſum ego vſuari⁹ vſum vel penum habere, etiam ſi nihil aliud remaneret: ſicut vſuari⁹ nõ debet prohibere dominũ proprietatis volẽtẽ colere: & ecõtra proprietarius vſuarium impedire non debet. Viuianus.
n *Conſumãtur.* Quia ita paucos fructus reddebat propter ſuam paruitatẽ vel mediocritatem, quòd etiam ſoli vſuario non ſufficerent. Accurſius.
o *Nõ poteſt.* vt ſupra eo. ſi habitatio. §. fina. & ꝙ ſubiicit, alioquin &c. eſt interpoſitio. Accurſius.
p *Heres.* i. dominus.
q *Si ita legatus. Pertinet.* vt & infra de fund. inſtru. l. ſi cui fũdum. in fin. Sed contra infra eo. titu. quæſitũ. §. ſed & ſi fũdus. vbi dicit nõ contineri inſtrumentum agri hoc legato: fundũ, vt inſtructus eſt, lego ſed ſibi ſubaudi tantum: quaſi dicat non tantùm agri: ſed & patriſfam. inſtrumentum.
r *Per ſaltuarium.* ᵃ hinc trahũt Bononieñſes vulgare. Accurſius.
ſ *Fines.* id eſt ipſum prædiũ, quod confinia habet. ſic Co. de aquæduc. l. j.
t *Seruo.* ſic: vt. ſ. de vſufruc. l. ex re.
u *Donari.* vt noſtro nõ vt alieno.
x *Filiofamilias vel ſeruo ædium vſu legato & vtile.* vt &. ſ. e. l. plenum. §. ſi vſus.

* quæ in.

* negotiatio permitti.

a] Saltuarius dicitur ſaltuum cuſtos Eſt autẽ ſalt⁹, ſilua haud facilè peruia à ſaltãdo dicta. Inſulari⁹ vero inſulæ cuſtos dicitur. Budæus.

* legatus.

Si domus.] CASVS. Habeo vſumfru. domus quæ indiget refectione. quis reficere tenetur, quæritur. Et prima facie dicitur quòd tam heredes quam fructuarij. Poſtea adhibet diſtinctionẽ: & ſi talis eſt domus, in qua poſſint habere vſum & heres & legatarius: tunc refectio pertinet ad vtrumque. ſi eſt talis. quæ non ſufficiat, pertinet ad vſufructuarium tantum. Viuianus.
y *Ipſe reficere.* tũc demũ, licèt nõ ſolus: vt quia teſtator voluit heredem

redem ſimul cū vſuario habitare:vt.j̃.titu.j.l.vſu quoque. aliàs non poſſet:vt.j̃.eo.l.diuus.§.j.& hoc ſubiicit. item nō habet hic heredem pro fructuario:aliàs contra.s̃.eo.per ſeruum.§.pe.

a *Non poßit.* quod eſt in tribus caſibus,vt dices iam in.l.diuus. §.j.in vſufructuario autem quando reficiat,dic vt no.s̃.de vſufruc.l.ſi cuiꝰ.§. fructuarius.

ſit, [a] legatarius reficere cogendus eſt. quæ diſtinctio rationem habet.

Seruitus vſus, eſt eſſentialiter indiuiduà: ſeruitus vſusfructus, eſt diuidua. Bal.

XIX. IDEM *libro tertio ad Vitellium.*

VSus pars [b] legari non poteſt. nā frui quidē pro parte poſſumus, vti pro parte [c] nō poſſumus. B

XX. MARCELLVS *libro decimotertio Digeſtorum.*

SEruus cuius mihi vſus legatus eſt, adquirit mihi ſi inſtitor erit, & operis eius vtar in taberna. nam mercibus vendundis emendíſque adquirit mihi: ſed & ſi iuſſu meo per traditionē accipiat. [d]

XXI. MODESTINVS *libro ſecundo Regularum.*

VSus aquæ, perſonalis eſt: & ideo [e] ad heredem vſuarii tranſmitti non poteſt. C

XXII. POMPONIVS *libro quinto ad Qu. Mucium.*

DIuus Hadrianus cum quibuſdam vſus ſiluæ [f] legatus eſſet, ſtatuit fructum quoque eis legatum videri: quia niſi liceret legatariis cædere ſiluam & vendere, quemadmodum [g] vſufructuariis licèt, nihil habituri eſſent ex eo legato.

Facultas alicui competens, non eſt anguſtanda ſeu arctanda: quia etiam magnum ius in habilitate & potentialitate conſiſtit, & magnum intereſſe verſatur. D

Licèt tam anguſtus eſt legatarius cui domus vſus legatus eſt, vt nō poſſit occupare totius domus vſum:tamen eis [h] quæ vacabunt, proprietarius non vtetur: quia licebit vſuario aliis & aliis [i] temporibus tota domo vti: cum interdū domini quoque ædium, prout tēporis conditio exigit, quibuſdam vtantur, quibuſdam non vtantur. Vſu legato,ſi plus vſus ſit legatarius quàm oportet: officio iudicis qui iudicat quemadmodum vtatur,quid continetur?ne aliter quā debet vtatur.

XXIII. PAVLVS *libro primo ad Neratium.*

NEratius: Vſuariæ rei ſpeciem is cuius proprietas eſt, nullo modo commutare poteſt. Paulus deteriorem enim cauſam vſuarii facere nō poteſt. Facit autem deteriorem, etiam in meliorē [k] ſtatum commutata.

## VSVFRVCTVARIVS quemadmodum caueat. TITVLVS IX.

I. VLPIANVS *libro ſeptuageſimonono ad Edictum.*

SI cuius rei vſusfructus legatus ſit, æquiſſimū prætori viſum eſt, de vtroque legatariū cauere, & vſurum ſe boni viri arbitratu:& cum vſusfructus ad eum pertinere deſinet, reſtituturum [l] quod inde extabit. Hæc ſtipulatio, ſiue mobilis [m] res ſit, ſiue ſoli, interponi debet. Illud ſciendum eſt, ad fideicommiſſa [n] etiā aptari eam debere. Planè & ſi ex

b VSus pars. Vt lego tibi ex hoc prædio tertiā partē vſus,& duas partes alij.Vel dic ſic:Lego tertiā partē vſꝰ neceſſarij tibi ex hoc prædio, cum prædium latum ſit. nam neutro caſu valet: ſed in vſufru.ſecus:vt ſubiicit.

c *Pro parte.* ſ.tali vt modò diximꝰ.cū enī vſuariꝰ ad ſuū vſum habere debeat:quādoque minꝰ quādoque plꝰ accipit:vt in ſecūdo. idē in duobꝰ vſuariis. nā hodie eſt plꝰ mihi neceſſariū,quā tibi:vel ecōtra. Nec ob. ſi dicas pone ꝙ duo habent vſum, quorū nulli fructꝰ ſufficerēt: nonne ꝓ parte certa diuidūt.i.ꝓ dimidia:vt euenit.s̃.eo.l.fūdi.&.j̃.e.l.diuꝰ.&.s̃.de vſufru. ea. re. quæ vſu conſu.quoniā.§.j? Rñ. hoc occaſione potius quā ratione contingit. ar.j̃.de riuis.Labeo.Itē quid ſi dicat, lego tibi tertiā partē vſꝰ tibi neceſſarij: non adiecta re in qua habeat ſeruitutē?Rñ. tūc pars rerum corporaliū ad ſui ſuſtētationē neceſſariarum, nō ſeruitus eſt legata. Itē prædio adiecto : vt lego tibi tertiā partē vſꝰ ī hoc prædio.i.vtaris hoc prædio pro tertia parte ꝓ indiuiſo ad tui ſuſtētationē: nō valet: vt ī prędiali ſeruitute: quia & ipſa nō recipit diuiſionē : vt hîc, &.j̃. de ſer.l.ij.&.l.pro parte. Vel ergo totū prædium afficiatur ſeruitute, vel in nihilū,arg.j̃.de libe.cau.l. duobus.Vel,vt dicūt quidā etiā in parte certa prædij nō poteſt legari vſꝰ:quia cū quādoque minꝰ,quandoque plꝰ eſt ei neceſſarium quā ꝑcipiat de prælio,nō autē debet habere plꝰ quā ſit ei neceſſariū:ergo,vt dicūt,etiā in certa parte ꝓdij nō legatur.ſic hîc ītelligūt.ꝙ nō placet:quia eadē ratiōe nec ī toto ꝓdio poſſet legari. In vſufr.autē eſt aliud:q̃a diuiſionē recipit:vt hîc,&.j̃.ad.l.Falc. l.j.§.ſi vſusfr.Eſt em̃ diuiduꝰ ratione iuris:q̃a ius hoc à ſingulis ꝓ parte petitur:& quia ꝓ parte diuiſa & indiuiſa cōſtituitur: vt. s̃. de vſufru.l.v.nec inſpicitur quid egeā,vel nō egeā,q̃a totum habeo:ſed oēs aliæ ſeruitutes,& ratiōe iuris,& ratiōe rei in qua cōſtituūtur,ſunt indiuiduę ſecūdū Azo.Item ei ꝙ dicit,vti ꝓ parte nō poſſumus eſt cōtra. j̃. cōmo.l.ſi vt certo.§.fi.Sol.vt ibi. E

d SEruus. *Accipiat.* mihi quærit.Accurſius.

VSus aquæ.] CASVS. Titiꝰ legauit mihi vſum aquę vt ego biberē &haberē quātū neceſſe haberē,etiā ſi in domo mea ſit neceſſe lauari.dicit ꝙ iſta ſeruitꝰ nō trāſit ad heredes q̃a ꝑſonalis eſt.

e *Et ideo.* bona ratio:vt.j̃.de reg. iur. l. priuilegia. &. l. in omnibus.Accurſius.

DIuus.] CASVS. Titius legauit mihi vſum ſiluæ remotæ. tantū habeo quantū ſi mihi vſumfr.reliquiſſet,vt poſſim vendere. [LICET.] Habeo vſum alicuius domus : licèt vna camera ſufficiat:tamen aliis partibus proprietarius non vtetur,quia aliis vtar fortè aliis temporibus,vt faciūt domini ædium qui ſecūdū diuerſitatem temporum diuerſis partibus vtuntur. [VSV.] Si ego vſuarius vtar vltra modum,prohibebor ſtatum ponendo : quia fortè illud eſſet mihi vtilius. A

f *Siluæ.* procul fortè remotæ.R.

g *Quemadmodū.* i. ſicut.Et ſic not.caſum vbi tātū habet vſuarius quantū fructuarius: vt hîc.ſic & ſupra eo.l.fūdi. & ſupra de vſufru. ea.re.quæ vſu conſu.l. hoc ſenatuſcōſultū. §. fina.&.l.quoniā.§.j.

h *Tamen eis.* partibus.ſ. domus.

i *Aliis & aliis.* ſic.&.j̃. de act.emp.ſi ſterilis.§. fi.Sed ar.cōtra.j̃.de ſer. ſi cui. ſed cur impedit hic vſuarius frui dominum:cū hoc nō cōtingat ī prædio ruſtico:vt s̃.eo.fundi.§.j? Reſpō. in domo habes ſecreta vt no.C.de loca.& cōdu.l.certi.Accurſius.

k NEratius. *In meliorē.* vt inſtit.de actio.§.præterea. &. j̃. loca.item quęritur.§.j. &.s̃.de vſufru.hactenꝰ §.fi.&.l.ſequē. Sed argu.contra.j̃.ſi ſer. vin. & ſi forte.§.fina.

VSVFRVCTVARIVS QVEMADMODVM CAVEAT

l. De cautione fructuaria, quæ eſt prætoria ſtipulatio.

*Idē in vſuario:vt.j̃.eo.l. huic.§.ſed & ſi vſus. Ac. Hic titulus communis eſt vſui & vſufructui & ſimilibus quæ retulimus ſupra, vt caueat qui hæc iura habet ſe vſurum boni viri arbitratu, & amiſſo vel finito iure ſuo poſſeßionē domino reſtituturum. Cautio prætoria. Cuiac.*

SI cuius.] CASVS. Fructuarius ſatiſdat ꝓprietario de duobꝰ,ſcilicet de vtēdo arbitrio boni viri. Itē quòd finito vſufru.reſtituet rē ſiue in re mobili ſiue īmobili ſit relictꝰ vſusfructus,ſiue relictus ſit per fideicō.ſiue ꝑ donationē cauſa mortis,ſiue inter viuos. [CAVERE.] Exponit primā clauſulam qua cauetur de vtendo ſcilicet arbitrio boni viri.nā dicit quòd duo continet:vt nō deſtruat aliquo modo:item quòd deſtrui non permittat: nam facere debet plantationes,& foſſata,& ſepes.Secundò conſulit quòd tam proprietarius quàm fructuarius deſcribat qualitates rei,vt appareat ſi deterioraretur:quod per hoc apparebit, ſi non vtatur arbitrio boni viri.nam totiens de hoc committitur ſtipulatio quotiēs malè vtitur.[HABET AVTEM.] Hæc ſtipulatio quā exponit fructuariꝰ, duo cōtinet.de bene vtēdo. itē de reſtituēdo finito vſufructu.& prima cōmittitur quotiēs male vtitur:ſecūda finito vſufructu.Sed quid reſtituet:quia dare nō poſſet,id eſt facere rē accipiētis,cū nō eſſet ſua?Reſtituet igitur quicquid ex eo ꝓuenit.Tertiò dicit ꝙ in hac ſecūda clauſula de reſtituēdo,cōtinetur quaſi æſtimatio rei:vt ſi Titius quidā vſucapit rem meam, & tu potuiſti impedire vſucap.& nō feciſti:teneris mihi ad æſtimationē rei,ſicut reſtituere rem promiſeras:vel quod inde extabit. Quando ergo fructuarius promiſit rem reſtituere finito vſufructu:quocūque modo amittatur,ſtipulatio committitur.Viuia.

l *Reſtituturum.* ſimiliter cauet legatarius cui ad tēpus eſt relictū legatum:vt.C.de lega.l.fi.

m *Mobilis.* quo verbo etiam mouentia continentur, & econtra: vt.j̃.de verbo ſigni.l.mouentium.

n *Ad fideicommiſſa.* ſi vſufru.per fideicom.ſit relictus.

mortis cauſa donatione vſuſfructus conſtituatur, exemplo legatorum [a] debebit hæc cautio præſtari. Sed & ſi ex alia quacunque cauſa conſtitutus [b] fuerit vſusfructus, idem dicendum eſt. Cauere autem debet, viri boni arbitratu perceptu iri* vſumfructum: hoc eſt non deteriorem ſe cauſam vſusfructus facturum: cæteráque facturum quæ in re ſua faceret. [c] Rectè autem facient [d] & heres & legatarius, qualis res ſit cum frui incipit legatarius, ſi in teſtatum [e] redegerint: vt inde poſſit apparere an & quatenus rem peiorem legatarius fecerit. Vtilius [f] autem viſum eſt ſtipulatione de hoc caueri: vt ſi quis non viri boni arbitratu [g] vtatur, committatur ſtipulatio ſtatim: nec expectabimus vt amittatur vſusfructus. Habet autem ſtipulatio iſtas duas† cauſas: vnam, ſi aliter quis vtatur quàm vir bonus arbitrabitur: aliam de vſufructu reſtituendo. Quarum prior ſtatim committetur quàm aliter fuerit vſus: & ſæpius committetur: [h] ſequens committetur finito vſufructu. Sed quod diximus, [i] id quod inde extabit reſtitutu iri: non ipſam rem [k] ſtipulatur proprietarius (inutiliter enim rem ſuam ſtipulari videretur) ſed ſtipulatur reſtitutu iri quod inde extabit. Interdum autem inerit [l] proprietatis æſtimatio, ſi fortè fructuarius cum poſſit vſucapionem [m] interpellare neglexit. omnem enim rei curam ſuſcipit.

B

II. PAVLVS *libro ſeptuageſimoquinto ad Edictum.*

NAm fructuarius cuſtodiā [n] præſtare debet.

III. VLPIANVS *libro ſeptuageſimonono ad Edictum.*

OMnes autem caſus continentur huic ſtipulationi quibus vſusfructus amittitur. [o] Deſinere [p] pertinere vſumfructum accipiemus etiam ſi nec cœperit pertinere, quamuis legatus ſit: & committetur nihilominus ſtipulatio, quaſi deſinat pertinere quod nec cœpit. [q] Si vſusfructus repetitus erit legato: quotienſque* amiſſus fuerit, niſi vtiliter [r] fuerit cautum, committetur iſta ſtipulatio: ſed exceptione opus erit. Sed & ſi quis vſumfructum tibi legauerit, & ſub conditione *ſi liberos habueris*, proprietatem: amiſſo [ſ] vſufructu committetur quidem ſtipulatio: ſed ex-

C

D

* Sic.ſ.de vſuf. ea. l.6. ſi tibi decē. vide Anto. Aug.lib.2.emen.ca.2.

† Cuiac. lib. 9.obſc.c.39.

Boni viri arbitratu quid continetur.

* quotienſque per quotiēſcunque, ſicut quādoque pro quā docunque l. 2. §.1.ſol. mat. &. l. ſi ante eo.& alibi ſæpe.

a *Legatorum*.quibus per omnia fere connumerantur. quod dic vt inſtitu.de dona.§.hæ.Accurſius.

b *Conſtitutus*.vt inter viuos.Accurſius.

c *In re ſua faceret*.diligens paterfami. & ob id ſolū videtur cautio neceſſaria.quod dic vt.ſ.de vſufru.ſi cuius.§.denique.

d *Facient*.cōſilium eſt. ſic.j.de reli.at ſi quis īpediat.§.ſed interdum. & ſtatim dices.Acc.

e *In teſtatum*. id eſt in teſtationē ſcriptis confectam, æſtimando eū quantū valet cōmuniter tēpore cœpti vſusfru. vti. C. de iure do. ſi īter.&.j.de ope. no. nuntia.l.non ſolum.§. penulti.

f *Vtilius*.quàm nō.vel vtilius,id eſt vtile.

g *Arbitratu*. Quod duo cōtinet,vt non omittat faciēda:& vt nō faciēda non faciat: vt ſ.ea.l.§.cauere.

h *Sæpius committetur*.id eſt poteſt committi:vt infra de verbo.oblig.l. ſcire.§.ſi à fure. & hoc ideo quia continet intereſſe ſicut quęlibet pr toria:vt. j. rē ra. habe. ſi pcurator. & rē pup. ſal.fo.l. non quaſi.§. ſi quis.&.j.de verbo. obliga. ſi ſic ſtipulatus ſum.ſec9 ſi mera pœna eſſet:vt ſupra de arbi.l. ſi duo.in fi.quæ eſt cōtra.Accurſius.

i *Sed quod diximus*.ſ.in principio.

k *Rem*.ſ. ſibi dari illud enim nō tenet:vt.infra de verbo.obl.l.ſcire debemus.§.ſi à fure.&.l. nemo in principio.Accurſius.

l *Interdum autem inerit*. id eſt ineſſe videbitur in cautione.

m *Vſucapionem*.hoc idem imputatur marito: vt.j.de fundo.l. ſi fundū.& quod dicit vſucapionē,pro præſcriptione accipe. vſucapio enim triennij nō interpellatur lit.cōteſt.vt.j.pro emp.l.ij. in fi.Item quod dicit interpellare.ſ.ciuiliter,vel naturaliter,ſecūdum Io.imò ſecundum Azo.de naturali interruptione non videtur poſſe loqui:quia aut dices fructuarium deiectum,aut proprietarium:aut imputari fructuario ꝙ aliū poſſidentem non deiiciat.ſic enim fit naturalis interruptio:vt.j.de vſucap.l.naturaliter.ſi enim ponas fructuariū deiectum eſſe,verum eſt ꝙ incontinenti ſuam naturalem poteſt recuperare poſſeſſionem: vt quilibet ali9:vt.j.de acqui.poſ.naturaliter.&.j.de vi & vi arma. l. iij. §.eum igitur qui cum armis.&. §. vnde vi interdictum. hoc autē domino proprietatis in ciuili quæſtione nō prodeſt, nec nocet: quia deiecto fructuario non ideo deſinit dominus poſſidere, cū per eum non poſſideat:licèt ſecus ſit in colonis & inquilinis: vt infra de acquiren.poſſ.peregre. §. quibus explicitis. Cum igitur domino id nec prodeſſet nec noceret,fructuario nihil poteſt imputari à domino.multo minus imputabitur ſi dicas dominū deiectum.tunc enim fructuarius cum vel deiectus nō eſſet, vel aliquid non amiſiſſet,incontinenti vel ex interuallo alium deiicere de iure non poſſet.vnde nihil poteſt ei imputari:vt.C.de inſtitu.& ſubſtit.l.reprehēdenda. Eadem ratione nec ei imputabitur ſi alium bona fide poſſidentem non deiecit. Item de ciuili non videtur quòd poſſit loqui, quia illa fit per lit. conteſt. vt. C. de preſcrip.xxx.an.l.cum notiſſimi. j. reſpon. &. §. imò. &. §. illud.hoc autem facere nō poteſt fructuarius.cum actionē nō habeat:vt ſupra de nego.geſt.l.ſi pupilli.§.fin.Reſpon. de ciuili intelligitur: & ideo ei imputabitur, quia ſibi mandaſſe videtur omnem rei cuſtodiam: vt infra. l. proxi. vel erat procurator omnium bonorum,vel ſpecialis in hoc: vel erat ex his qui ſine mandato agunt:vt ſupra de nego.geſt.l.finali.§.ſin autem is fuit. & ſupra de procurato.ſed & hæ.j.reſpon.

A

n *Nam fructuarius cuſtodiam*.ſcilicet omnem.

O *Mnes autem*.] CASVS. Titius legauit mihi vſumfructum ſub conditione, qua pendente heres mihi tradidit, & ſtipulatus eſt de reſtituēdo finito vſufructu.extitit poſtea conditio,committitur ſtipulatio, quaſi deſierit vſusfructus.qui tamen nondum competierat. [SI VSVSFRVCTVS.] Titius legauit mihi vſum:& adiecit, vt quotiens amitteretur, qđ eſſet mihi reſtitutus, heres dedit eum mihi & ſtipulatus eſt reſtitui. finito eo amiſi vſumfructum.cōmittitur quidem ſtipulatio,ſed exceptio erit mihi neceſſaria. [SED ET SI QVIS.] Teſtator legauit mihi vſumfructum,& cum haberem liberos, proprietatem eiuſdem rei mihi legauit. heres mihi tradidit, & ſtipulatus eſt ſibi reſtitui eo finito. habui liberos: & ſic finit9 eſt vſusfruct. formalis: quia iam habeo plenam proprietatem. committitur ſtipulatio: ſed habeo exceptionem. [SI HERES.] Titius legauit mihi vſumfruct.& heres mihi tradidit. ſtipulatus eſt reſtitui ſibi finito vſufruc.poſtea heres alienauit proprieta. Titio. quæritur an cōmittatur ſtipulatio eo finito? Et dicit quòd non. nam heredi non, vel heredi heredis: quia non intereſt. Titio non: quia non fuit ſtipulatus. ſed Titius debuit ſibi ſtatim ſtipulari proprietatem habere:& ſi hoc non fecit,agat rei vindi.vel nego. geſt. finito vſufructu.Viuianus.

o *Amittitur*.quia multi ſunt:vt inſtit.de vſufru.§.finitur.Acc.

p *Deſinere*.quamuis legatus ſit ſub conditione, & ea pendente ſit traditus ab herede ignorante conditionem,ſecundum Io. ſed hoc non placet:quia ſecundū hoc tranſlatum eſſe pendente cōdi.dominium vſusfru.vt.j.de ſolu.ſub conditione.& de iure do. ſed niſi.Item non poteſt dici legatarium non eſſe capacem: quia tunc acciperet,licèt nō caperet:vt.j.de verb.ſign.aliud eſt. & de his qui.vt indig.heredem tamen poteſt reſponderi prædicta eſſe vera.& quod dicit lex,quamuis nec cœperit:ſubaudi,efficaciter. illud enim negari non poteſt traditam eſſe poſſeſſionem:quia ex ſtipulatione aliter agi non poteſt.

E

q *Quod nec cœpit*.de iure vel de facto,cum tamen incipere poterit:alioquin quod nōdum incepit,& incipere nō poteſt: vt quia hereditas non adita non deſinit eſſe:vt infra de condi. & de. Titio vſusfru.& ſupra qui.mo.vſusfruct.amit.l.j. &.iij. itē no. hîc deſinit quod non cœpit,& perditur quod non habetur:vt hîc,& ar.in decre.xxiij.q. j. §.ex his.circa fi.q.& di.xxiij.quorundam.j. q.j.ſi quis cōfugerit.&.xxiiij.q.j.audimus.&.v.q. vj. quia iuxta. & diſtin.xvij.concilia. Sed ar. contra. j. condi. cau. da. ſi extraneus.&.j.de reg.iur.l.non poteſt.iij.

Perdi an poſſit quod nō habetur.

r *Niſi vtiliter*. id eſt niſi expreſſum fuerit nominatim, vt tunc demum ſtipulatio committeretur,quādo ita amiſſus fuerit vſuſfru.& nō repetitus videatur.Vel dic niſi, id eſt quia vtiliter cautum eſt vt finito vſufructu res reſtituatur:ideo cōmittitur quotiens amiſſus fuerit:ſed quia in amiſſione repetitus eſt, exceptio obiicitur.Ir.

ſ *Amiſſo vſufr*.cōſolidatiōe:qa liberos habuiſti:vt.&.j.eo.l.pxi.

Dici poteſt

a *Dici poteſt*. Cum enim ad proprietatem debet redire, ipſe autem proprietatem non habet. Accurſius.
b *Cui poteſt*. ſcilicet committi.
c *Ad ſtipulationem*. quia ipſe ſibi non eſt ſtipulatus: & eſt bona ratio: vt & ſupra de eden. l. quædam. §. is autem. & infra de dam. infec. l. dãni. §. emptor. &. j̃. de verbo. oblig. l. ſi ita quis. §. fi. &. j̃. de act. & obli. l. quęcũque. Sed ar. cõtra infra de iure do. l. cum in fũdo. §. ipſius.

ceptio locum habebit. Si heres alienauerit proprietatem, & poſtea amittatur vſusfructus, an ex ſtipulatu agere poſſit, videamus. Et fortius dici poteſt, [a] ipſo iure non committi ſtipulationem: quia neque heredi ſucceſſoribúſve eius reſtitui poteſt, neque is cui poteſt, [b] id eſt ad quem peruenit proprietas, pertinet ad ſtipulationem. [c] Sed is ad quẽ peruenit, [d] tempore quæſiti dominij ſibi proſpicere alia cautione [e] debet. quod & ſi non fecerit, nihilominus in rem [f] actione [g] vti poteſt.

IIII. VENVLEIVS *libro duodecimo Stipulationum.*

SI fructuarius proprietatẽ adſecutus fuerit, deſinit quidem vſusfructus ad eũ pertinere, propter confuſionem: ſed ſi ex ſtipulatu cum eo agatur aut ipſo iure C inutiliter agi dicendum eſt, ſi viri boni arbitrium [h] hucuſque porrigitur: [i] aut in factum excipere [k] debebit.

V. VLPIANVS *libro ſeptuagenſimonono ad Edictum.*

HVic ſtipulationi, [l] *dolum malum abeſſe*, abfuturúmque [m] eſſe continetur. [n] Et cum in rem ſit [o] doli mali mentio concepta, [p] omnium dolum comprehendere videtur, ſucceſſorum, D & adoptiui patris. [q] Sed ſi vſus ſine fructu legatus erit, adempta fructus cauſa ſatiſdare iubet prætor. hoc meritò: vt de

d *Peruenit*. ſcilicet proprietas.
e *Alia cautione*. ſcilicet reſtitui, videlicet emptori.
f *In rem*. No. ergo ar. quòd is qui ſuccedit in locum domini, poteſt poſtulare vt fiat ſibi fidelitas per ſacramẽtũ.
g *Actione*. vel negatoria, vel rei vin. Acc.

SI *fructuarius*.] CASVS. Titius legauit mihi vſumfru. fũdi, & heres mihi tradidit: & ſtipulatus eſt. poſtea ego fructuarius emi proprietatem: & ſic finitus eſt vſusfru. formalis per cõfuſionẽ: & dicit quòd cõmittitur ſtipulatio, ſed excep. eliditur, vel ipſo iure nõ committitur. Sic verba illa, arbitrio boni viri, inſerta ĩ prima clauſula. s̃. eo. l. j. in princi. intelliguntur repetita in ſecunda clauſula. Viuianus.
h *Arbitrium*. quod eſt in prima clauſula.
i *Hucuſque porrigitur*. id eſt trahitur ad ſecundã clauſulam: vt ſubintelligatur repetita prima.
k *Excipere*. quod eſt tutius: vt ſupra. l. proxi. §. ſed & ſi quis.

HVic.] CASVS. Heres ſtipulatus eſt à me fruc. quia vtar arbitrio boni viri. dicit quòd videor promittere quòd non cõmittetur dolus ab aliquo extraneo, nec à me, nec ab herede meo, nec ab eo cui de nouo darem me in adoptionem, licèt ad iſtos nõ tranſeat vſusfruct. [SED ET SI] Vſuarius ſicut fructuarius ſatiſdat de duobus: de vtendo arbitrio boni viri, & de reſtituendo. ſic & ille qui habitationem, vel operas ſerui habet, vel alterius animalis: licèt non per omnia aſſimilentur vſufructuario. Idem ſi quis legat mihi annuum reditum fundi: quod eſt vſusfructus, id eſt commoditas, non ſeruitus. h. d. cum. l. ſequen. Viuianus.
l *Huic*. id eſt in hac.
m *Abfuturúmque*. in re vſusfructus nomine retinenda.
n *Continetur*. interpretamur eam contineri ex verbis in ea poſitis. certè & de culpa lata & leui tenebitur, cũ arbitrio boni viri debeat frui ſiue in faciendo, ſiue in prætermittẽdo quid amittatur: ſed de dolo tantùm ſuo proprio tenebuntur eius vniuerſales ſucceſſores: cum ad eos non tranſeat vſusfructus.
o *Et cum in rem ſit*. quia ſic dolum malum abeſſe, & hoc quantum ad ſe, vniuerſales ſucceſſores, non quantum ad extraneos: vt. j̃. de verb. obli. l. ſtipulatio iſta. §. ſed ſi quis. verſi. ſi quis dolũ.
p *Concepta*. interpretatiuè: vt dixi.
q *Et adoptiui patris*. licèt neque ad heredem, neque ad patrem adoptiuum fructuarij tranſeat vſusfru. vt diximus ſupra qui. mo. vſusfru. amit. l. repeti. j. reſpon. &. §. j. Azo.
r *Caueatur*. vt & infra eo. l. vſu quoque.
ſ *Sine vſu*. i. ſine ſeruitute vſus, quia ſine vtilitate vſus eſſe non A poteſt: vt. s̃. titu. j. l. per ſeruum. §. j. ſecundum Irne. Vel dic hoc caſu etiam ſine cõmoditate eſſe fructum ſine vſu: vt &. s̃. titu. j. l. per ſeruum. §. ſi vſufructus. ſecundum Azo. quod non placet.
t *Licèt per omnia*. i. non per omnia. nam vſufru. amittitur capi. demi. operæ autem minime: vt. &. de op. ſer. l. ſecunda. idem & de habitatiõe, quæ nec tẽpore perimitur, nec capi. demi. vt. s̃. titu. j. ſi habitatio. §. j. Itẽ ſunt & aliæ differẽtiæ: vt. j̃. de vſufr. lega. l. ij.

ſolo vſu, non etiam de vſufructu caueatur. [r] Ergo & ſi fructus ſine [ſ] vſu obtigerit, † ſtipulatio locum habebit. Et ſi habitatio, vel operæ hominis, vel cuius alterius animalis relictæ fuerint, ſtipulatio locum habebit: licèt per omnia [t] hęc vſumfructum nõ imitantur.

B VI. PAVLVS *libro ſeptuagenſimoquinto ad Edictum.*

IDem eſt [u] & in reditu [x] prædij, ſicuti ſi vindemia legata eſſet, vel meſſis: [y] quamuis ex vſufructu ea percipiantur, quæ legata [z] morte legatarij ad heredẽ redeunt.

VII. VLPIANVS *libro ſeptuagenſimonono ad Edictum.*

ET ſi vſusfructus nomine re tradita ſatiſdatum non fuerit, Proculus ait poſſe heredem rem vindicare. [a] & ſi obiiciatur exceptio de re vſusfructus nomine tradita, replicandum erit. quæ ſententia habet rationem. Sed & ipſa ſtipulatio condici poterit. [b] Cum vſusfructus pecuniæ legatus eſſet, exprimi debent hi duo caſus in ſtipulatione, *cum morieris, aut capite minueris, dari*. Idcirco hi duo ſoli [c] caſus, quoniam pecuniæ vſus aliter amitti non poteſt quàm his caſibus. [d]

VIII. PAVLVS *libro ſeptuagenſimoquinto ad Edictum.*

SI tibi vſusfructus, & mihi proprietas legata ſit, mihi cauen-

† Hoc reſpõſum Alciat. lib. 2 Parerg. ca. 3 pulchrè conciliat cũ. § fi. l per ſeruum s̃. de vſu & habita. Vide Cuiac. lib. 12. obſeru. cap. 12.

u *IDeeſt*. Hæc lex Pauli iungitur alij legi Pauli, quam nõ habemus: & fortè dicebat idẽ quod ſuperior Vlpiani. & dic idẽ eſt, vt nõ imitetur vſumfruc. id eſt nõ ſit vſusfruc. & dic annuum reditũ dãdũ de manu heredis: & ſic de vindemia, & aliis dãdis de manu heredis vt. s̃. de vſufruc. l. defũcta. §. j. & dictio ſicuti, ſimilitudinariè vel exẽplatiue ponitur. Vel dic prędicta percipienda à ſe legatario, cui annuꝰ reditꝰ, vel annua. i. vindemia. & dic, idẽ eſt vt fiat cautio: q̃a vſusfru. eſt: vt. s̃. de vſufr. l. ſi quis ita legauerit. & de an. le. ſi in ſingulos. & de vſufruct. le. l. patrimonij. & l. fũdi Trebatiani. & verbũ quãuis ponitur pro q̃a: vt j̃. fam. erciſcun. l. ſi maritꝰ. & verbũ ſicuti, lege vt primum. Vel tertiò dic legatũ vſumfr. reditus & vindemiæ: quo caſu æſtimabitur, ſicut cætera quę vſu cõſumũtur: & cauebitur. Accurſius.

In vulga. incipit lex, Si vſusfructus.

x *Et in reditu*. ſcilicet relicto: vt quis eo vtatur ſicque erit vſusfructus ipſius reditus, nõ fũdi. & ideo de eo q̃d ſupererit, reſtituendo cauet. vel dic reditꝰ fundi legatos annuos, vt eos percipiat legatarius. Azo. & tunc eſt vſusfructus fundi: vt. s̃. de vſufruct. ſi quis ita legauerit. Accurſius.
y *Meßis*. nam non eſt vſusfructus.
z *Quæ legata*. præter legatum operæ: vt infra de vſufruc. le. l. ij. Accurſius.

ET *ſi vſusfructus*.] CASVS. Teſtator legauit mihi vſumfructum heres tradidit: & oblitus cautionem non exegit. poterit heres vindicare: nec excipiam: cum non ſatiſdem de pręteritis duobus. Item & iſta ſtipulatio de reſti. poteſt peti condic. incerti. &
E §. cum vſusfructus. cum. l. ſequen. planus eſt. Viuianus.
a *Rem vindicare*. imò non videtur vindicanda res: vt. s̃. de vſufru. ea. re. quæ vſu conſu. l. hoc ſenatuſconſultum. §. j. quæ eſt contra Sol. ibi loquitur de re mobili quæ vſu conſumitur: vt veſtimenta, vaſa, & ſi qua ſimilia, quæ ſtatim fiunt accipientis. vel dic non eſſe contra: quia ibi non dicit rem non vindicari.
b *Condici poterit*. incerti condic. vt. d. l. hoc ſenatuſconſultum. §. j. & hoc idem quod ſuperiori. j. reſpon. dicitur in emphyteuta, vt ſi non ſit ſoluendo primus emphyteuta, dominus vindicet à ſecundo, vt aut ſoluat canonem, aut reddat rem: vt arg. infra de pign. actio. ſi cum venderet. & ita vindicabit dominus id quod poſſidet ſecundus emphyteuta: vt infra de priui. credi. l. ſi ventri. §. in bonis.
c *Duo ſoli*. ſcilicet exprimuntur.
d *Caſibus*. vt ſupra de vſufruc. ea. re. quæ vſu conſu. l. in ſtipulatione. & l. quoniam. Accurſius.

UNED

dum eſt. Sed ſi mihi ſub conditione proprietas legata ſit: quidam, & Marcianus, & heredi [a] & mihi [b] cauendum eſſe putant. quæ ſententia vera eſt. Item ſi mihi legata [c] ſit: & cum ad me pertinerit deſierit, [d] alii: & hîc vtriſque cauendum, vt ſupra, placuit. Quòd ſi duobus coniunctim vſusfructus legatus ſit, & inuicem ſibi cauere [e] debebunt, & heredi in caſum [f] illum, *ſi ad ſocium non pertineat vſusfructus, heredi reddi.*

B

IX. VLPIANVS *libro quinquagenſimoprimo ad Edictum.*

SI vſusfructus mihi legatus ſit, eúmque reſtituere ſim Titio rogatus, videndum eſt quis debeat cauere, vtrum Titius, an ego qui legatarius ſum. An illud dicimus, mecum heredem acturum,* cùm fideicommiſſario me agere debere? Et eſt expeditius hoc dicere, ſi mihi ſpes aliqua durat vſuſfructus, & cum tu amiſeris, poteſt ad me recidere, hoc eſt ad legatarium. ita rem expediri, vt tu mihi, ego domino proprietatis caueam. [g] Quòd ſi fideicommiſſarii cauſa vſuſfructus mihi relictus eſt, nec eſt vlla ſpes ad me reuertendi fructus: recta via [h] fideicommiſſarium cauere oportet domino proprietatis. Illud ſciendum eſt, ſiue iure [i] ipſo quis vſumfructum habeat, ſiue etiam per tuitionem prætoris, [k] nihilominus cogendum eſſe fructuarium cauere, aut actiones [l] ſuſcipere. Planè ſi ex die proprietas alicui legata ſit, vſusfructus purè: dicendum eſſe Pomponius ait, remittendam eſſe hãc cautionem [m] fructuario: quia certum ſit ad eum proprietatem vel ad heredem eius peruenturam. [n] Si veſtis [o] vſuſfructus legatus ſit, ſcripſit Pomponius, quanquam heres ſtipulatus ſit finito vſufructu veſtem reddi: attamen non obligari promiſſorem, ſi eam ſine dolo malo attritam reddiderit. Si plures domini ſint proprietatis, vnuſquiſque pro ſua parte ſtipulabitur. [p]

* Acturum vt caueam & cum ſi.

X. PAVLVS *libro quadragenſimo ad Edictum.*

SI ſerui qui nobis communis erat, vſumfructum tibi legauero, neceſſaria erit hæc cautio heredi meo. quamuis enim de proprietate poſſit communi diuidũdo experiri, tamen cauſa vſusfructus qui tuus [q] proprius eſt, ad officium communi diuidundo iudicis non pertinebit.

C

Etiam cohabitãs cum proprietario, debet ei cauere de vtendo arbitrio boni viri. Bald.

XI. PAPINIANVS *libro ſeptimo Reſponſorum.*

VSu quoque domus relicto, viri boni arbitratu cautionem interponi oportet. [r] Nec mutat ſi pater heredes filios ſimul habitare cum vxore legataria [ſ] voluit.

Nemo condicit rem ſuam præterquam à fure. ad hoc allegatur. Vel ſic: Omnis condictio degenerat contra furem. Baldus.

D

XII. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Sabinum.*

SI vaſorum [t] ipſorum vſuſfructus relictus ſit, non erit cautio [u] ſenatuſconſulti neceſſaria: ſed illa ſola, *boni viri arbitratu vſurum fruiturum.* [x] Si igitur tradita [y] ſunt fruendi cauſa, nemo dubitat non fieri eius qui accepit. Non enim ideo traduntur, vt dominium recedat ab eo qui tradit: ſed vt vtatur fruatur legatarius. Ergo cum non fiant fructuarii vaſa, vindicari [z] à proprietario poſſunt, cautione non data. Videndum

E

a SI tibi. Et heredi. propter rem. Accurſius.

b Et mihi. propter ſpem.

c Legata ſit. ſcilicet proprietas. Accurſius.

d Deſierit. ſcilicet deficiente conditione? quo caſu non poteſt proprie dici deſinere: vel fortè repudiatione deſierit ad me pertinere. nam ſi rem mihi legatam repudio, deſinit ad me pertinere cũ potui habere. Ir.

e Sibi cauere. qualiter ſint vſuri: vt ſupra de vſufruct. l. ſi cui⁹. §. ſed ſi inter.

f In caſum. vt & ſupra de vſufruct. earum re. quæ vſu conſu. l. ſi tibi decem.

SI vſusfructus.] CASVS planus eſt vſque ad. §. illud. & ibi dicitur qnòd ſemper vſufru. debet cauere ſe vſurum arbitrio boni viri, & de reſtituendo vſufru. eo finito, quoquo modo ſit vſusfru. cõſtitutus. [PLANE.] Titius legauit mihi vſum fundi, & eiuſdem fũdi proprietatẽ à decẽnio in antea. nõ ſatiſdabo: quoniã eſt veriſimile quòd non malè vtar, cum ſperẽ proprieta. ad me pertinere. [SI VESTIS.] Titius legauit mihi vſumfructum veſtis: & heres tradidit & ſtipulatus eſt. dicit quòd licèt reddam attritam ſine dolo, non cõmittetur ſtipulatio. [SI PLVRES.] Legaſti mihi vſumfructum fũdi. plurib⁹ heredib. inſtitutis deceſſiſti. omnibus illis tuis heredib⁹ ſatiſdare debeo ego Viuianus.

g Domino proprietatis caueam. hoc propter ſpẽ vt ſupra. l. proxi. &. j. de aqua plu. arcẽd. l. in diem. §. fina.

h Recta via. de hoc diximus infra de cõdict. indeb. l. dominus teſtamento.

i Iure ipſo. ſcilicet ciuili: vt ex teſtamento, vel inter viuos.

k Prætoris. vt in ſuperficie, & fundo emphyteutico: vt infra de ſuperfi. l. j. §. quod autẽ. & quando per fideicõmiſ. relinquitur: vt. s. quibus mod. vſusfruct. amit. l. ſi legatum. Item & tunc quotiens legata valent iure prætorio: vt infra de iniuſt. rup. teſtameno. l. poſthumus. & de leg. præſtan. l. j. & inſtit. quib. modis teſt. infir. §. non tamen per omnia.

l Aut actiones. ſcilicet in rem: vt. s. e. ſi vſusfruct. nomine. vel incerti ad præſtandam cautionem: vt ſupra de vſufruct. ea. re. quæ vſu conſu. l. hoc ſenatuſconſultum. §. j.

m Hanc cautionẽ. eſt ergo hoc caſu vſusfru. ſine cautione: & ſic non eſt de ſubſtantia. Idem eſt in patre: vt. C. de bonis quæ lib. l. cum non ſolũ. §. ij. Idem in fiſco: vt. j. vt leg. vel fideicõ. no. ca. l. j. §. ſi ad fiſcum. idem in alio caſu: vt cum relicta eſt proprietas cũ vſusf. incipiet finiri, eadẽ ratione qua & iſte qui eſt ex die: arg. s. eo. l. omnes. §. ſed & ſi quis. Sed ego quæro quare interim nõ caueat? Reſpon. quia præſumitur quòd citius veniet dies proprietatis, quàm finiatur vſusfructus. certum eſt enim diem extiturũ: vt infra de leg. j. l. ſi poſt. §. ꝙ ſi idem. caſum enim aduerſámque fortunam &c. vt infra de verb. oblig. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. Item eſt alia ratio: quia præſumitur quòd diligenter eam tractabit cum ſperet ſuam futuram.

A

n Peruenturã. ſed nondum peruenit: vt infra de cõdict. furt. l. ſi ſeruus. & eſt ſic infra ad legem Falcid. l. ſed ſi nõ. §. fina. & ad Trebell. ſi cui. §. primo.

o Si veſtis. ſcilicet ſcenicæ: in qua vſusfru. legari poſſit: vt. s. de vſu fru. ſed & ſi quid. §. & ſi veſtimentorum. alioquin cũ fructuarius ad ei⁹ æſtimationẽ ſe obligaſſet, ꝙ ſit in cæteris veſtibus: vt. s. de vſufr. ea. re. l. iij. &. iiij. & inſtitu. vſufruct. §. conſtituitur, reddere rẽ deteriorem non poſſet, id eſt in peiori æſtimatione: vt infra de iure dotium. l. plerunque. §. ſi prædiis, &. §. fina.

p Stipulabitur. vt ſupra de vſufruct. l. ſi cuius. §. ſed ſi plures.

SI ſerui.] CASVS. Si ſeruum habeo tecũ communem, poſtea lego tibi vſumfruct. meę partis, & ita proprietas meę partis heredi meo remanet: ſatiſdabis heredi meo de vtẽdo arbitrio boni viri. quæ ſatiſda. neceſſaria eſt heredi meo. nam licèt habeat communi diui. ad proprieta. quia illa eſt cõmunis: tamẽ ꝑ vſufr. non habet: quia ille nõ ſit cõmunis: ſed tãtùm tuus. Viuianus. Alciat. 7. parerg. cap. 2.

q Qui tuus. ſcilicet vſuſfructus, quaſi dicat, nõ cõmunis. tũc enim pertinet ad officium iudicis cõmuni diuid: vt. s. de vſufru. l. ſi cuius. §. ſed ſi inter duos.

VSu.] CASVS. Titius legauit vxori vſum dom⁹, & filios cõmunes: eoſdémq; heredes voluit in ea re permanere. videbat̃ quòd vxor non teneret̃ ſatiſdare: q̃a nõ ſit veriſimile qđ malè poſſit vti: cum ſemper illi præſentes ſunt: ſed ſatiſdare debet. & hoc dicit.

r Oportet. vt ſupra eo. huic. §. ſed & ſi vſus.

ſ Legataria. id eſt vſuaria. Et no. ar. ꝙ non minus tenetur ſcholaris de equo, quamuis nuntius Bononiæ vadat ſecum. Accurſius.

t SI vaſorum. ſcilicet argenteorum, vel aureorum, quæ ipſo vſu non conſumuntur. alioquin contra: vt inſtitutio. de vſufructu. §. conſtituitur. Azo.

u Cautio. ſcilicet vt vaſa debeant æſtimari, & cautio fiat de tanta pecunia reſtituenda ſi moriatur, vel capite minuatur. Accurſius.

x Et fruiturum. quæ verba & reſtitutionem rei continent: vt ſupra eod. l. j. j. reſpon. &. §. habet.

y Tradita. ſcilicet vaſa.

z Vindicari. vt ſupra eo. l. ſi vſusfructus nomine.

eſt de condictione, [a] an poſſit locum habere. & proditum eſt, neminem rem ſuam niſi furi [b] * condicere poſſe.

a *De condictione.* non dicit cautionis: quia illa datur: vt ſupra eo. A l. ſi vſusfructus nomine. ſed de condictione ipſius rei.
b *Niſi furi.* A furibus enim & ſimilibus poſſum condicere: vt infra de condict. triti. l. j. in fine. & l. ij. & inſtitu. de obliga. quæ ex male. §. fina. & infra ſi certum pet. l. ſi quis nec. §. fina. & hoc ideo ab eis, quia ideo ſurripiunt vt faciant ſuam, ſecũdum M. Sed nunquid poſſeſſionem rei meæ quam alius habet, poſſum condicere etiam à non fure? Reſpon. poſſum per triticariam. cum enim omnes res condicantur: vt infra de triti. l. j. §. & generaliter. & poſſeſſio eſt res: vt inſtit. de re. corpo. & incorpo. ergo ipſa condicitur. ſed certè quòd condicitur, non eſt meum: ſcilicet ipſa poſſeſſio: proprietatem autem quę eſt mea, nõ poſſem condicere: vt hîc, & inſtitu. de actio. §. ſic itaque.

Concor. Inſti. de rer. diuiſ. §. Si tamen.

* Vulg. à fure.

# Seruitutum ſchematiſmus.

- *SERVITVS, alia*
  - 2 *Perſonalis*
    - 3 *Ex iure diuino*
      - 4 *Honeſta*
      - 5 *Turpis*
    - 6 *Ex iure gentium*
    - 7 *Ex iure ciuili*
  - 8 *Realis*
    - 9 *Vrbana*
      - 10 *Affirmatiua*
        - 11 *Stillicidium auertendi.*
        - 12 *Itineris, ſeu aditus.*
        - 13 *Oneris ferendi.*
        - 14 *Tignum immittendi.*
        - 15 *Proiiciendi.*
        - 16 *Protegendi.*
        - 17 *Proſpectus.*
        - 18 *Luminum.*
        - 19 *Altius tollendi.*
      - 20 *Negatiua*
        - 21 *Altius non tollendi.*
        - 22 *Ne luminibus officiatur.*
        - 23 *Ne proſpectui officiatur.*
        - 24 *Stillicidium non auertendi.*
    - 25 *Ruſtica*
      - 26 *Nominata*
        - 27 *Iter.*
        - 28 *Actus.*
        - 29 *Via.*
        - 30 *Aquæ ductus.*
      - 31 *Innominata*
        - 32 *Ius paſcendi.*
        - 33 *Pecoris appulſus.*
        - 34 *Aquæ hauſtus.*
        - 35 *Ius calcis coquendæ.*
        - 36 *Ius arenæ fodiendæ.*
  - 37 *Mixta*
    - 38 *Diuidua*
      - 40 *Vſusfructus*
    - 39 *Indiuidua*
      - 41 *Vſus*
      - 42 *Habitatio*
- *Item ſeruitutum quædam*
  - 43 *Continuæ.*
  - 44 *Diſcontinuæ.*

*QVANDOQVIDEM NON EST SIMPLEX SERuitutis vocabulum, neque poteſt commodè in genere definiri: prius eſt vt in ſpecies ſuas diuidatur, quæ deinde ſuis finitionibus explicentur.*

1 Omnium igitur ſeruitutum ſumma diuiſio eſt, quòd quędam ſunt perſonales, quædam reales, quædã verò mixtæ. quæ diuiſio etſi videatur eſſe trimembris, re tamen ipſa eſt bimembris. Seruitutes enim omnes aut perſonales ſunt, aut reales. nã quæ mixtæ ſunt, ſub ſimplicibus continentur: ſecundum ea quæ tradunt iuris interpretes in. l. ij. in principio. ff. de verb. oblig.

2 Sequens diuiſio eſt, Seruitus perſonalis quædam ex iure diuino eſt, quædam ex iure gentium, quædam ex iure ciuili.

3 Seruitutẽ ex iure diuino eam voco, cuius cognitionem ex ſacris literis habemus. Hanc ſeruitutẽ non puto indiſtinctè vocãdam diuinã, quod quidã faciunt in deſcriptione huius typi. quis enim ſeruitutem peccati diuinam vocauerit? Et tamẽ huius ſeruitutis cognitionẽ ex iure diuino habemus, vt & peccati cognitionem ex lege diuina habemus: nemo tamen peccatum diuinũ vocauerit. Hanc ſeruitutem diuido in honeſtam & turpem.

4 Honeſta ſeruitus, eſt qua quis volens ſe totum deo mãcipat, totum ſe illi deuouet, ac præceptis illius ſponte obſequitur. Ad hãc ſeruitutem inuitamur præcepto dominico, quo dictum eſt, Dominum deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Deut. cap. 6. Porro ſeruitutis huius effectus eſt, vt per eam & filij dei, & heredes, ac proinde liberi efficiamur. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Ioan. 1. Iam cum apoſtolus dicat ibi libertatem eſſe, vbi ſpiritus domini adſit, palam eſt eum verè liberum eſſe, qui deo ſeruit: cum idipſum nemo poſſit, niſi qui ſpiritu dei agitur.

5 Turpis ſeruitus eſt, qua quis per peccatum in mancipatũ diaboli venit, qui & ipſe peccati auctor eſt, & mendacij pater. De hac ſeruitute mẽtio fit paſſim in ſacris literis, tum in veteri, tum in nouo teſtamento. Iudicum cap. 2. Fecerũntque filij Iſraël malum in conſpectu domini, & ſeruierunt Baalim, & dimiſerunt B dominum deum patrum ſuorum. & Matthæi ſexto. Nõ poteſtis deo ſeruire & mammonæ. & Paulus auaritiam vocat idolorum ſeruitutem. Coloſſen. 3. Epheſ. 5. cap.

6 Seruitus perſonalis ex iure gentium eſt, quæ à perſona ſeruili perſonæ liberæ debetur. quod facile colligere eſt ex definitione Iuriſcon. Florentini quam habes in. l. iiij. §. j. de ſtatu homi. lib. j. Digeſtorum. Seruitus, inquit. eſt conſtitutio Iuriſgentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubiicitur. Porrò ſeruitus hæc ex bellis ortum habuit, quæ & ipſa iuriſgentium ſunt: per text. in. l. Ex hoc iure. ff. de iuſtitia & iure.

7 Seruitus perſonalis ex iure ciuili tribus modis contingit. Primo cum liber homo maior ann. xx. paſſus eſt ſeſe venundari ad pretium participandum. §. ſerui autem. ij. de iure perſo. inſti. lib. j. vbi Accurſius diffusè tractat quot ſint neceſſaria in hac ſeruitute conſtituenda. Secundo, cum quis libertus effectus, per ingratitudinem in ſeruitutem reuocatur: de quo eſt text. in. l. ij. iij. C &. iiij. C. de lib. & eor. libe. In Authent. vt liber. decætero &c. §. illud verò adiicimus. colla. 6. conſtit. 6. Exiſtimauit tamen Cornelius Tacitus libro hiſto. 13. eos qui vindicta manumiſſi eſſent, non poſſe occaſione ingratitudinis in ſeruitutẽ reuocari, in quo articulo vide Alciat. libro Diſpun. 3. cap. decimoquarto. Tertio, Cum quis ſeruus pœnæ efficitur: quod accidit iis qui vel in metallum damnantur, vel beſtiis ſubiiciuntur. §. pœnæ ſeruus. quibus modis ius patr. poteſt. ſol. inſtitu. lib. 1. Hodie tamen, inquit Accurſius in. d. §. pœnæ ſeruus, nemo bene natus efficitur pœnæ ſeruus: per tex. in authen. de nup. §. quod autem. &. §. ſi verò. col. iiij. quod verum eſſe putat Ang. niſi fiat executio mortis, aut ſaltem præſens capitaliter condemnetur ab habente poteſtatem. Addunt quidam quartum modum, nempe ex mendicitate, per text. in. l. vnica de mendican. valid. libro vndecimo Cod.

8 Seruitus realis. eſt ius quoddam prædio inhærens, quod dominantis vtilitatem auget, ſeruientis libertatem minuit. & hoc contingit cum res mea rei tuæ, prædium meum prædio tuo ſeruit. Prædictam definitionem magno conſenſu approbant iuris

† Improbat Coraſiꝰ: ſed frigidis admodum argumentis & rationibus. L.B.

Interpretes† in.l.j.ff.de ſeruitu.Hæc etiam prędialis ſeruitus dici poteſt,quòd ſine prædiis conſtitui nõ ſoleat.l.j.ff.comm. præ. A tam vrb.quàm ruſt.§.ideo autem.de ſeruitu.inſtitu. lib.ſecũdo. Iam cum prædiorum alia vrbana ſint,alia ruſtica:quæ non loco ſed materia diſtinguuntur.l.vrbana prædia.ff.de verb.ſigni.ſeruitutem realem in vrbanam & ruſticam diuiſimus.

9 Vrbana ſeruitus eſt,quæ vrbano prædio debetur.not.Azo in ſumma,tit.de ſerui.libro tertio.C.nec inſpicitur an ſeruitus hæc à prædio vrbano an à ruſtico debeatur:ſed duntaxat conſideratur id prædium cui ſeruitus debetur.Cepol.in trac.de ſerui.cap. xj. Sunt autem vrbana prædia, ædificia omnia quæ habitandi gratia parantur, ſiue in ciuitate,ſiue in agris.d.l. vrbana prædia. ff.de verbo.ſigni.§.prædiorum vrbanorum.de ſeruitu.Inſti.lib. ij.Huius ſeruitutis duæ ſunt ſpecies:nam quædam eſt affirmatiua,quædam negatiua.

10 Affirmatiua ſeruitus eſt,quę verbis affirmatiuis concipitur. huius plures ſunt ſpecies,quas hîc ſuo ordine deſcribimus. B

11 Stillicidium auertendi ſeruitus, eſt ius quo licet alicui ſtillicidium domus ſuæ in domum aut aream vicini auertere. Stillicidium porro vicini nemo cogitur ſuſcipere, niſi ſeruitute conſtituta:quod colligitur ex.l.ſeruitutes.in.§.ſi antea.ibi,ſtillicidiũ quoquo modo acquiſitum.ff.de ſeruitu.vrb.præd. Zaſius in para.ſuis.eodem titulo.

12 Itineris ſeu aditus ſeruitus, eſt ius quo licet mihi ire in domum meam per prædium tuum. neq; enim ſeruitus itineris tãtummodo ruſtica eſt,ſed etiam vrbana,cùm vrbano prædio debetur,argu.l.iter.ff.comm.præd.l.ſeruitutes.§.ſi domo. de ſerui. vrban.præd.Cum tamen quis habet ius eundi in domum ſuam per vicini domum,interdiu duntaxat ea ſeruitute vti debet,non etiam noctu.d.l.iter.Zaſius in para.ſuis tit. de ſerui.vrba. præd. ídq; propter periculum quod vicino poſſet accidere,ſi domum ſuam cogeretur nocte apertam relinquere.

13 Oneris ferendi ſeruitus, eſt ius quo vicinus tenetur ſuſtine- C re onera domus meæ ſupra columnam ſuam aut parietem ſuũ. l.eum debere.ff.de ſerui.vrb.præd.vide Zaſium in.d.titu.de ſerui. vrbano.prædio.apud quem etiam videre potes quid differat hæc ſeruitus à reliquis.

14 Tignum immittẽdi ſeruitus, eſt ius quo vicino licet immittere trabes ſuas in parietem vicini.de hac ſeruitute fit mentio in l.j.ff.de ſerui.vrban.præd.& in.l.malum.§.j.ff.de verbo.ſignifica.iam cum tigni appellatio late pateat.l.tigni. ff. de ver. ſignifi. hîc duntaxat pro trabibus ſumitur.vide Zaſium in.d.titu.de ſer. vrbano.præd.

15 Proiiciendi ſeu protegendi ſeruitus, (vna enim

16 & eadem eſt, quanuis diuerſum Cepola ac reliqui eiuſdem farinæ interpretes ſenſerint) ius eſt, quo vicino licet ædes ſuas protuberandi ſiue exporrigendi mœnianis ſeu podiis pẽſilibus, aut tecta ſua protendendi in ſolum vicini. atq; hæc eſt propria ſignificatio verborum proiiciendi & protegendi à iuriſcõſultis D vſurpata.l.malum.§.j.vbi Alcia.ff.de verb.ſigni.l.j.§.j.ff. de impen.in reb.dot.fac.vide Budæum in annot.in.l.ſi vero.ff. de his qui deiec.vel effu.Zaſium in.d.titu.de ſeruitu.vrb.præd.

17 Seruitus, proſpectus. eſt ius quo vicinus vicino claritatem præſtare tenetur aperta feneſtra vel foramine aliquo. Azo in ſumma.C.de ſeruit.vbi differentiam ponit inter ſeruitutem hominum & ſeruitutem proſpectus: quem ſecut us eſt Cepol. in tract.ſerui.ca.xxxiij.& xxxiiij.

18 Luminũ ſeruitus,eſt ius quo vicinus vicini lumina excipere cogitur.l.luminum.& ibi pulchrè per Bart.ff.de ſerui.vrb.pręd.

19 Altius tollendi ius, non eſſe ſeruitutem ſed libertatem potius putat Zaſius in.d.tit.de ſerui.vrb.præd.poſt gloſſ.in.l.j. eodem tit.poteſt tamen nonnunquam accidere, vt altius tollendi neceſſitas incumbat vicino iure ſeruitutis: vt ſcilicet is teneatur altius ædes ſuas tollere, ne in domum meam proſpiciatur,cum E fortè domus mea ſubſidat ac depreſſa ſit, vis autem prætereundi in altum exporrigatur,aut etiam ne vento expoſita ſit, arg. l. Si arborem.§.interdum.ff.eodem titulo.

20 Seruitus vrbana negatiua eſt,quæ verbis negatiuis concipitur,cuiuſmodi eſt ſeruitus.

21 Altius non tollendi, per quam prohibetur vicinus domũ ſuam inuito vicino altius tollere:de qua in.l.j.ff.eo.titu.in.l.Altius.C.de ſeruit.& aq.gloſſ.in.l.loci corpus.§.pe.in verb. altius. ff.ſi ſer.vind. viridaria tamen habere ſupra eam altitudinem is qui ſeruitutem debet,non prohibetur.l.ædificia.ff.de ſer. vrbanorum prædiorum..

22 Ne luminibus officiatur ſeruitus,eſt ius quo vicino non licet quicquam facere per quod vicini lumina obſcuriora reddãtur.l.inter ſeruitutes.ff.eodem.

23 Ne proſpectui officiatur ſeruitus,eſt ius quo vicino non licet quicquam facere quod vicino officiat ad gratiorem & liberum proſpectum.l.inter ſeruitutes. §. eodem.

24 Stillicidium non auertendi ſeruitus,eſt ius quo vicino non licet facere quin ſtillicidiũ ſuum in prædium vicini defluat,quo is forte opus habet ad ciſternam ſuam replendã. de hac eſt text. in.l.j.vbi Bartolus.ff.eodem.

25 Ruſtica ſeruitus eſt,quæ prædio ruſtico debetur. Sunt autẽ ruſtica prędia,quę vel percipiendorum,vel colligendorum fructuum gratia fiunt,l.eo iure.§.ſtabula.ff.in quibus cauſis pignus vel hypothe. Ferrarius Mõtanus titulo de ſeruitutibus ruſticis, lib.tertio.Et hæc ſeruitus duplex eſt,nominata & innominata.

26 Nominata ſeruitus ideo dicitur, quòd ſpeciale nomen à iure impoſitum habet, argu. l.iuriſgentium. §.primo. ff. de pactis.Sunt autem ſeruitutes nominatæ quatuor, Iter, Actus,Vis, Aquæductus.

27 Iter,eſt ius eundi ambulandi hominis,non etiam iumẽtum agendi vel vehiculum.tit.de ſeruitutib. ruſticorum prædiorum B inſtitut.libro ſecundo. & cui eſt ius itineris, is & lectica portari, & equo vehi poteſt. l. qui ſella. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum.

28 Actus eſt ius eundi ambulandi hominis, agendi iumentum vel vehiculum.d.titu.de ſeruitutibus ruſticorum prædi. inſtitutionibus libro ſecundo.

29 Via,eſt ius eundi agendi & ambulandi hominis. inſtitutio. eo.ineſt autem huic ſeruituti quiddam amplius:nam qui iiis vię habet,& trabem aut tignum trahere,& rectam haſtam ferre poteſt,modò fructus non lædat.dicta.l.qui ſella.ſecundo reſpõſo. ff.eodem titulo.

30 Aquæ ductus eſt ius aquæ ducendæ per fundum alienum. inſti.eo.tit.& in.l.j.ff.eo.quod ius conſtitui poteſt tam in aqua inuenienda,quàm in iam inuenta.l. Labeo. ff.eod. Vide quæ de hac ſeruitute ſcripſit eleganter Zaſius in para.ff.eo.titu.

31 Seruitus ruſtica innominata eſt ea cui non eſt ſpeciale no- C men iuris impoſitum, ſed ab ipſo actu denominatur. huius generis ſunt hæ quinque ſequentes.

32 Ius paſcendi,eſt ius pecoris paſcendi in fundo alieno prædij mei cauſa.de hac ſeruitute eſt text.in.l.j.§. in prædiis ruſticis. ff.de ſeruitu.ruſtic.præd.& in.§.inter ruſticorum.inſtitu.eodem tit.Atque hæc quidem ſeruitus meritò dicitur ruſtica, cum bona pars fructus prædij ruſtici in pecore conſiſtit.l.pecoris.ff.eo. Vide Zaſium in para.ff.eod.titu.

33 Ius pecoris appulſus, eſt ius quo licet mihi pecora agri mei ad fontem vel riuum agere per prædium vicini. Azo in ſumma C.de ſerui.de hac ſeruitute fit mẽtio in.l.j.§.in prædiis.ff.de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum.& in.l.j.§.Trebatius.&.§.ſeq. ff.de aqua quot.& æſtiua.

34 Aquæ hauſtus, eſt ius hauriendi aquam è fonte vel puteo vicini.Azo in ſumma.C. de ſeruitu.Hanc ſeruitutem qui habet, etiam iter habere intelligitur.l.iij.§.qui habet.ff.eo. nec conſti- D tui poteſt aquæ hauſtus niſi propter vtilitatem vicini fundi. l. ergo.ff.eodem.

35 Ius calcis coquendæ, eſt ius quo licitum eſt vicino calcem coquere in fundo vicini pro vtilitate prędij ſui ruſtici.de hac eſt text.in.l.j.§.in prædiis.& in.l.ergo.ff.eodem.

36 Ius arenæ fodiendæ,eſt ius quo licet vicino arenam in fundo vicini effodere in prędij ſui ruſtici vtilitatem:de qua eſt text. in dicta.l.j.§.in prædiis.ff.eodem.

Adde etiam ius cretæ fodiendæ & lapidis eximendi: quę ſeruitutes eatenus cõſtitui poſſunt,quatenus ad prędium opus ſit, cuius gratia conſtituuntur.d.l.ergo in fin.&.l.ſequen.ff.eodem.

37 Supereſt videre de ſeruitutibus mixtis. Eſt autem ſeruitus mixta,quę à re perſonę debetur:cuiuſmodi ſunt vſusfructus, vſus,& habitatio:nam quę à perſona rei debetur,de qua in.l.Męuia. ff. de manumiſſ. teſta.& in.l.Titio centum. §. Titio.ij. ff.de condit.& demonſt.non proprie ſeruitus eſt,ſed onus quoddam E liberæ perſonæ impoſitum.

38 Diuiditur autem ſeruitus mixta in diuiduam

39 & indiuiduam. & has quidem ſpecies ideo ſeruituti mixtæ tribuimus.quòd ſola ſeruitus vſusfructus eſt diuidua. l.j. §. ſi vſusfructus.ff.ad legẽ Falcidiam. reliquæ omnes indiuiduę ſunt. l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verborum obligationibus. differentię rationem reddit Barto.in dicta. l. Stipulationes. numero viceſimonono,& viceſimoſeptimo.

40 Vſusfructus,eſt ius alienis rebus vtendi fruẽdi ſalua rerum ſubſtantia.l.j.ff.de vſufructu. & eſt duplex,formalis & cauſalis. Formalis eſt,qui à proprietate rei ſeparatur, & is propriè ſeruitus eſt,& per confeſſoriam actionem petitur.Cauſalis eſt,qui cũ ſua cauſa,id eſt proprietate coniunctus eſt:& is non eſt ſeruitus, cum res ſua nemini ſeruiat:nec per confeſſoriam petitur,ſed per negatoriam auertitur.l.ſi cum teſtamento argentum.§.pe.& ibi gl.ff.de exce.rei iud.gloſſ.in.l.omnium.ff.de vſufruc. In quibus

autem

auté rebus cõſtituatur vſusfru. & ad quid teneatur vſufructuarius, vide Azonẽ in ſum. de vſufru. Zaſium in para. ff. eo. titu.

41 Vſus, eſt ius alienis rebus vtẽdi ſalua rerũ ſubſtãtia, nõ etiam fruẽdi. hæc definitio colligit ex. l. ij. ff. de vſu & hab. quã etiã ponit gloſ. in. l. j. eo. tit. vide Ferrariũ Montanũ Inſti. de vſu & habi.

42 Habitatio eſt ius alienas ędes inhabitãdi ſalua ędium ſubſtãtia. cui autẽ hoc ius cõceſſum eſt, nõ ſolũ habitare ei licet, ſed etiã alteri adcõmodare, aut etiã locare. vnde ab vſu ſimplici differt. l. cũ antiquitas. C. de vſufruc. vbi etiam gloſſ. notat in quibus ab vſufructu differat habitatio.

43 Poſtrema diuiſio ſeruitutũ hęc eſt, quòd quędam ſunt cõtinuę, quędam diſcontinuæ. Seruitus continua eſt quæ cauſam cõtinuam atque perpetuã habet, & abſque cõtinua humana opera ſemper eſt in vſu ſiue actu ſiue potentia: cuiuſmodi ſunt ſeruitutes aquæduct⁹, altius nõ tollẽdi, vſusfruct⁹, vſus, iuriſdictio: in quarũ nõnullis quãuis factum hominis ſemper interuenire ſit neceſſe, vt in vſufructu, vſu, & iuriſdictione: tamen quia animo poſſideri ſolent, cõtinuis adnumerantur. ita eleganter, vt cætera, Ferra. Monta. inſti. de ſerui. poſt Bar. in. l. iuſto. §. non mutat. ff. de vſuca. huiuſmodi ſeruitutes præſcribuntur. x. an. inter pręſentes. xx. inter abſentes, exemplo rerum immobilium. l. fi. in fi. C. de præſcri. longi temp. l. ij. C. de ſerui. Quot autem ſint neceſſaria ad hoc vt præſcriptio in his locum habeat, vide apud Bar. & Bal. in. l. ij. de ſeruit. Ferra. Monta. inſti. de ſerui. Zaſium in para. ff. eo. tit.

44 Seruitus diſcõtinua eſt, cuius vſus per ſolã operã humanam habetur. Vnde quia homo nõ aſſiduè, ſed ex intercapedine operatur, cauſam diſcontinuã, hoc eſt interpolatã obtinet, cuiuſmodi eſt iter, actus, aquæ hauſtus. l. ſeruitutes. iiij. ff. de ſeruitu. Harũ ſeruitutũ nullo tẽpore nec longiſſimo quidẽ præſcriptio procedit, vt quarũ nõ eſt cõtinua poſſeſſio. d. l. ſeruitutes. iiij. ff. de ſeruitu. Niſi ſi fortè quis huiuſmodi ſeruitute vſum ſe diceret tãto tẽpore, cuius initiũ memoriã hominum excederet. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſti. Hoc autẽ tẽpus in obſcuro interpretamur centũ an. quia is finis vitæ longæui hominis eſt. l. an vſusfructus. in fi. ff. de vſufru. Atq; hæc quidẽ ſatis abundéq; ſufficiant ad ſeruitutũ ſpecies deſcribẽdas: ſi tamen illud vnum admonuerimus, eum qui ſeruitutem adſerit, eam probare debere: cũ res omnis libera præſumatur. l. altius. & ibi. gl. C. de ſeruit.

## DE SERVITVTIBVS.

*Dictum eſt ſupra de ſeruitutibus perſonarũ: nunc de ſeruitutibus rerum. A ſeruitutibus perſonarum trãſit ad ſeruitutes prædiorum, quæ intelliguntur ſemper quoties ſeruitutum nomen ſimpliciter vſurpatur, eæ ſunt iura quibus prædia alia aliis ſubiiciuntur. Vel, conditiones quibus ius vnius prædij minuitur, augetur alterius. Vel iura quæ quis in alieno prædio prædij ſui nomine impoſita habet. Et quib⁹ modis cõſtituatur hoc ti. declaratur. Cu.*

a *Seruitutes.* ſeruitutes perſonales dicuntur, vſus & vſusfruct. vt hîc: & aliæ ſimiles: vt dixi. ſ. de vſufru. l. ſi quis binas. ideo quia ſemper cum perſona finiuntur: vt. j. de libe. leg. non ſolum. §. tale. reales autem ſiue rerum, dicuntur ruſticæ & vrbanæ: vt ſubiicit: quia ad omnem ſucceſſorem tranſeunt: ª licèt aliquando obſtet exceptio: vt. j. titu. ij. l. pecoris. & l. j. via. §. ſi fundus. Sunt & aliæ merè perſonales: ᵇ de quibus dicitur. ſ. de ſta. ho. ſed vſus & vſusfructus, & ſimiles ſunt mixtim perſonales: quia à re homini debẽtur. Eſt & quartum genus: ᶜ vt. j. de condi. & demon. l. Titio centum. §. Titio. & de manu. teſt. l. Mæuia.

*V Nus ex dominis.* ] CASVS. Tres domini ſunt cuiuſdam domus: vnus eorum concedit mihi quòd liceat mihi ex mea domo immittere tignum. dicit quòd nõ valeat ſine aliis. ſed qui habet directum dominium domus, imponet ſeruitutẽ vt liceat vicino immittere. Item qui habet ſuperficiem tãtùm, poteſt hoc idem facere.

a] Dic quòd eſt melior ratio, quia ei inhæret, ſecũdum Bal. hîc. & adde videndum tres rationes, quare dicuntur reales. b] Iſtæ non ſunt propriè ſeruitutes ſecun. Bar. c] Scilicet qđ debetur à perſona rei: qđ nõ reperitur niſi in libertis & colonis & cenſitis. Bart. & Flo.

# Digeſtorum ſeu Pandectarum liber octauus.

## DE SERVITVTIBVS.

### TITVLVS I.

Seruitutũ aliæ perſonales: aliæ reales. h. d. Bartolus.

I. MARCIANVS *libro tertio Regularum.*

1 SEruitutes ª aut perſonarũ ſunt, vt vſus, & vſusfructus: aut rerum, vt ſeruitutes ruſticorũ prædiorũ, & vrbanorũ.

II. VLPIANVS *libro ſeptimodecimo ad Edictum.*

VNus ex dominis ᵇ communium ædium, ſeruitutẽ imponere non poteſt. ᶜ

Seruitutes poſſunt imponi ſolo, & ſuperficiei. Vel ſic: Seruitutes poſſunt deminuere ſoli vtilitatẽ, & ſuperficiei. Baldus.

III. PAVLVS *libro vicenſimoprimo ad Edictum.*

2 SEruitutes prædiorum aliæ in ſolo, ᵈ aliæ in ſuperficie cõſiſtunt.

B Seruitus non poteſt extingui tempore vel conditione, neque conſtitui ex tempore ipſo iure, ſed ope exceptionis. h. d. Iſta eſt difficilis lex & ſubtilis: & iſta eſt vna lect. ſecũd. aliã lect. h. d. Seruit⁹ nõ poteſt cõſtitui ſub coditione, vel in diem: & ſi apponatur, reiicitur, & remanet conſtitutio pura.

IIII. PAPINIANVS *libro ſeptimo Quæſtionum.*

3 SEruitutes ipſo quidem iure ᵉ neque ex tempore, ᶠ neque ad tempus, neque ſub cõditione, ᵍ * neque ad certam con-

b *Vnus ex dominis.* ſcilicet qui pro indiuiſo ſunt domini.

A c *Non poteſt.* niſi alij conſentiãt vel tũc, vel etiam poſtea: vt. j. de ſer. ru. præ. per fundum. & l. vnus. & j. cõmunia prædio. l. fi. Ac.

d *S Eruitutes. In ſolo.* poteſt intelligi, id eſt aliæ ruſticæ ſeruitutes: & aliæ vrbanæ. Vel verius aliæ in ſolo, id eſt proprietate ſoli: & aliæ in ſuperficie: vt infra de ſuperfic. l. j. §. fina. & dicã tũc ab ipſo ſuperficiario conſtitui. idem in emphyteuta: quia ſunt quaſi domini: licèt qui dam dicant quòd ipſe ſuperficiarius nõ conſtituat: ſed verus dominus in ſolo cui⁹ ſuperficies eſt alterius: quaſi ipſe cũ habeat ſeruitutẽ, alij cedere non poſſit: vt. ſ. de vſufruct. ſed & ſi quid. §. fin. Sed certè non eſt ſeruitus quam habet ſuperficiarius, ſed dominiũ vtile ipſius ſuperficiei: quod eſt cõtrarium ſeruituti: cum ſua res nemini ſeruiat: vt. j. titu. j. in re communi.

*S Eruitutes ipſo iure.* ] CASVS. Si aliquis vult mihi conſtituere ſeruitutem vrbanam vel ruſticam, purè debet conſtituere. ex tempore, puta ab anno in annum: vel ad tempus, id eſt vſque ad annum: vel ſub conditione: non valet de rigore iuris: ſed de æquitate ſic. ſi verò ante petat, vel poſt diem, repelletur excep. [ MODVM. ] Concedis mihi ſeruitutem in fundo eundi vel agendi hoc modo, vt certæ res inde vehantur in parietẽ: vt certo equo, vno ſcilicet vel pluribus, vel tali vehiculo, vel tali: non videtur conſtituta ad tempus, vel tempore: & ideo valet ſeruitus. [ INTERVALLA. ] Seruitus ad tempus conſtitui non poteſt: vt dictum eſt in princi. huius. l. ſed conſtituitur ſeruitus vt quis vadat certis diebus in hebdomada, puta tribus: vel certis horis in die: an valeat ſeruitus ita conſtituta, quæritur. Et reſpon. quòd ſic valet. & hoc dicit iſte. §. & proximus. §. l. proxi. Viuianus.

* Tametſi ſub coditione promitti poſſint. l. extitimo. de verb. oblig. inter quæ permultum intereſt. nã conſtituere, eſt imponere. l. 2. ſ. eo.

e *Ipſo quidem iure.* id eſt de ſubtilitate iuris: aliud autem eſt de æquitate quæ præualet: vt. j. proxi. ibi: ſed tamen &c. & C. de iud. placuit. Item hoc in realibus ſeruitutibus. ſecus in vſufru. ᵈ vt ſupra de vſufru. l. iiij. & v.

D d] Quia per ipſum non imprimitur character in prædio ſeruiente. Bart. & Paul.

f *Ex tempore.* vt valeant poſt tempus: vel ad tempus vt valeant vſque ad aliquod tempus: vt infra de act. & obli. l. obligationum ferè. §. j. & poteſt poni exemplum, vt ſi conceſſi tibi ſeruitutem alternis horis vel diebus: licèt finiatur illud tempus, quo vt vteris dictum eſt, non tamen definet ſeruitus eſſe ipſo iure: vt ſic incipiat alterno iterum veniẽte tempore: durat enim omni tempore ex quo eſt inchoata: & ſic eſt vna, non plures: vt infra ea. l. §. fi. & j. l. proxi. §. fi. & infra de ſerui. ruſti. prædio. l. vna. licèt ſit argu. contra quòd videantur plures: vt infra de aqua plu. arcen. ſi prius. j. reſpon. Sed certè diuerſis vicibus fuerunt conſtitutæ ſeruitutes aquę nocturnæ & diurnæ: ſed tamen qui vult ea alternatim cõſtituta vti temporibus exceptis, repellitur exceptione doli: vt hîc ſubiicit. Eſt tamen arg. quòd ex die poſſit conſtitui: vt. j. titu. ij. l. Labeo. ſed certè ibi purè conſtituitur. Accur.

e] Diſplicet Bartol. quia hîc loquitur de conſtitutione conditionali. f] Reprobatur: quia ſic nõ eſſet cõſtitutio conditionalis. Bart.

F g *Sub conditione.* Ioan. ponit exemplum ᵉ vt ſi purè conſtitui tibi ſeruitutem, dico tamen vt ita demum vtaris ea, vel ita demũ poſſis vindicare, ſi nauis ex Aſia venerit. Alij dicunt quòd ſub conditione conſtitui ſi nauis ex Aſia venerit: ſed ante conditionem ᶠ tradidi. vel quaſi per patientiam trãſtuli dominium: ᵍ vt infra de ſol. ſub cõditione. & infra de iure do. ſed niſi. Si ergo deficiat cõditio. nihilominus durat ſeruitus in primo caſu ſecundum Ioan. Idem in ſecũdo: vt. j. de le. j. l. nemo poteſt. ſed tamẽ exceptione repellitur: vt hic ſubiicit, & j. de actio. & oblig. l. obligationum fere. §. placet. Tertij dicunt poni exemplum ſub hac conditione, ſi volam. ſub qua etiam alia obligatio eſſe nõ poteſt: vt. j. de act. & obli. ſub hac. & pro hoc facit quod de modo hîc ſubiicit, quãdiu volam. tu dicas, non poteſt ſub conditione conſtitui. ſ. extinctiua, qua exiſtente extinguatur ſeruitus: ſed ſub conditione qua exiſtente incipiat, bene poteſt: ſicut & dominium poteſt ſic trãſferri & poſſeſſio: vt infra de acqui. poſſeſ. qui abſenti. §. ſi quis.

g] Iſtud dictũ glo. dicit ſingulariter, nota Paul. ad hoc ꝗ per patiẽtiã videtur ſeruitus quaſi tradita.

a] Diſplicet Bart. & Pau.

Quod autem ſubiicit ad certam conditionem:dic,[a] ſi ſit tibi ſeruitus cõſtituta donec nauis veniat:vel dum volam.& ſic modus quidam eſt:& dicitur ad certam conditionem cõſtitui. Sed quare non poteſt conſtitui prædictis modis? Reſpon.ſecundum M. quia nec dominiũ ſic transfertur.hæc falſa:vt dixi per.l. infra de acquirẽ.poſſeſ.qui abſeti.§.ſi quis. Eſt & alia ratio, quia tempus nõ eſt modus tollẽdæ vel inducendæ obligationis:vt in.d.l.obligationum ferè.§.placet. nec cõditio:vt.d.l.de leg.j. nemo poteſt. tu potes dicere quòd ideo eſt, quia cum quadam perpetuitate voluit lex cõſtitui eas propter vtilitatem prædiorum. ſed hoc de ſubtilitate iuris: ſecus de æquitate: vt ſtatim dicit.

a *Pacti.* taciti. nam ſi cõuenio vt valeat ad diẽ, per cõſequens videor facere ne teneat poſt diem.& ſic in aliis exemplis.ſic & inſti.de ver.obli.§.at ſi ita.& ff. de verb. obli. eum qui ita.§.qui ita. Doli autẽ exceptio locũ habet vbicũque alia locum habet:vt.ff.de except.do. l.ij.§.& generaliter.

b *Cõtra placita.*ſ.ſi poſt cõditionem extinctiuam petat,ſecundũ Aldr. nam licèt poſſit petere,quia perpetuo videtur cõſtituta: tamen exceptione repellitur. vel aliter ante cõditionem ſi petat,quod poteſt:[b] quia purè cõſtituta videtur:tamen repellitur niſi aduenierte conditione.Vel ſecundum Azo.dic occurretur.i.obuiabitur vindicãti contra placitum.i. pactũ:ſiue vltra tẽpus, ſiue ante tẽpus:ſiue ante cõditionẽ,ſiue poſt. poſſet etiã attentari vt ſit ſenſus huius.l.prorſus alius quàm dixim⁹:

b]Reprobatur per prædic. ſcriben-

* immittẽdę

ditionẽ, verbi gratia, *quandiu volam*, conſtitui poſſunt.Sed tamen ſi hæc adiiciantur, per pacti [a] vel doli exceptionem occurretur cõtra placita [b] ſeruitutem vindicanti. idque & Sabinum reſpondiſſe Caſſi⁹ retulit,& ſibi placere.

Seruitutes & earũ vſus poſſunt modificari in ipſa conſtitutione, licèt non extingui. Barto.

Modum adiici ſeruitutibus poſſe conſtat: veluti quo genere vehiculi agatur,vel non agatur: veluti vt equo duntaxat: vel vt certum pondus vehatur:vel grex ille tranſducatur,aut carbo portetur.

Interualla dierum & horarum non ad temporis cauſam, [c] ſed ad modum pertinent iure conſtitutæ ſeruitutis.

Seruitus prædialis poteſt conſtitui eiſdẽ modis quibus perſonalis. Bartolus.

V. GAIVS *libro ſeptimo ad Edictum prouinciale.*

VIa, iter, actus, ductus aquæ, iiſdem fere [d] modis conſtituuntur, quibus & vſumfructum conſtitui diximus. [e] Vſus ſeruitutium tẽporibus ſecerni poteſt: [f] fortè vt quis poſt horam tertiam vſq; in horã decimã eo iure vtatur,vel vt alternis diebus vtatur.

VI. PAVLVS *libro vicenſimoprimo ad Edictum.*

AD certam partem [g] fundi ſeruitus tam remitti [h] quàm conſtitui [i] poteſt.

VII. VLPIANVS *libro tertiodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

IVs cloacæ mittendæ * ſeruitus eſt. [k]

ſ.vt conditiones vel dies vel modi appoſiti pro nõ appoſitis habeantur,ſicut habemus in vltima volũtate de cõditione impoſſibili:vt inſt.de here.inſti.§.impoſſibilis. Et quod dicitur occurretur,dic,id eſt ſuccurretur volẽti venire contra pactũ. ſic ponitur.ff.de ver.obli.vbi autẽ non apparet.§. qui vero à Titio. Sed hoc non placet:quia nihil eſt adeo conueniens,quã pacta ſeruari.& ideo primũ intellectũ approbo:arg.ff.de pac.l.j.in prin. Ac.

c *Cauſam.*vt ad t̃pus vel ex tẽpore conſtituta videatur:ſed perpetua eſt & pura,& non deſinit.ſic C.de cur.furi.l. cum aliis. & hoc cum ſemel eſt conſtituta. ſecus ſi pluribus vicibus: vt infra de aqua plu.arcen.ſi prius.quæ eſt contra.

V *Ia,iter.*] CASVS. Si quis vult mihi ſeruitutem viæ & itineris concedere vel conſtituere:eiſdem modis poteſt conſtituere quibus vſumfru. Viuianus.

d *Fere.*quia vſuſfr.ex certo tempore,& ad certum tempus conſtitui poteſt:vt.ff.fami.erciſ.& puto.§.vſuſfructus.C. de vſufru. ſi pater.& pro parte.ſed ſeruitutes non:vt.ff.ad legem Falci.l.j.§. ſi vſuſfructus.&.ff.eo.l.viæ.

e *Diximus.*vt.s̃.de vſufru.l.iij.& inſti.eo.§.ſi.

f *Secerni poteſt.*& dicitur ſub modo,non ad tempus conſtitui:vt s̃.l.proxi.in fi.

A *Dcertam.*]CASVS. Titius volebat incertæ partis fundi ſui pro diuiſo concedere ſeruitutem.an poſſit,quæritur.Et rñ. quòd ſic.ſed ſi Titius meo prędio ſeruitu.debeat:an pro parte ei remittere poſſim,quæritur.Et reſpon.quòd ſic.

g *Ad certam partem.*pro diuiſo.ſ.vt ſeruiat ei:vt.ff.tit.ij.l. certo. & ſic non eſt contra.ff.commu.prædio.l.ſi quis duas. §.j.

h *Remitti.*ſcilicet conſtituta.

Nõ poteſt imponi ſeruitus prędio, quæ non reſpicit vtilitatem alterius prædij. Bar.

VIII. PAVLVS *libro quintodecimo ad Plautium.*

VT* pomũ decerpere liceat, & vt ſpatiari,& vt cœnare in alieno† poſſimus: * ſeruitus imponi non poteſt. [l]

Pro parte ſeruit⁹ retinetur, licèt ab initio pro parte non conſtituatur. Bartolus.

*Si prædiũ tuũ mihi* [m] ſeruiat: ſiue ego partis prædij tui dominus eſſe cœpero, [n] ſiue tu mei,per partes ſeruit⁹ retinetur:licèt ab initio per partes adquiri non poterat. [o]

Verba cõtractus debẽt ciuiliter intelligi: & qui ſemel locũ eligit, variare nõ poteſt.h.d. Vel ſic: Ius ſeruitutis reſpicit fundũ,& quãlibet partẽ eius. Idẽ in eius vſu ab initio:ſed cũ per certũ locũ cœperit,nõ poterit poſtea variare. Bar.

IX. CELSVS *libro quinto Digeſtorum.*

SI cui ſimplicius [p] vſu via per fundũ cuiuſpiã cedatur [q] vel relinquatur, [r] in infinito, videlicet per quãlibet eius partẽ ire agere licebit, [s] ciuiliter modò. nã quædã in ſermone tacite excipiũtur. [t] Non enim per villã ipſam, nec per medias vineas ire agere ſinendus eſt:cũ id æquè commodè per alterã partem facere poſſit minore ſeruiẽtis fundi detrimẽto. [u] verũ conſtitit, vt quà primũ viam direxiſſet,eà demũ ire agere deberet: nec amplius mutandæ [x] eius poteſtatem haberet:ſicuti Sabino quoque videbatur,qui argumẽto

i *Conſtitui.*ſ. ab initio.

k I*Vs cloacæ.Seruit⁹ eſt.*] ſcilicet ruſtici prędij: vt.ff.de ſerui. ruſti. prædio.l.ij.

V *Tpomũ.*] CASVS. Si concedas mihi ſeruitutẽ vt liceat mihi in fũdo tuo ſpatiari,& ibidẽ cœnare &c.quæritur an valeat talis ſeruitus? Et rñ.ꝙ nõ. [SI PRÆDIVM.] Fundo meo fundus Titij ſeruitu.debebat.partẽ Titij fũdi qui ſeruit. meo debebat, emi vel emiſti,cui ſeruitus debebatur:an retineatur ſeruitus?Et reſpõ.ꝙ ſic,licèt ab initio per partes acquiri non poſſit.

l *Non poteſt.* Et eſt ratio:quia ꝓpter neceſſitatem, nõ propter delectationẽ imponi debet. nõ enim ius fauet delicatorũ votis: vt.ff. de pig.ac.ſi ſeruos. ĩ fi. &.ff.quæ in frau.pa.l.j. §.ſed ſi rẽ. &.s̃.de ope. ſer.l.ſi.&.ff.de cap.l. ij. ſed hęc ratio reprobatˀ vt.ff. de aqua quoti. & æſti.l.hoc iure.in prin. & ff.quod vi aut clam. l.cõpetit.§. j. quæ ſunt cõtra. Dic ergo meli⁹: nõ poteſt imponi ſeruitus prędialis,ſed perſonalis ſic:vt.s̃.de vſufru.ſi quis binas.ſecũd. G.Tu dic ꝙ nec perſonalis ſeruitus eſt: ſed quoddã pactũ fieri poteſt de hoc.

m *Si prædium tuum mihi.*i.prædio meo.

n *Cœpero.*ſ.pro indiuiſo.& ſic intelligitur. ff. ti.j.ſi quis ædes.§.j.

o *Nõ poterat.*vt pars tãtùm tui fundi meo fundo ſeruiat: vt dices.ff. cõmunia prædio.ſi quis duas.§.j.& facit.ff.de ver.obli.pluribus §.fi.& ff.ti.ij.l.vnus.

* Cõiũge l. 16. de ſerui. ruſt. præ. Duar.

† Debere quis poteſt ſeruitutẽ cõſtituendã in alieno prædio.l. heredes fam.erciſ.ſed imponere & re ipſa cõſtituere nõ poteſt: ne de aliena, re quid ſtatuat inuito domino.

* poſſumus. erat ĩ archetypo vt teſtatur Ant.Aug. lib.3. c.1.ſed ita mutauit Taurel.

S *I cui.*]CASVS. Concedo ſeruitutem itineris per fundũ meũ. nunquid per quãlibet poteris partem ire? Et rñ. ꝙ ſic de ſcripto iure:ſed locus eſt de æquitate cõſtituẽdus:quia debes ire per illam partem quæ minus nocet fundo meo. Sed nunquid ſi per aliquam partem cœpiſti ire,poteris variare?Et reſpon. quòd nõ: quare nec amplius poteris variare: nam ſic in riuo electo eſt vt non poſſis iterum electum riuum mutare.

p *Si cui ſimplicius.*id eſt ſine certi loci definitione.

q *Cedatur.*inter viuos.

r *Relinquatur.*in vltima voluntate.

ſ *Licebit.*ſcilicet illi cui eſt conſtituta.& ſic datur ei electio.Sed contra.ff.de ſerui.ruſti.prædio.l.ſi via.Sol.vt ibi.

t *Excipiuntur.*vt.ff.ſi cer.pe.l.cum quid.& ff.de rit.nup. l. quanquam.Ar.contra.ff.tit.j.ſi ſeruitus.

u *Detrimento.*nec enim malitiis &c.vt.s̃.de rei vin.l.in fundo.

x *Mutãdæ.*nõ licet ei variare:vt hîc,&.ff.de aqua quoti.& æſti.l. fi.&.ff.ſi ſer.vĩ.& ſi fortè.§.etiã.ver.mod⁹.& ar.ff.de trib.qd ĩ herede §.eligere.niſi hoc expreſſè ſit actũ in cõſtituẽda ſeruit. vt.ff. quẽad.ſer.amit.nã ſatis.§.cęterũ.q̃ eſt cõtra. Aliud in vſu ſeruatˀ, vbi poteſt mutare:vt.s̃.de vſu & habi.l.diuus.§.licet.q̃ eſt cõtra.

ADDIT. Dic ꝙ ibi hoc cõtingit ꝓpter cõmoditatẽ hominũ. Bar.

Rini

UNED

a *Riui.* relicti, vel conceſſi. Accurſius.
b *Quem.* ſcilicet riuum.
c *Qualibet.* parte fundi.
d *Non liceret.* in aliam partem fundi: ſed dominus poteſt ex cauſa mutare ſine incommodo eius cui debetur ſeruitus: vt infra de reli.l.ij.§.penul.

*Si iter.*] CASVS. Si legas mihi vt eã per fundum tuum, quò iri nõ poteſt niſi opere facto: an poſſum opus facere vt poſſim ire? Et reſpõ.quòd ſic. Viuia.
e *Lucere.* ei cui ſeruitus debetur.
f *Iter facere.* ſic.ỹ.tit.j.l.ſeruitutes.§.ſi domo.

riui [a] vtebatur, quem [b] primò qualibet [c] ducere licuiſſet: poſtea quàm ductus eſſet, transferre non liceret. [d] quod & in via ſeruandum eſſe verum eſt.

Licèt in prædio ſeruiente ædificare, vt commodè quis poſſit vti ſeruitute. Bartolus.

X. IDEM *libro octauodecimo Digeſtorum.*

Si iter legatum ſit quà niſi opere facto iri non poſſit, licere [e] fodiendo, ſubſtruendo, iter facere, [f] Proculus ait.

Seruitus non poteſt adquiri pro parte: & actus non perfectus viciatur ſi deuenitur ad eum caſum à quo non potuit inchoari. Bart.

*Pro parte.*] CASVS. Tria dicit. Primò, quia nõ poteſt acquiri ſeruitus partim prædio: vt puta medietatẽ pro indiuiſo: ex hoc autẽ naſcitur ſecundæ quęſtionis ſolutio, quę talis eſt: Stipulat⁹ ſum à te ſeruitutẽ viæ fundo meo: & antequã ſeruitus cõſtitueretur, vẽdidi medietatem fundi dominaturi pro indiuiſo: quia primã partẽ alienaui. ſic corrumpitur ſtipulatio. Tertiò dicit quòd teſtator nõ poteſt partẽ ſui fundi afficere ſeruitute pro indiuiſo. & ſi in totum conficiat, quia potuit: & in dimidiam adimat pro indiuiſo: nõ valet ademptio. Viuianus.

* Coniũge. l an pars ꝓdere. Duar.

g *Pro parte dominij.* prędij dominantis. Accur.
h *Traditur.* puta vt fund⁹ tuus ſeruiat medietati mei prædij pro indiuiſo: hoc fieri non poteſt: vt hîc, &.ỹ. de ſer.le.l.ſi is qui duas.circa princ.&.ỹ. communia prædi.ſi quis duas.§.j.ſed ad certam pro diuiſo ſic: vt.ſ.eo.l.ad certam.

XI. MODESTINVS *libro ſexto Differentiarum.*

Pro [*] parte [g] dominij ſeruitutem adquiri non poſſe, vulgo traditur. [h] Et ideo ſi quis fundum habens, viã ſtipuletur, & partem [i] fundi ſui poſtea alienet, corrumpit [k] ſtipulatione, in eum caſum deducendo, à quo ſtipulatio incipere nõ poſſit. [l] Pro parte quoque [m] neque legari neque adimi via poteſt: [n] & ſi id factum eſt, neque legatũ neq; ademptio valet.

Fundo ciuitatis poteſt adquiri ſeruitus. Bartolus.

i *Partem.* dimidiam pro indiuiſo. ſecus pro diuiſo: quia tunc etiam à principio ſic poteſt conſtitui: vt.ſ.eo.l.ad certam. Acc.
k *Corrumpit.* loquitur hic in eo caſu cum non erat adhuc in poſſeſſione ſeruitutis: ſed tantùm ſtipulatus. aliàs eſſet contra ſupra eo.l.vt pomum. §. ſi prædium. nam multa impediunt facienda, quæ non impediunt iam facta: vt hîc, & dixi.ſ. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.l.patre. Accurſius.
l *Non poſſit.* ſcilicet ſic vt in princ. huius legis. & infra de verbo. oblig.pluribus.§.fin.in princ.
m *Pro parte quoque.* dominij ſcilicet fundi ſeruientis.
n *Via poteſt.* ſcilicet expreſſim: vt infra de adimen.le.l.legata.§.fin. ſed tacitè poteſt: vt ſupra eod.l. vt pomum.§. ſi prædium. & differt hic caſus à ſuperiori primo legis: quia hic vetatur conſtitui in parte fundi ſeruientis: ibi in parte eius cui ſeruitur.
o *Non dubito. Per ſeruum.* ſcilicet municipij. ſic & infra de acquiren.poſſeſ.l.ij.

*Si tam.*] CASVS. Si concedas mihi viam, ita quòd neque vehiculum poſſit ire, nec equus aliquis, iſtud dicitur potius iter: non autem eſt actus nec via. ſed ſi poſſum ducere iumentum per locum illum: tunc erit etiam actus. Viuianus.
p *Quàm via.* nam via plus continet: vt infra de ſer.ruſti.prædi.l.j.&.l.via.in princip.
q *Actus adquiſitus.* magis quàm via. nam via plus continet: vt infra de ſerui.ruſti. prædi l.j.&.l.via. ſed in vehiculo paria ſunt: vt prædicta.l.via. Accurſius.

*Seruitutes.*] CASVS. An ſeruitutes vſucapiantur? dicit quòd non, duplici ratione: quia incorporales ſunt: & ſicuti nõ poſſidentur, ita non vſucapiuntur. Item quia non ſunt continuæ: & ponit exemplum in itinere. Secundò quæritur an poſſim acquirere ſeruitutem itineris per prędiũ tuum ad ſepulchrum meum, quod vltra habeo in meo agro? Dicit quòd ſic, & acquiſitam remittere: quia mea priuata eſt, licèt ſepulchrum ſit religioſum, & ſic in bonis nullius perſonæ. Item ſi inter meũ & tuum prædium erat locus publicus: an poſſis tu mihi conſtituere ſeruitu. quòd liceat portare inde aquam per collum? Et reſpon. quòd ſic. Viuia.
r *Accedunt.* & ſine eis eſſe nõ poſſunt: vt.ỹ.cõmunia prædio.l.j.

A

XII. IAVOLENVS *libro quarto Epiſtularum.*

Non dubito quin fundo municipum per ſeruum [o] rectè ſeruitus adquiratur.

In ſeruitutibus realibus ſi non valet quod ago vt ago, valeat vt valere poteſt. Bartolus.

B

XIII. POMPONIVS *libro quartodecimo ad Quintum Mucium.*

Si tam anguſti loci demonſtratione facta via conceſſa fuerit, vt neq; vehiculũ neque iumentũ eà inire † poſſit, iter magis quàm via [p] aut actus adquiſitus [q] videbitur. Sed ſi iumentum eà duci poterit, non etiam vehiculum, actus videbitur adquiſitus.

† Sic Flo.al. ire. vtrũque rectè eſt.

Incorporalia quæ non habent cauſam continuam, non vſucapiuntur. hoc dicit. Vel ſic: Incorporalia non habẽtia cauſãm continuam, nõ poſſunt præſcribi. hoc dicit & ſubtilis eſt. Bartolus.

C

XIIII. PAVLVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

Seruitutes prædiorum ruſticorum etiam ſi corporibus accedunt, [r] incorporales tamen ſunt, & ideo vſu [*] non capiuntur: [ſ] vel ideo [t] quia tales ſunt ſeruitutes, vt non habeant certam [u] continuámque poſſeſsionem. Nemo enim tam perpetuò tam conti-

ſ *Vſu non capiuntur.* bene ſequitur. nã ſi ſunt incorporales, vt hîc, & inſt. de rebus cor. & incorp.§.fi. ergo nõ poſſidẽtur: vt.ỹ.de acquir. poſſ.l.iij.j.reſpon.&.ỹ. de acqui.re.do.ſeruus. §. incorporales. ergo nõ vſucapiuntur: vt.ỹ. de vſucap.l.ſine poſſeſſione. Sed videtur vſucapi: vt.ỹ.de vſucap.ſi aliena.§.j. quæ eſt contra. Sed ibi cum ædificio poſſunt, per ſe nõ: vt hic. Item videntur poſſideri: & ſic prẽſcribi: vt.ỹ.de iti.actũque pri.l. fin. &.ſ. de peti. here.l.regulariter.&.ỹ. communia prædi. l. ij. quæ ſunt contra. Solu. quod dicitur incorporalia poſſideri legibus prędictis, ſubaudi quaſi: nam verè non: vt.ỹ. tit.j.ſi ædes. §. fin. in fi. & ſic ſubauditur inſti. de vſufruct. §. conſtituitur. Accurſius.

Incorporalia an vſucapiantur.

t *Ideo.* ſcilicet non vſucapiuntur.
u *Certam.* ſi hęc ſecunda bona eſt ratio, nullum interdictũ poſſeſſoriũ pro ſeruitute dabitur vel vti poſſid. vel de itine.actu. priua. cũ poſſidentibus dentur: vt.ỹ.eo.l.quotiẽs.&.ỹ. ſi ſe.vindi.l.ſicuti.§.fi. Et hîc dicit quòd nemo habet certã earum poſſeſſionẽ: ſed certè hîc plus dicit, cõtinuãmq;. nam poteſt eſſe quòd tẽpore interdicti quaſi poſſidet, vnde rectè ſibi cõpetit interdictũ: vt.ỹ.de itin.actu.pri.l.j.§.hoc interdictũ. Vt tamen plenè ſcias quæ ſeruitutes vſucapiantur, vel non: dic quòd ſeruitus aut habet perpetuã cauſam, aut quaſi perpetuam: aut nec perpetuam, nec quaſi perpetuã. Si perpetuã, vt aquæ ductus: tunc præſcribi poteſt: vt.C.eo.l.ij. Item altius tollẽdi: vt.ỹ.tit.j.ſed ſi iter. in princ. quaſi perpetuam eodẽ modo: vt ſtillicidium vel ductus aquæ ex cœlo cadentis: vt.ỹ.tit.ij.in.l.foramen. Et quod dico has præſcribi, intellige.x.annis inter preſentes: vel.xx.inter abſentes: exemplo rerum immobilium: vt.C.eo.l.ij. & fortè etiã ſine titu. ſecundum Azo. certè imò ſine fortè: vt infra ſi ſer.vindic. ſi quis diuturno. quod tempus incipit currere ex quo cœpit vti iure ſeruitutis non vi, non clam, nõ precario: vt.ỹ. quemadmo.ſer.amit. l.fin.&.ỹ.de itin.actũque priua.l.j.§. Iulianus. Si autem non habeat perpetuam cauſam, vel quaſi, vt via, & ſimiles: non vſucapiuntur, id eſt non præſcribuntur: vt hic: niſi tanto tempore, cuius non ſit memoria: vt.ỹ.de aqua plu.arc.l.j.§.fina. &.l.ij.§. antepe. & de ſeruitute tali intelligitur.ỹ.de aqua quoti. & æſti.l. hoc iure.§.ductus. Vel ducitur ibi ex flumine publico: & ideo exigitur tantum tempus cuius non extet memoria. Sed quomodo poſt.xxx.annos intenditur negatoria, quæ iam ſublata eſt: vt C.de præſcript.xxx.an.l.ſicut? Reſpon. ratione præſentis itionis: vt ſupra de iudi.nõ aliàs.§.j. Licèt autem dixerim ſeruitutes quæ non habent perpetuam cauſam, vel quaſi perpetuam, non præſcribi: tamen poteſt dici, ſecundum Ioan. quòd ſi quis dicat ſibi conſtitutam talem ſeruitutem ex titulo: nec id probare poſſit per teſtes vel inſtrumenta: & in adminiculum ſuę intentionis inducat coniecturam, quia vſus eſt ſeruitute prædij domino ſciente & non cõtradicente per.x.vel.xx.annos, præſumatur ſeruitus conſtituta ex cauſa quæ prætenditur præceſſiſſe: vt. ỹ. de aqua plu.ar.l.j.in fi.&.ỹ.de vſur.l.cum de in rem verſo. econtra qualiter præſcriptione amittantur, dicẽs.ỹ.quemadmo.ſer.amit.ſi ſic.

D

E

* Seruitutes non poſſunt vſucapi l. ſequitur.§. vlt. de vſuc. non poſſũt enim poſſideri, cũ ſint res incorporales hîc, ac ſine poſſeſſione eáque continua nulla eſt vſucapio. l.3. & 25. de vſucap. vtilitatis tamen cauſa receptũ eſt, vt tẽpore & diuturno vſu acquiratur. l ſi quis diuturno. ſi ſerui. vind. nã vſus earum, poſſeſſionis loco eſt.l.15. ỹ.e.& Theoph.tit. de interdi.inſtit.

a *Seruientis*. contra videbatur quòd non poſſunt eſſe hæ ſeruitutes niſi inter dominos prædiorum: vt. j. communia prædio. l. j. Sed certè licèt ſepulchrũ ſit nullius, tamen ius ſepeliendi eſt priuatum: cuius cauſa ſeruitus conſtituitur: vt. j. ſi ſer. vind. l. j. Acc.

b *Interueniente*. inter prædium ſeruiturum & dominaturum.

c *Hauſtus*. id eſt ius aquæ deferendæ ſuper collũ, vel ſuper aſinũ, nõ traiiciẽdæ aquę per terrã: vt ſubiicit. Idem eſt in aliis ſeruitutibus quæ nõ nocent publico: vt. j. eo. l. fi. & . j. de aqua plu. arc. ſi prius. §. licet. Item non nocet medius loc⁹ publicus, id eſt via ad augmentum inſulæ: vt. j. de acquir. re. do. l. maritus.

d *A principe*. vel à ſenatu: vt. j. de flumi. l. ij.

e *Incõmodo*. maximo: vel dic magno: vt arg. Cod. de preci. impera. offe. l. quotiens. Acc.

f *Impedit*. ergo plus quandoq; habent religioſa quàm publica: vt ex his duobus. §. §. colligitur: &. j. de aqua. plu. ar. ſi prius. §. ſacro. Accurſius.

g *Q*uotiens. *Hominum*. id eſt perſonales.

h *Nihil agitur*. non valet ſeruitus: quia mea nõ intereſt imponi: vt & hîc, &. j. ſi ſer. vindi. l. ſicuti. §. fin. nec aliud pactum tale: vt. s. de pact. l. pe. ſed videtur cõtra. j. eo. l. ei fundo. Sol. ibi in ipſa traditione fuit appoſitũ: vt. C. de pact. inter empt. & vend. l. fi. & . s. de pac. l. traditionibus. ſecundũ quoſdã. Tu dic quòd in lege cõtraria non intererat tunc quãdo ſeruit⁹ imponebatur: ſed poſtea debebat intereſſe, vel ſperabatur: vt. s. de vſufruct. ſi infantis. Ceterùm ſi nec tũc nec poſtea intereſſet, non valet cõſtitutio: vt hîc.

i *Gratia*. quia tunc intereſt: & ſic valet: vt. j. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. ſi quis. Accurſius.

k *Præſtet*. No. qui ſeruitutem debet, non facit, ſed patitur: vt hîc, &. j. de aqua pluuia arcen. l. j. in fin. niſi in caſu quando gratia ſeruitutis aliàs conſtitutæ cogaris aliquid facere: vt reſtituere parietem, vel columnam quæ onus meum ſuſtineat: vt infra tit. j. l. eum debere. & infra ſi ſer. vindi. l. ſicuti. §. j. & . §. diſtant. Accurſius.

† Nõ enim efficitur eiuſdẽ iuris, cuius & locus ipſe religioſus. l. in tantũ. §. ſacræ. de re. diuiſ.

* valent.

† Sic Flor. rectè. vul. editio habet viridiaria.

Seruitutem debens non ſemper patitur.

Citatur hæc Iuliani ſententia ab Vlpiano l. I. infra de remiſſio.

nenter ire poteſt, vt nullo momẽto poſſeſſio eius interpellari videatur. Idem & in ſeruitutibus prædiorum vrbanorum obſeruatur.

Seruitus ad ſepulchrum, eſt priuati iuris: & de ea poteſt diſponi vt de ſeruitute priuati. Bart.

Seruitus itineris ad ſepulchrũ, priuati iuris manet: & ideo remitti domino fundi ſeruientis [a] poteſt: & adquiri etiam poſt religionem ſepulchri hæc ſeruitus † poteſt.

Locus medius impediens commodum ex vno loco peruenire ad alium, impedit ſeruitutem conſtitui. Bartolus.

Publico loco interueniente [b] vel via publica, hauſtus [c] ſeruitus imponi poteſt, aquæ ductus non poteſt. A principe [d] autem peti ſolet, vt per viam publicã aquam ducere ſine incommodo [e] publico liceat. Sacri & religioſi loci interuentus etiam itineris ſeruitutem impedit: [f] cum ſeruitus per ea loca nulli deberi poteſt.

Non poteſt imponi ſeruitus de eo quod fundi vtilitatem non reſpicit. Bartolus.

XV. POMPONIVS *libro trigenſimotertio ad Sabinum.*

QVotiẽs nec hominum [g] nec prædiorum ſeruitutes ſunt: quia nihil vicinorum intereſt, nõ valet, * veluti ne per fundũ tuum eas, aut ibi conſiſtas. Et ideo ſi mihi cõcedas ius tibi nõ eſſe fundo tuo vti frui, nihil agitur. [h] Aliter atque ſi cõcedas mihi, ius tibi non eſſe in fundo tuo aquã quærere minuẽdæ aquę meæ gratia. [i]

Qui debet ſeruitutem, cogitur pati: non agere. Bartolus.

Seruitutium non ea natura eſt, vt aliquid faciat quis, veluti viridia † tollat, aut amœniorem proſpectum præſtet, [k] aut in hoc, vt in ſuo pingat: ſed vt aliquid patiatur, aut non faciat.

Creditori & emphyteutæ competit vtilis actio pro ſeruitute. Bar.

XVI. IVLIANVS *libro quadragenſimonono Digeſtorum.*

EI * qui pignori fundum accepit, nõ eſt iniquum vtilem petitionem [l] ſeruitutis dari: ſicuti ipſius fundi vtilis petitio [m] dabitur. Idẽ ſeruari cõuenit & in eo ad quem vectigalis fundus pertinet.

Seruitutes ſunt indiuiduæ: & tranſeunt in heredes inſolidum actiuè & paſſiuè. Bartolus.

XVII. POMPONIVS *libro ſingulari Regularum.*

VIæ, itineris, actus, aquæ ductus pars in obligationẽ deduci non poteſt: quia vſus eorum indiuiſus eſt. [n] Et ideo ſi ſtipulator deceſſerit pluribus heredibus relictis, ſinguli ſolidam † viam petunt. [o] Et ſi promiſſor deceſſerit plurib⁹ heredibus relictis, à ſingulis heredibus ſolida petitio [p] eſt.

Seruitus cõfuſa aditione, debet per legatarium reſtaurari. Bart.

XVIII. PAVLVS *libro trigenſimoprimo Quæſtionum Papiniani * notat.*

IN omnibus [q] ſeruitutibus quæ aditionibus confuſæ ſunt, reſpõſum eſt doli exceptionem nocituram legatario, ſi non patiatur eas iterum imponi.

Poteſt imponi ſeruitus de eo quod non intereſt tunc, ſed ſperatur intereſſe in futurum. Bart.

XIX. LABEO *libro quarto Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

EI fundo quem quis vendat, ſeruitutem imponi, etſi non vtilis [r] † ſit, poſſe exiſtimo: veluti ſi aquam alicui debere ducere non expediret, nihilo minus conſtitui ea ſeruitus poſſit. Quædam enim debere * habere poſſumus, quamuis ea nobis vtilia non ſunt.

Qui debet ſeruitutem: debet pati aduerſarium vti, quod pro traditione habetur. Bart.

XX. IAVOLENVS *libro quinto ex poſterioribus Labeonis.*

QVotiens via aut aliquod ius fundi emeretur, [ſ] cauendum putat eſſe Labeo, per te non fieri quo minus eo iure vti poſſim: quia nulla huiuſmodi iuris

o *Petunt*. & obtinent. ſed an vtitur qui primò obtinet? Dic vt not. infra de verb. oblig. l. ij. §. ex his.

p *Petitio*. Not. inſolidum tranſit: vt hîc, & infra de verb. oblig. l. ij. §. pe. & fin. & infra fami. erciſ. heredes. §. an ea. & ſic tranſit ad alium, vt hîc, & infra cõmunia prædio. ſi ei cuius. & infra tit. ij. ſi vnus ex ſociis. §. j. & ſic eſt contra ſupra eod. l. pro parte. Sed illud eſt ideo, quia obligatio ſeruitutis non poteſt tranſire cum quis alienat, niſi cedat: quod ibi eſſe nõ poteſt: quia tradita non erat. ſed ſecus in heredibus, ſecundum Ioan. nam in omne ius defuncti ſuccedent.

q *IN omnibus*.] Pone caſum quòd prędium teſtatoris ſeruiebat prędio heredis: & fundum ſeruientem teſtator legauit ſub cõditione: & ſic medio tempore ſunt ſeruitutes extinctæ, vt infra titu. j. ſi quis ædes. ſed debent reponi: vt hîc dicit, & in prædicta. l. ſi quis ædes. & infra de hered. vendi. l. ij. §. fina. & quod ſubiicit, legatario, ſcilicet conditionali. Vel pone econtra prædium heredis ſeruire prædio teſtatoris: & teſtator legauit prędiũ heredis quod ſeruiebat. Nam non tranſit dominiũ ſtatim in legatarium: & ideo extinguitur ſeruitus, etiam ſi purè legauerit. & ſic ob. doli exceptio legatario legatum vindicanti. Sic poſito caſu non poteſt opponi quòd non videatur confundi ſeruitus, quaſi recta via tranſeat dominium in legatarium: vt infra de fur. à Titio. & infra de pecu. ſed ſi damnum. §. præterea. quia ſecundum primum caſum pendente conditione dominus eſt: vt infra ad Sila. l. j. §. ſerui. ſecũdum alium non tranſit, cum non fuerit defuncti. Sed in perſonali ſeruitute ſcilicet vſufruct. aliud eſt: quia irreuocabiliter extinguitur: vt infra de leg. ij. is cuius. &. l. cum filius. §. dominus. & facit infra de leg. j. l. legatarius. §. j. Accurſius.

* Cõiuge. l. 2. & 4. de oper. no nũtia. Duar.

Caſum ponit.

† in ſolidum

* In vulga. eſt lex, Papinianus notat.

† Nũc quidẽ: poſſit tamẽ aliquãdo ſua natura eſſe vtilis. quòd ſi nullam vnquã vtilitatẽ allatura eſt, imponi non poteſt. l. 15. s. eo. L. R.

* Verba hęc dedere, & debere, quidam putant delenda, quia nec ſunt in vulgatis. ſed puto non eſſe otioſa.

l *EI qui. Vtilem petitionem*. id eſt efficacem vindicationem per confeſſoriam: vt hîc, &. j. de ope. no. nun. l. creditoris. ſed fructuario non datur: vt ſupra ſi vſufru. pe. vti. frui. §. vtrum. quæ eſt contra. Sed illud ideo, quia ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt: vt infra de vſufruct. leg. l. j.

m *Vtilis petitio*. id eſt efficax hypothecaria.

n *VIæ. Indiuiſus eſt*. ſecus in vſufruct. vt infra ad. l. Falc. l. j. §. ſi vſufruct.

E *I fundo*.] CASVS. Habebam duos fundos: vnum vendidi: cui ſeruitutem inutilem impoſui propter fundum. retenta valet ſeruitus talis: & bene poſſum talem ſeruitutem recipere. Viuianus.

r *Non vtilis*. ſed contra. s. eo. l. quotiens. Solu. vt ibi. Accur.

Q *Votiens*.] CASVS. Si vendas mihi viam, cauere debes mihi ne me impedias: & quòd patiaris me ire: quia vſus cum patientia habebitur pro traditione. & ſi impedias me vti ſeruitute, potero agere. Viuianus.

ſ *Emeretur*. quia aliquis à te emit.

Traditio.

vacua traditio [a] eſſet. Ego puto vſum eius iuris pro traditione poſſeſſionis accipiendum eſſe: [b] ideoque & interdicta veluti poſſeſſoria [c] conſtituta ſunt.

Locus medius impediens commodũ ex vno locó peruenire ad alium, impedit ſeruitutem cõſtitui. Bartolus.

XXI. PAVLVS *libro vicenſimo-primo ad Edictum.*

B SI intercedat [d] * ſolum publicum, vel via publica, neque itineris [e] actúſve, neque altius tollendi ſeruitutes impedit, ſed immittẽdi, prohibẽdi,, †item fluminum & ſtillicidiorũ ſeruitutẽ impedit: quia cœlũ [f] quod ſupra id ſolũ intercedit, liberũ eſſe debet.

Actio pro ſeruitute debet intẽtari cõtra dominum proprietatis, non contra vſufructuarium. Bar.

C Si vſusfructus tuus ſit, ædiũ proprietas mea: quæ [g] onera vicini ſuſtinere debeãt, mecũ inſolidum agi poteſt, tecum nullo modo. [h]

# DE SERVITVTIBVS vrbanorum prædiorum.

## TITVLVS II.

Hîc iuriſcõſultus enumerat ſeruitutes vrbanorũ prædiorũ. Bar.

I. GAIVS *libro ſeptimo ad Edictum prouinciale.*

VRbanorum prædiorum [i] iura talia ſunt: altius tollendi, [k] & officiendi [l] luminibus vicini: aut non extollendi. Item ſtillicidium auertendi in tectum vel aream [m] vicini, aut non auertendi. Item immittendi tigna in parietem vicini: [n] & denique proiiciendi, protegendíve, cæteráque iſtis ſimilia:

II. VLPIANVS *libro viceſimonono ad Sabinum.*

B ESt & hæc ſeruitus, ne proſpectui officiatur.

Hîc ponit differẽtiam inter ſeruitutem luminum, & ne luminibus officiatur. Barto.

III. PAVLVS *libro ſecundo Inſtitutionum.*

LVminum in ſeruitute conſtituta id adquiſitum videtur, vt vicinus lumina noſtra excipiat. [o] Cum autem ſeruitus imponitur ne luminibus officiatur, hoc maximè *adepti videmur, ne C ius ſit vicino inuitis [p] nobis altius ædificare, atque ita minuere lumina noſtrorum ædificiorum.

Qui non conſentit, videtur cõtradicere. Bartolus.

IIII. VLPIANVS *libro ſeptimodecimo ad Edictum.*

INuitum [q] autem in ſeruitutibus [r] accipere debemus non † eum qui contradicit, [ſ] ſed eum qui non conſentit. Ideo Pomponius libro quadragenſimo & infantem & furioſum inuitos rectè dici ait: nõ enim ad factum, [t] D ſed ad ius ſeruitutis hæc verba [u] referuntur.

---

a *Traditio*. ſed patientia tantùm: vt. ſ. eo. quotiens. §. fi. Accur.

b *Accipiendum eſſe*. vt. j. titu. j. ſeruitutes. in prin.

c *Veluti poſſeſſoria*. i. quaſi poſſeſſoria, per quę tueamur ſeruitutes: vt ar. j. vti poſ. l. fi. & de aqua plu. ar. l. fi. Sed quę ſunt hęc? Reſpõ. directũ & vtile de iti. actu. pri. vt. j. de iti. actu. pri. l. j. & l. inde. §. idẽ Iul. & j. ſi ſer. vin. l. ij. §. Põpo. Itẽ datur interdictũ vti poſ. vt. j. ſi ſer. vin. ſicuti. §. Ariſto. ibi, ſed interdictũ &c. quia & inter fructuarios & vſuarios dat᷑: vt j. vti poſ. l. fi. Itẽ inter corriuales: vt. j. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. inter corriuales.

d SI intercedat. inter prædiũ ſeruiturũ & dominaturũ. & quidã habẽt hîc rubric. de ſeruitu. vrba. prædio.

a *Luminibus*.nec eſt dictum , quæ nunc ſunt, vt ita ſint. Accurſius.
b *Imponi*.vt ſeruiat.
c *Vel adquiri*.vt ſeruiatur ei : non vt ſit ſeruitus : vt infra cōmunia prædio. l. j. ſed vt quis obligetur nomine ſeruitutis:vt. j. de verbo. oblig.exiſtimo. &. j. ſi ſer.vindi.l.ſi.&.j. tit.j. l.Labeo.Accurſius.

* Facit ad quæſtionem de qua hic per Bar.tam deciſiuè, quàm remiſſiue. de cui⁹ §. noſtri intellectu vide glo. in. c. ad diſſoluēdum. extra de de ſpon. impub.

C *Vius*.]CASVS. Domus mea erat.poſſum domū meam quātumcunq; volo altius tollere : dummodo ſi tua domus quæ meæ ſeruiat nō grauetur in plus.Viuia.
d *Superius*.puta verſus ripam:vt ſupra eo.l.ſeruitutes.§.ſi.domo.
e *Imponere*. vt. ſ. eo.l. cum eo.&.l.imperatores.Accurſius.
f *Oneret*.vt ſupra eo.l.ſeruitutes.§.ſtillicidium. & infra de aqua plu.arcen.l.j.§.item ſciendum.Accurſius.

H *Oc quod*.]CASVS. Dictum eſt ſupra.l.j.quòd licet immittere tignum in domum vicini.i.ſeruitutem tigni immittendi.

Hoc

Hoc dicit eſſe verum quando habeo domum ex qua immitto in vicini domum: aliàs ſi domum non habeo, ſed immitto in alienũ ædificium, & cedit ſolo: nõ eſt ſeruitus. [SI EX TRIBVS.] Tu habebas domum ex ſuperiori parte: ego in medio domum meã habebam: Titius autem habebat inferius. ego autẽ conſtitui ſeruitutem ad domũ tuã: & inter meã & domũ Titij eſt paries cõmunis. Titius vult altius tollere illum parietem communem. an poſſit, quæritur. Et reſpondetur quòd ſic, licèt ego dominus medietatem ædium non poſſum altius tollere: nec ego teneor prohibere illum Titium. Viuia.

* Coniunge l. 2. de adquir. re. do. Duar.

a *Hoc quod dictum.* ſupra eod. l. j. & l. ſeruitutes. in prin. Accurſius.

b *Aliter.* id eſt ceſſante iure immittẽdi, ſecũdum Ir. Vel dic, id eſt ſi non ex tuo in alienum, ſed cum nõ habeas ædificium, in alieno immittis. nã cedit domui in quam immittitur: vt C. de rei vindic. l. ſi inferiorem. Accur.

c *Paries.* ſiue dicas parietem cõmunem pro diuiſo: & tunc quidem nõ dubitatur quòd poteſt ædificare inferior dominus. ſi pro indiuiſo, nõ debet teneri prohibere: quia natura earum ſeruitutũ eſt ea, vt patiatur: nõ vt aliquid faciat: vt. ſ. titu. j. quotiens. §. j. Vel dicas cõmunis, id eſt melius erat cum eſſet inferioris cum altius. Accurſius.

d *Inferiores.* Opponitur: Paries iſte eſt pars domus ſeruiẽtis. & illa ſeruit: ergo paries. Reſpon. ei non potuit imponi ᵃ ab vno dominorum. Sed tunc opponitur: ergo dominus etiam ſeruientis poteſt ibi ædificare. Reſpon. nequaquam: vt infra titu. j. per fundum. Item opponitur: ergo pro parte conſtitui-tur, quod non poteſt: vt ſupra tit. j. pro parte. in fi. ſed dic hîc certa: vt. l. ad certam. ſupra de ſeruit.

† Quod tamen nõ cogetur tollere. ſi cũ prohibere poterat ſoci⁹ hoc pretermiſerit. l. Sabin⁹. j. comu. diui. L. R.

a] Imò per quandã cõſequentiam ex quo totã domũ ſuam conſtituerat ſeruire. An.

XXIIII. POMPONIVS *libro trigenſimotertio ad Sabinum.*

HOc* quod dictum ᵃ eſt de immiſſis, locum habet ex ædificio alio in aliud. aliter ᵇ enim ſupra alienum ædificium ſuperius habere nemo poteſt.

Seruitus quæ tibi debetur à domo vicina, nõ impedit dominum alterius domus ædificare ſupra parietem communem. Bartolus.

Si ex tribus ædibus in loco impari poſitis ædes mediæ ſuperioribus ſeruiant ædibus, inferiores autem nulli ſeruiant, & paries ᶜ communis qui ſit inter ædes inferiores ᵈ & medias, altius à domino inferiorũ ædiũ ſublatus ſit, iure eum altius habiturũ Sabinus ait.

In re communi non poteſt quis aliquid facere, vel prohiberi iure ſeruitutis: ſed ei per communi diuidundo iudiciũ ſuccurritur. Bar.

XXV. PAVLVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

IN re communi nemo dominorum iure ſeruitutis neque facere quicquam inuito ᶜ altero poteſt, ᶠ neque prohibere ᵍ quo minus alter faciat. nulli enim res ſua ſeruit. ʰ Itaque propter immẽſas contentiones ⁱ plerumque res ad diuiſionem peruenit: ſed per communi diuidundo actionem conſequitur ſocius quo minus opus fiat, ᵏ aut vt id opus quod fecit, tollat, † ſi modò toti ˡ ſocietati prodeſt opus tolli.

A

ˡ *Toti.* ſic quod omnibus, non quod vni tantũm expedit: vt hîc, & infra pro ſocio. l. actione. §. Labeo. & in authen. de non. alie. §. quia verò veriſimile. in fi. coll. ij. Item ad id quod dicit opus tolli, eſt contra. ĵ. communi diui. Sabinus. circa fi. ibi, ſed & ſi in communi, &c. ſed illa ſecundum hanc. vel fortè & hîc eo abſente: vt & ibi. ᵇ Accurſius.

b] Eo præſente. P. & Flo.

Pro eo quod fit ex ædibus propriis in communes, vel ecõuerſo: poteſt agi negatoria. Bartolus.

XXVI. POMPONIVS *libro trigenſimotertio ad Sabinum.*

SEd ſi inter te & me cõmunes ſint Titianæ ædes, & ex his aliquid non iure in alias ædes meas proprias immiſſum ſit, nẽpe tecũ mihi agere licet, ᵐ aut rem perdere.* Idem fiet, ſi ex tuis propriis ædibus in cõmunes meas & tuas ædes quid ſimiliter eſſet proiectũ. mihi enim ſoli tecum eſt actio.

B

Inuito ſocio nõ poteſt quis ædificare in re cõmuni: licèt ſibi permittatur à domino prædij ſeruiẽtis. Bartolus.

Si in area communi ædificare velis, ſocius prohibẽdi ius habet: quamuis tu ædificandi ius habeas à vicino conceſſum: ⁿ quia inuito ſocio in iure † communi non habeas ius ædificandi.

C

Seruitus quę non habet cauſam continuam, non poteſt adquiri tempore. & cauſam continuã non habet omnis ſeruitus ad cuius vſum factũ hominis requiritur. & damnum quod ex ſeruitute non iure debita contingit, venit in actione dãni infecti. hoc dicit. Diuide. Primò ponit dictum. Secundò illud limitat. Tertiò illud probat per rationem. Quartò ponit tres illationes. ſecũda ibi, Hoc ita. tertia ibi, Neque enim, quarta ibi, Et ideo. Bartolus.

D

SEd ſi inter.] CASVS. Hæc lex continuatur cum ſuperiori: & caſus eſt talis: Ego & tu habebamus domũ cõmunem: & ex illa domo communi proijcitur tignum ſuper domum meam: agam cõtra te negatoria, vt tollatur. & idem eſt ſi ex domo tua proiicitur aliquid ſupra domũ cõmunẽ: quòd agam vt remoueas. [SI IN AREA.] Habeo tecũ aream cõmunem, quæ debet ſeruitutẽ Mæuio altius non tollẽdi. Duplici ex cauſa eleuari non poteſt. Vna, quia ſeruitus eſt impoſita, etiã ſi à Mæuio tibi concederetur. Alia, quia ego prohibere poſſum: & licèt ſeruitus remittatur, tamen aliud impedimentum ſubeſt. Viuianus.

* Id eſt opus demoliri ac diruere. l. quemadmodum. §. 2. ad leg. Aquil. in qua ſignificatione perdere à Cicerone vſurpatur.

† vul. in te.

m *Agere licet.* per negatoriã actionẽ: aut ſcilicet perdã ius prohibendi per prædictam actionẽ, i. libertatem. Nam adquiritur ſeruitus rei communi, etiã per vnũ tantum de ſociis, ſcilicet tẽpore, vt hîc: non autẽ alio modo: vt. ĵ. titu. j. ſi vnus. Eſt tamẽ argumen. cõtra: quia plus videtur poſſe fieri per conuentionem: quàm per tempus: vt infra quẽadmodum ſerui. amittũ. nam ſatis. §. ſed ſi is fundus. ibi, poſſunt tamen &c. Sed ibi in perdenda: hîc in adquirenda. Vel dic perdere, id eſt deſtruere: & ſua auctoritate: vt infra ad legem Aquiliam. l. quemadmodum. §. ij. Sed quod dicitur hîc, me agere negatoria pro re propria contra ſocium rei communis eſt contra. infra finium regun. l. ſed & loci. §. ſi commune. Solut. vt ibi. Et eſt ratio (vt dicunt) quòd præſcriptio per vſum inducitur, non per pactum: quia per præſcriptionem non quærit perſona, ſed lex: ſic & retinetur ſine perſona, ſi aqua influat per ſe: vt infra quemadmod. ſeruit. amit. l. qui fundum. Vel ſi quocunque vadat: vt. l. denique. in eod. titu. Sed hæc ratio non videtur bona: quia lex non quærit ſine facto hominis poſſidentis, & præſcribentis: vt infra e. l. ſi ædes. §. libertas. Item & illæ quemadmodum ſerui. amit. in retinenda dicunt quòd eſt facilius. aliam ergo rationem quære. Sed dices per. l. infra de vſucap. l. j. & pro ſuo. l. fina. & inſtitu. de vſucap. in princip.

n *Conceſſum.* cui debebatur ſeruitus ne domus communis tolleretur. Accurſius.

IN re.] CASVS. Habeo tecum domum communem: tu vis ſupra eleuare, quaſi in hoc tibi ſeruiat res communis. quæritur an poſſis altius tollere. Reſpondetur, non potes ipſo iure. idem econtra: nec ego te prohibere ædificare, eo iure quaſi in hoc ſeruiat mihi res communis, vt alter me inuito nõ ſuperædificet: ſed alio iure idem prohibere poſſum, communi ſcilicet diuidundo, & pro ſocio, vt non fiat: & factum tollatur. ſed ſi communi expedit, poſſum, & etiam diuidere. Et coniunge. l. ſequen. quæ plana eſt. Viuianus.

E

e *Inuito.* quia dicam in hoc mihi eam ſeruire: ſed neque prohibere, ſcilicet per confeſſoriam, ſed per negatoriam ſic: vt infra ſi ſer. vin. l. an vnus. Sed opponitur, quòd in multis caſibus notatis infra communi diuid. Sabinus. ſocius facit inuito ſocio. ſed dic: nõ iure ſeruitutis. Item no. quod, commune eſt, meum eſt: ſic infra de leg. ij. ſerui electione. §. fi.

Socius an aliquid inuito ſocio facere poſſit.

f *Altero poteſt.* vt. C. eo. l. parietem. Accurſius.

g *Prohibere.* iure ſcilicet ſeruitutis: vt ſubiicit, nulli enim, &c. ſed iudicio ſocietatis, vel communi diuidundo ſic: vt ſubiicit, & infra commu. diui. l. Sabinus. & infra ſi ſer. vind. l. an vnus.

h *Seruit.* vt ſupra ſi vſuſfruct. peta. l. vti frui.

i *Contentiones.* quas excitat communio: vt infra de leg. ij. cum pater. §. dulciſſimis. & ĵ. de re. eo. l. qui neque. in fi.

k *Fiat.* vt. ĵ. de noui ope. nun. l. in prouinciali. §. j. niſi in caſibus in quibus prohibere nõ poteſt: vt dices. ĵ. cõmuni diui. Sabinus.

FOramen.] CASVS. Conceſſiſti mihi tale ius, vt in tuo pariete eſſet foramen quoddam, per quod traheretur aqua ad lauandum familiam domus meæ. quæritur an ſit aquæ ductus, & quæratur tempore? Et reſpon. refert manu fiat: & tunc nec flumen eſt nec aquæ ductus, nec tẽpore quæritur. an naturaliter fiat, vt quãdo pluit: & nunc quia naturaliter immittitur, licèt non cõtinuè, habet quaſi perpetuam cauſam: & tunc eſt propriè ſeruitus. Secundò dicit, quòd omnes ſeruitutes debent habere perpetuam cauſam: quod non poteſt eſſe ex lacu, vel ſtagno: & ideo non poteſt ſeruitus aquę ductus in eis concedi. Tertiò dicit quòd ſtillicidij ſeruitus ita demum propriè eſt ſeruitus, & tẽpore quęritur,

UNED

ſi naturaliter recipitur:non ſi manu per canales, vel aliud ſtillicidium immittitur. Quartò refert ſe ad primum caſum: vt ſi quidẽ damnum inferri timeatur rei ſeruienti, vt parieti in quo eſt foramen: habeat locum ſtipulatio damni infecti. hoc dicit cum lege ſequenti. Viuianus.

XXVII. PAVLVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

FOramen [a] * in imo pariete [b] conclauis [c] vel triclinij, quod eſſet proluendi pauimenti [d] cauſa, id neque flumen [e] eſſe, [f] neq; tempore adquiri placuit. Hoc ita verum eſt, [g] ſi in eum locum nihil ex cœlo aquæ veniat. Neque enim perpetuam cauſam habet, quod manu fit: [h] at quod ex cœlo cadit, etſi non adſiduè [i] fit, ex naturali tamen cauſa fit, & ideo perpetuò [k] fieri exiſtimatur. Omnes autem ſeruitutes prædiorum, perpetuas [l] † cauſas habere debent: [m] & ideo neque ex lacu [n] neque ex ſtagno [o] concedi aquæductus poteſt. Stillicidij quoque immittendi, naturalis & perpetua cauſa [p] eſſe debet. [q]

XXVIII. POMPONIVS *libro trigenſimoſecundo ad Q. Mucium.*

SI quid igitur [r] ex eo foramine ex quo ſeruitus non cõſiſtit, [ſ] damnum * vicinus [t] ſenſiſſet, [u] dicendum eſt damni infecti ſtipulationem locum habere.

Si ad aliquod prædium ſeruiens incipiat pertinere inſolidum, ſeruitus extinguitur, ſecus ſi pro parte. Bartolus.

XXIX. PAVLVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

SI quis ædes quæ ſuis ædibus ſeruirent, cum emiſſet, traditas ſibi accepit, confuſa ſublatáq; ſeruitus [x] eſt: & ſi rurſus vendere vult, nominatim imponenda ſeruitus eſt: alioquin liberæ veniũt. †

Si partem prædij nanctus ſim, quod mihi, aut cui ego ſeruiam, non confundi ſeruitutem placet: quia pro parte ſeruit⁹ retinetur. [y] Itaque ſi prædia mea prædiis tuis ſeruiant, & tuorum partem mihi, & ego meorum partem tibi tradidero, manebit ſeruitus. Item vſusfructus in alterutris [z] prædiis adquiſitus, non interrumpit [a] ſeruitutem. [b]

Domus deſtructa poteſt vſque ad ſtatum priſtinum reſtaurari nõ obſtãte ſeruitute ne luminibus officiatur. Bartolus.

XXX. IDEM *libro quadragenſimooctauo ad Edictum.*

SI teſtamento damnatus heres ne officeret vicini luminibus, ſeruitutémque pręſtaret, depoſuit ædificium: [c] concedenda erit legatario [d] vtilis [e] actio, qua prohibeatur heres ſi poſtea extollere ſupra priorem modum ædificiũ [f] conabitur.

Poteſt aduerſus vnum pręſcribi libertas, aduerſus alium nõ, ex eadem ædificatione. Bartolus.

XXXI. IVLIANVS *libro ſeptimo Digeſtorum.*

SI ædes meæ * ſeruiant ædibus Lucij Titij & ædibus Publij Mæuij, ne altius ædificare mihi liceat, & à Titio precariò petierim vt altius tollerem, atque ita per ſtatutum tempus ædificatum habuero, libertatẽ aduerſus Publium Mæuium vſucapiam. [g]

a *Foramen.* per quod mittebať aqua ex fonte vicini in pauimentũ quibuſdam tẽporibus.

* Coniunge l. ſeruitutes. de ſeruitu. Duar.

b *Pariete.* ſeruiente.

c *Conclauis.* eſt locus qui multis clauibus firmatur: maximè inter duas domos: vt. ĵ. de dãno infec. lege, quod conclaue. ſed tricliniũ eſt vt dixi infra cõmoda. l. ſi vt certo. §. ſi de me.

Cõclaue, inquit Donatus. locus eſt ſuperior in interioribus tectis, ſic dictus, quòd intra eũ loca multa & cubicula clauſa ſunt adhærentia triclinio.

d *Pauimenti.* dominãtis. Accurſius.

e *Flumen.* Flumen vocat lignum excauatũ, in quo colligitur aqua pluuialis, vel alia, naturalis tamẽ, quæ ſemper fluat.

† nõ autem continuas. Cuiac. lib. 11. obſ. c. 3.

f *Eſſe.* & ſic non eſt ſeruitus: vt. ĵ. proxi.

g *Verum eſt.* quòd tempore nõ queratur. Acc.

h *Fit.* vt immiſſio aquæ prædictum foramen aliàs ferè omnis ſeruitus non haberet perpetuam cauſam: cũ omnes manu fiant. vnde meli⁹ dixiſſet, quod manu fiat, id eſt vſus cui⁹ ſeruitus manu exercetur.

* vulg. dãni.

i *Adſiduè.* & ſic dicitur de aqua quotidiana, quæ quotidie duci poteſt, licèt quotidie non ducatur: vt. ĵ. de aqua quotidia. & æſtiua. l. j. §. quotidiana. & §. quod autem ſcriptũ eſt. Accurſius.

l. 1. ĵ. quem adm. ſer. amittant. l. 7. ĵ de fũd. dot.

k *Perpetuò.* & ideo tẽpore adquiritur, ſicut aquæ ductus: tamẽ nõ aliàs niſi continuè ducatur aqua, adquiritur tẽpore: quia etſi naturaliter aqua deriuetur, tamen ſæpe euenit quòd per manu factum riuum eam ducas. porro ſi continuè plueret, continuò de ſtillicidio caſitaret. vnde aquæ ductus poteſt habere & non habere continuationem: ſed ſtillicidium ſemper habet quaſi perpetuam, propter aptitudinem.

l *Perpetuas.* vel quaſi: vt in ſtillicidio: vt in fi. huius. l. & hoc ad hoc vt poſſint præſcribi: vt dixi ſupra de ſerui. l. ſeruitutes.

m *Debent.* ad hoc vt poſſint tẽpore quæri: & ad hoc vt verè poſſit dici ſeruitus: vt infra. l. proxi. Sed tamen id ſolum non ſufficit: imò oportet quòd cõtinuè ea ſit vſus, vt in aquæ ductu dixi modò: ſaluo eo, quod dicitur de ſtillicidio. vel aliter omnes habere debent perpetuas cauſas ad hoc vt perpetuò eas habeant, ex quo conſtitutæ ſunt, licèt perpetuò his nõ vtantur. vnde neque in lacu, neque in ſtagno ſic concedi poteſt, vt perpetuò ſit: quia interdum, imò ſępe exareſcunt: vnde ipſo iure extinguitur ſeruitus, licèt reſtituatur in priſtinum ſtatum, ſi ſtatuto tempore lacus vel ſtagnum ſit reſtitutum. Et ſecundum hoc iter habet perpetuam cauſam. vel aliter, vt poſſit concedi, perpetuam cauſam, & continuam habere debet. Vnde nec in lacum, nec in ſtagnum poteſt concedi: quia interdũ exareſcunt, & ſæpe. Sed tamẽ interim dum extat, prohiberi non debet, ſecundum hoc etiam de itinere dicit, quod habet perpetuam cauſam: ſed non ſecũdum primam expoſitionem. Sed nonne & domus ſæpe diruitur? non ergo in ea ſeruitus conſtitui poteſt? Reſpon. non ſiç ſæpe vt lacus & ſtagnum.

Lacus quid ſit.

n *Lacu.* lacus eſt qui perpetuam habet aquam, non tamen exinde exeuntem. Accurſius.

o *Stagno.* quod temporalem, præ tempore pluuiæ colligitur: vt infra, vt in flu. pu. l. j. §. lacus. & §. ſtagnũ. Sed licèt ſeruitus aquæ ductus non poſſit ex lacu fieri, tamen ſeruitus nauigij ſic: vt infra de ſerui. ruſtic. prædio. l. via. §. j. Sed quæ eſt ratio? Reſpon. ſecundum Ir. quia quandoque nauigium currit, quandoq; non: aquæductus cõtinuo vel fauore nauigij dictũ eſt. Tu dic quòd per nauigium non minuitur aqua, ſed per aquæductum ſic.

† pro væneunt. ſic Flor.

p *Cauſa.* vt poſſit præſcribi: nõ autem ſi manu aqua proiiciatur.

q *Debet.* quia nec in manu cõſiſtit vſus ei⁹: & perpetuò paratũ eſt ad ſuſcipiendã aquam: & ideo poteſt præſcribi. Accurſius.

r SI *quid igitur.* illatio ſuperioris legis.

ſ *Non cõſiſtit.* maximè, nam & idẽ ſi conſiſtat. vt. ſ. eo. l. fiſtulæ. Acc.

t *Vicinus.* qui credebat debere ſeruitutem ex pariete.

u *Sẽſiſſet.* ſ. ſpe: vel dic, etiam re: & tunc ſi ſtipulatio eſt interpoſita, damni infecti agitur ex ea. aliàs agitur in factũ de damno dato: vt. ĵ. ad legẽ Aquil. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi furnum. Quidam tamen dicunt ex ſtipulatione agi, quãdo fuit interpoſita. ſed ſi finita fuit dies ei⁹ dum ſecũdo non caueretur, tunc vtili, acſi eſſet interpoſita ſtipulatio: vt. ĵ. de damno infecto. l. ſi finita ſit dies ſtatuta. in princip.

* De huius l. intellectu vide per Bar. in. l. 1. de ſerui. & aqua. in pe. col.

SI quis.] CASVS. Aedes tuę meis ſeruiebant. emi illas tuas ædes: & ſic extincta eſt ſeruitus. ſi eas poſtea alij vendo, liberæ vendi videntur: niſi ſeruitutẽ imponerem. [SI PARTEM.] Hunc caſum dic vt ſupra de ſeruitu. vt pomum. §. j

x *Seruitus.* vt infra communia prædio. l. quicquid.

y *Retinetur.* vt infra. titu. j. l. vnus ex. in princip. &. ſ. de ſeruitu. vt pomum. §. ſi prædium. Accurſius.

z *In alterutris.* ſcilicet in dominante, vel ſeruiente.

a *Non interrumpit.* ſcilicet hæc perſonalis ſeruitus.

b *Seruitutem.* ſcilicet prædialem.

SI *teſtamento.*] CASVS. Heredem meũ damnaui, ne domus tuæ luminibus officeret. ſi heres deſtruxit illam domum, ex qua debebatur ſeruitus, & poſtea reficere velit: competit tibi vtilis actio, vt heredem prohibeas altius reædificare. Viuianus.

c *Aedificium.* in quo ſeruitus legata erat: & aliud nouum ſuſtulit: vt. ĵ. colligitur.

d *Legatario.* cui ſeruitus legata erat.

e *Vtilis.* non directa: quia nõ eſt illud ædificium cui ſeruitus impoſita eſt, ſecundum Azo. vt. ſ. eo. ſeruitutes. §. ſi ſublatum.

f *Aedificium.* ſcilicet nouum.

SI *ædes.*] CASVS. planus eſt vſque ad. §. libertas. Si debeo ſeruitutem altius non tollendi: proſcribo libertatem, ſi teneam exaltatam illam domum ſeruientem. Sed pone quòd incepi poſſidere vt liberas: & poſtea cecidi à poſſeſſione. interrupta eſt vſucapio: ſed is ad quem poſt deuenit, vſucapit libertatem, ſi legitimo tempore poſſedit. Viuianus.

g *Vſucapiam.* ſi ignoraui ſeruitutẽ ad alium pertinere, & ſic bonam fidem habui: vt. ĵ. queãd. ſer. amit. l. fi. Vel ſi ſciui, non tamen vi aut clã, vel precariò: ſed qui permiſit precariò, reuocabit quãdo

do volet: vt.j. communia prædio. l.penul. Et ſic not.hîc quòd ſine titulo apto præſcribitur libertas: vt dixi.s.titu.j.ſeruitutes. A

Libertas ſine apto titulo præſcribitur.

a *Vna ſeruitus*. quod ſi eſſet, non poſſet aduerſus alterum tantum vſucapi libertas. Ir.

b *Duæ*. hîc no.quòd vſucapio prodeſt, & non prodeſt: ſic cõditio eſt cõditio, & non cõditio: vt.j.de manu. teſt.l.ſi ita ſcriptũ.&.s. de vſufr.l.vſusfructus.

non enim vna ſeruitus [a] Titio & Mæuio debebatur, ſed duę.[b] Argumentum rei [c] præbet, quòd ſi alter ex his ſeruitutẽ mihi remiſiſſet, [d] ab eo ſolo liberarer: altero nihilo minus ſeruitutẽ deberem.

Niſi prædia vrbana poſſideantur continuè, eorum libertas non præſcribitur. Bartolus.

B Libertas ſeruitutis vſucapitur, ſi ædes poſſideantur. [e] Quare ſi is qui altius ædificatũ habebat, ante ſtatutum [f] tempus ædes poſſidere deſiit, interpellata [g] vſucapio eſt. is autẽ qui poſtea eaſdem ędes poſſidere cœperit, integro [h] ſtatuto tempore libertatem vſucapiet. Natura enim ſeruitutium [i] ea eſt, vt poſſideri non poſſint: [k] ſed intellegatur poſſeſſionem earum habere qui ædes poſſidet. [l]

Nihil in hoc ſeculo poteſt eſſe perpetuum, niſi per ſurrogationem. Bartolus. C

XXXII. PAVLVS *libro quinto Epitomarum Alfeni Digeſtorum.*

EVm debere columnam reſtituere, quæ onus vicinarum ædium ferebat, cuius eſſent ædes quæ ſeruirent: non eum qui imponere vellet.[m] Nam cum in lege ædium ita ſcriptum eſſet: *Paries oneri ferundo vti nunc eſt, ita ſit:* ſatis apertè ſignificari, in perpetuum parietem [n] eſſe debere. Non enim hoc his verbis dici, vt in perpetuum idem paries æternus [o] eſſet, (quod ne fieri quidem poſſet) ſed vti eiuſdem modi [p] paries in perpetuum eſſet, qui onus ſuſtineret: quemadmodũ ſi quis alicui cauiſſet, [q] vt ſeruitutem præberet, qui onus ſuum ſuſtineret: ſi ea res quæ ſeruit, & tuum onus ferret, periſſet, alia in locum eius dari debeat. D

c *Argumentum rei*. ſcilicet ꝙ non vna ſeruitus ſit, ſed duæ. Vel dic quòd aduerſus Mæuiũ vſucapiã. eſt tamẽ huic dicto arg. contra. infra quemadmo.ſer.amit.l. nã ſatis.§.ſed ſi fundus. ibi, poſſunt tamen, &c.

d *Remiſiſſet*. per pactũ.

e *Poßideantur*. tanquã liberæ. Accurſius.

f *Statutum*. ad vſucapiendã ſeruitutis libertatẽ: quæ eſt.x.vel.xx. an. vt dices.j.quemad. ſer.amit.l.ſi ſic.

g *Interpellata*. naturali interruptione: vt.j.de vſucap.l.naturaliter.

h *Integro*. Hoc ſi non habuit cauſam à priore: vel ſi habet, alius in medio poſſedit: aliàs coniunguntur tẽpora: vt inſtitu.de vſucap. §. inter. &.j. de vſucap. pro emp.l.ij.§.penul.

Speciale in hac ſeruitute l.6.§.etiam. j.ſi ſerui.vin.

i *Seruitutum*. melius dixiſſet libertatum.

k *Poßint*. ab eo qui debet.

l *Poßidet*. altius ædificatas: qui præſcribit & occidit alterius ſeruitutẽ præſcribẽdo: ſicut & in re corporali qui poſſidet pręſcribit & occidit dominiũ alterius: & ſic poſſidẽdo ſeruitutẽ, adquirit libertatẽ.

E*Vm*.] CASVS. Ille qui debet ſeruitu. oneris ferẽdi ſuper murũ ſuum: ille ſuper columnã ſuam debet reficere: & nõ ille cui debetur ſeruitus: ſiue ſit ita dictũ: vti nũc ſunt, ita ſint: vel alio modo. & hoc dicit hæc.l.

m *Vellet*. Aliter eſt cum quis ex vetuſtate ſibi aſſerit ſeruitutem. tunc enim aduerſarius non reſtituet: vt infra de aqua plu.ar.l.j. §.fina. vel hîc ſpeciale.

n *Parietem*. id eſt hunc, vel ſimilẽ. ſed videtur quòd de præſenti tantum intelligatur: vt.s.eo.ſi ſeruitus.in princ. quæ eſt contra. Sol. hîc non poſſet intelligi de pręſenti columna tantùm, quæ in cõuentionem deuenerat. vnde etiam de futura videtur cautum: ſed ibi etiam de præſenti lumine tantùm poterat intelligi. Item videtur quòd ſufficiat ſemel poſuiſſe, licèt deſinat: vt.ar.j.loc.l. Martius.&.j.de polli.l.j.in fin.&.j.vt leg.vel fideicom.l.j.§.ſi is. &.j.de lega.iij.l.fideicommiſſa.§.ſi decem. quæ ſunt contra. Sol. hîc fuit actum vt vti nunc eſt, in perpetuum eſſet. Et ſic expreſſè egerunt vt alius ſemper reponatur ſi præcedens deficiat. Itẽ no. quòd hoc eſt ſpeciale in ſeruitute oneris ferẽdi: vt ille cuius prædium ſeruit, aliquid faciat: vt.j.ſi ſer.vin.& ſi fortè.§.etiam.&.l. ſicuti.§. diſtant. aliàs contra.s. de ſer. l.quotiens.§. ſeruitutum. Item contra.s.eo.ſi arborem.§.vlt. ſed hîc non eſt ambiguitas. [a] E

a] Ibi ſic. Bar.

o *Aeternus*. id eſt ſempiternus. nam æternũ dicitur, quod ſemper fuit & eſt: vt deus. ſempiternum dicitur, quod incepit, & non deſinet: vt anima & angelus, & hæc ſeruitus.

Aeternum. Sempiternũ.

p *Eiuſdem modi*. id eſt hæc vel ſimilis.

q *Cauiſſet*. His verbis quæ ſequuntur: vbi minus dubij eſt.

r E*T qui duas*. niſi ſimul tradat eidem, vel diuerſis: vt infra communia prædio. ſi quis duas.§.duos autem.

ſ *Tradendo*. ſed quomodo poteſt apponi in traditione, cum ipſa traditione ſit dominus adhuc qui rem tradit? Reſpõ. propter nimiã vicinitatẽ quam habet pactũ cum amiſſione dominij, iam amiſſo dominio factũ pactũ videtur. Cõferri enim videtur pactum in id tẽpus quo deſinit eſſe domus ſua: vt.j. tit.j.l. fundus.in fine. Azo. & facit. j. cõmunia prædio.l.ſi quis duas.j. reſpon. ADDITIO. Dic ſecũdum Bartolũ hîc, quòd iſtud debet intelligi quando fuit facta traditio ex magno interuallo: vel videtur ipſum pactum in traditione ipſa repetitũ: vt. l. item quia. in fin. ſupra de pact.

* Nec dici debet ei res ſua ſeruire. l.26.s.e. cũ tradendo alteram, eius dominiũ à ſe alienet. l. ſi quis duas. comu.præd.

Rei ſuæ non poteſt quis ſeruitutem imponere: niſi in actu quo alteri tradidit. hoc dicit cum.l.ſequen. Bartolus.

XXXIII. IVLIANVS *libro ſecundo ex Minicio.*

ET qui duas [r] areas habet: alteram tradendo, [ſ] ſeruam alteri efficere poteſt. *

B XXXIIII. MARCIANVS *libro tertio Regularum.*

SI binarũ ædium dominus dixiſſet eas quas vẽderet, ſeruas fore, ſed in traditione non feciſſet mentionem ſeruitutis: vel ex vendito [t] agere poteſt, vel incertũ [u] cõdicere, vt ſeruitus imponatur.

Si ædes legantur, vel vendun tur: videtur actum vt contignationes vti ſtant, ita ſtent. Bart.

XXXV. PAPINIANVS *libro ſeptimo Quæſtionum.*

C BInas quis ædes habebat vna contignatione tectas. vtraſque diuerſis legauit. [x] Dixi, quia magis [y] placeat tignũ poſſe duorum eſſe, ita vt certæ partes [z] cuiuſque ſint contignationis, ex regione cuiuſque domini fore tigna: nec vllam inuicem habituros actionem, ius non eſſe immiſſum habere. Nec intereſt, purè vtriſque, an ſub conditione alteri ædes legatæ ſint.

XXXVI. IVLIANVS *libro ſeptimo Digeſtorum.*

D IDémque eſſe & ſi duobus ædes ceſſerint. [a]

Ædificia quæ inuicem non videntur, non poſſint inuicem ſeruire. Bartolus.

XXXVII. PAVLVS *libro ſecundo Quæſtionum.*

SI ædes meæ à tuis ædibus tantum diſtent, vt proſpici non poſſint, aut medius mons earum

S*I binarũ*.] CASVS. Si duas habui ędes, & vnã vendidi, cui impoſui ſeruitutẽ: & cum tradidi, nihil dixi: agetur ex vẽdito vt imponatur ſeruitus: vel condictione incerti.

t *Ex vendito*. vt.j. de actio.empt.ſi tibi liberũ. & argu.s.de pact.l. itẽ quia cõuentiones.

u *In certum*. id eſt per condictionem incerti, præ eſt propriũ nomẽ actionis: vt not. infra de condict. indeb. ſed & ſi me putem.§.fi.

B*Inas*.] CASVS. Duas domos habebam, vna tamen cõtignatione cõnexas: vnã vni legaui: aliã alij. Dicitur: ſi cõtignatio diuiſa eſt pro parte, eſt cuiuſcunque, quatenus ſcilicet domus cuiuſcunq; extenditur. & hoc ſiue vtrique purè, ſiue alteri ſub conditione legata eſt. Idem ſi inter viuos conceſſi: nec poteſt agere vnus cõtra alium vt remoueat. Viuia.

x *Legauit*. puta vnam vni, alteram alteri.

y *Magis*. quàm contrarium.

z *Partes*. pro diuiſo etiam, prout regio cuiuſq; domus extenditur: vt.j.pro ſoc.l.penul.&.j.cõmu.diui.l.arbor.&.j.de adquir. re.do.l.pro regione. Sed cõtra.s.de rei vind. Põponius.in fi. Sol. ibi dicit de re mobili: vt equo & aſino, & ſimilibus quæ diuidi cõmode nõ poſſunt: vt inſti.de offi.iud.§.quod ſi cõmodè. hîc in aliis puta tigno. Vel melius nõ eſt cõtra. nam hîc nõ dicit ꝙ poſſit pro parte poſſideri: imò nullus poſſidet: vt.j.de vſuc.l.eũ qui. & de adqui.poſ.l.qui vniuerſas.in prin. Sed demũ eo rupto poſſidẽt.ſ.pro indiuiſo: vt.j.pro ſoc.l.pe. Sed dic hîc ꝓ parte dominiũ quęri. quarundã enim rerũ dominiũ quęrimus, quarũ nequimus quærere poſſeſſionẽ: vt.j.de adqui.poſ.l.j.§.ſed & per eũ.& j.de adqui.re.domi.homo liber.§.quicquid. ADDIT Pro declaratione iſtius gl. dic ſecũdũ Bar. ꝙ tignũ donec cohæret domui, nõ cenſetur res mobilis, ſed immobilis: & ideo poteſt eſſe cõmunis ꝓ indiuiſo.ſ.cuiuſq; pro regione ſua. ſed ſi fuerit exẽptũ à domo, eſſet cõmunis ꝓ diuiſo: vt.l.arbor. in fi.j.cõmuni diui.

a I*Dem. Ceſſerint*. ſcilicet inter viuos.

UNED

conſpectum auferat, ſeruitus imponi non poteſt: [a]

XXXVIII. IDEM *libro primo Manualium.*

NEmo enim propriis ædificiis ſeruitutem imponere poteſt: niſi & is qui cedit, & is cui ceditur, in conſpectu habeant ea ædificia, ita vt officere alterũ alteri poſſit.

B In pariete communi non poteſt quis feneſtras facere, niſi fuerit conceſſum. Bartolus.

XXXIX. IDEM *libro tertio Reſponſorum.*

EOs qui ius luminis immittendi non habuerunt, aperto pariete communi, † nullo iure feneſtras immiſiſſe [b] reſpondi.

Si res legatur ad vitã, in dubio non videtur impoſita ei ſeruitus: licet duret facultas eundi. Bart.

XL. SCÆVOLA *libro primo Reſponſorum.*

C OLympico habitationem & horreum quod in ea domo erat, quoad viueret, [c] legauit. [d] iuxta eandem domum hortus, & cœnaculũ, quod Olympico legatum non eſt, [e] fuerũt. ad hortum autẽ & cœnaculũ ſemper per domum cuius habitatio relicta erat, aditus fuit. quæſitũ eſt, an Olympicus aditũ præſtare deberet. Reſpondi, ſeruitutẽ quidem non eſſe, [f] ſed heredem tranſire per domũ ad ea quæ cõmemorata ſunt, poſſe, [g] dum nõ noceat legatario.

D Poteſt quis aperire ianuam verſus viam, quatenus ſe extendit ſtillicidij rigor. Bartolus.

Lucius Titius aperto pariete domus ſuæ, quatenus ſtillicidij rigor, [h] * & tignorum protectus

a *SI ædes. Non poteſt.* imò videtur contra: vt infra communia prædi. ſi quis duas. in princ. Solu. vt ibi & facit huic infra ſi ſer. vindic. l. & ideo.

EOs qui.] CASVS. Habeo tecum parietem communem, quem aperis vt lumen intret ad domum tuam propriam, quam ibi iuxta habes. Dicitur hîc quòd non potes.

b *Immiſiſſe.* immitto lumen tibi, aut à me transfuſum ad te: aut ex aduerſa parte ad me trãsfundendũ: & neutrũ fieri poteſt. & hoc dicit hæc. l. Ir. & ſic duobus modis poteſt poni. & pone planè exemplum: vt. ſ. eo. ſed ſi inter me. j. reſpon.

OLympico.] CASVS talis eſt: Legaui tibi habitationẽ cuiuſdam domus, per quam ibam ad hortũ meum. heres meus vult per illam domũ quã tibi legaui, ad prædictũ hortum ire, ſicut ego ibã. quæritur an poſſit? Et reſpon. quòd bene poteſt, eo tamẽ tempore quo tibi nihil noceat. [LVCIVS.] Ianuę domus meæ aperiebãtur verſus viam: vt liqueat videre in domo Matthæi Rhegini. quęritur vtrũ vicinus meus habeat contra me actionem, cum nullũ ex hoc incommodũ patiatur? Et reſpon. quòd nõ habet: nec ego ei teneor. hoc patet. Viuianus.

c *Quoad viueret.* ſcilicet Olympicus.

d *Legauit.* ſ. teſtator.

e *Legatum non eſt.* ſcilicet expreſſim: quia nõ erat hortus cũ domo emptus, vel ad vſum domus: aliàs tacitè ſequitur legatũ domus: vt. j. de lega. iij. l. prædiis. §. pe. in fi. & l. ſi cui ædes. Acc. ADDITIO. Intellige iſtã glo. quòd teſtator expreſſerat, ꝙ hortus non veniret: vel ſeparatim emerat, ſecundum Bart.

f *Non eſſe.* quod eſſe non poteſt: cum dominus remanſit heres: & res ſua nemini ſeruit: vt. ſ. eo. l. in re communi. & . ſ. ſi vſusfru. peta. l. vti frui. Aliter ergo ſi proprietas eſſet legata: vt. j. ſi ſer. vind. l. teſtatrix. j. reſpon. quæ eſt contra. & . j. de vſufruct. lega. l. damnas. §. j. Accurſius. ADDITIO. Ideo hîc nõ videtur ſeruitus impoſita, ſed facultas eundi: quia prædia nõ erant relicta perpetuò: aliàs haberet locum quod dictum eſt in. l. binas. eo. Bart.

E g *Poſſe.* forma enim patrisfa. ſeruãda eſt: vt. j. de leg. j. ſi fundũ. §. qui fundum. & l. ſeruum. §. fi. de vſufr. leg. l. damnas eſto. §. j. Ac.

h *Rigor.* id eſt rectitudo: à rego, gis. vel dicitur à rigeo: vel dic à rigo: vt ponatur pro deguttatione aquæ. Azo.

i *Aperuit.* extra domũ: vt faciunt omnes Veronenſes. Accur.

k *Mæuij.* maxime. ſupra eo. l. cum eo. Azo.

l *Nullam.* ſcilicet negatoriam de ſeruitute: ſed neque interdictum vt tollat: cum neque ſuæ priuatæ, neque vtilitati publicæ noceat: & ſibi prodeſt: neque in via publica factum eſt: vt. j. ne quid in loc. publi. l. ij. §. merito. Accurſius.

† Sic Flor. ſed vid. leg. cæco, quia ita videtur legiſſe Harmenopul. lib. 1. c. 31. Cuiac. lib. 1. obſ. c. 31.

* Stillicidij rigorem hîc accipe quatenus labitur aqua p protectum antequam vergere & deorſum flecti incipiat l. j. j. de flumĩ. nam rigidũ flexo opponitur apud Latinos auctores. hinc rigorare verbum, quo Plin. vtitur Duar. 1. diſput. ca. 32.

DE SERVITVTIBVS PRÆdiorum ruſticorum.

*Dixit de vrbanis ſeruitutibus in ſpecie: nunc de ruſticis eodem modo. Quæ verò ſunt propria ſeruitutũ ruſticarũ & earum ſpecies, differentiæ, iura hoc titulo cõtinẽtur. Et nõnunquã perſonis eas nõ prædiis cõcedi, vt iter, quod tum dicitur ius trãſeundi. l. pater De ſer. leg. l. damnas. §. j. De vſufru. leg. vt pecoris ad aquã appulſus. l. 4. vt aquæductus. l. 37. Cuia.*

competebat, ianuam in publico † aperuit. [i] quæro cum neque luminibus Publij Mæuij [k] vicini, neq; itineri vicini officeret, neque ſtillicidium ne * vicini domo cadat, an aliquam actionẽ Publius Mæuius vicinus ad prohibẽdum haberet. Reſpõdi, ſecundũ ea quæ proponerentur, nullam [l] habere.

B
## DE SERVITVTIBVS prædiorum ruſticorum.
## TITVLVS III.

Iuriſconſultus nominat hîc ſeruitutes ruſticorũ prædiorum, inter quas gloſ. dicit quòd ſunt quędam ſeruitutes nominatæ: quædam innominatæ. Primò ponit nominatas. Secũdò innominatas. Secunda ibi, in prædiis. & hoc facit vſque ad. l. item. §. qui habet. infra eod. verſi. traditio.

I. VLPIANVS *libro ſecũdo Inſtitutionũ.*

C SEruitutes ruſticorũ prædiorum ſunt hæ: iter, actus, via, aquæductus. Iter eſt ius eundi [m] ambulandi homini, † non etiam iumentum agendi. [n] Actus eſt ius agendi vel iumentum vel vehiculum. Itaque qui iter [o] habet, actum non habet: qui actũ habet, & iter habet etiã ſine iumento. [p] Via eſt ius eundi & agẽdi & ambulãdi. nam & iter & actũ * in ſe via cõtinet. [q]

D Aquæductus † eſt ius aquam ducendi per fundũ alienum. In ruſticis [r] cõputanda ſunt [ſ] aquę hauſtus. pecoris [t] ad aquã adpulſus, ius paſcendi, calcis coquendæ, * harenæ fodiendæ. Traditio planè & [u] patientia [x] ſeruitutium inducet officium prætoris.

A SEruitutes.] CASVS. Quatuor ſunt principales ſeruitutes, & ſunt nõminatæ: & eas ponit in princ. huius. l. & poſtea ponit de vnaquaq;. & ſic ſunt & aliæ ſeruitutes ruſticæ innominatę, & v. ſcilicet quas ponit in. §. in prædiis. [TRADITIO.] Conſtituiſti mihi ſeruitu. itineris. qualiter inducar in poſſeſſionem? Reſpond. offic. iudicis: id eſt quòd pręcipiat pręſtari mihi faciẽdo præſtari cautionẽ de præſtando in futurum. Viuianus.

m *Ius eundi.* ſolus: ſed ambulandi cum alio. Vel dic, eundi planè: ambulandi, currendo. & hoc ſcilicet in omnibus prædictis ſeruitutibus: ſiue pedes, ſiue eques: vt infra eod. l. qui ſella. in princ. & l. inter. Accurſius.

n *Agendi.* id eſt ducendi ad manus, vel ante ſe.

o *Iter.* eo ipſo. & hoc quantum ad commoditatem, nõ quantum ad ſeruitutem: vt infra ſi ſerui. vindic. loci. §. j. nam ſi eſſent duæ ſeruitutes conſtituto actu, poſſet vna adempta altera remanere: vt ſupra titul. j. ſi ædes. in princip. quod lex negat. nam adempto itinere, nihil amittitur: vt infra de adimen leg. l. j. quæ eſt contra.

p *Iumẽto.* ſupra de ſerui. l. ſi tam.

q *Via continet.* inſpectis his definitionibus, nihil plus reperitur in via, quàm in actu. ſed certè plus eſt: vt patet infra eod. l. qui ſella. j. reſpon. & . §. qui viam. Item ſi viæ latitudo non fuerit deſignata, deſignatur per legem: ſed actus non: vt infra eod. l. viæ. & l. certo. §. latitudo.

r *In ruſticis.* id eſt ſeruitutibus ruſticis prædiorum.

ſ *Computanda ſunc.* ſupradictæ ſunt nominatæ: hæ poſſunt innominatæ dici. & habes de his infra eod. l. ergo. §. Neratius. Sed quæritur quare hæ & ſuperiores dicuntur prædiorum? Reſpondeo: quia conſtituunt ius in re quæ debet ſeruitutem, ſecun-

E dum Pla. ſed hæc ratio non eſt bona: quia & vſufructuarius habet ius in re: vtpote cum contra quemlibet poſſidentem agat: vt ſupra ſi vſusfructus peta. l. vti. §. vtrum. non tamen eſt prædialis, ſed perſonalis: vt ſupra de ſer. l. j. Alij dicunt ideo, quia tantùm in prædiis cõſtituuntur: ſicut ipſum denotat nomen, quod pro immobili re accipitur: vt infra de verbo. ſignifi. l. quæſtio eſt. & tantùm habenti vicinũ prædium conſtituuntur. licèt ergo commoditas perſonæ quæratur, prædij tamen dicitur. vnde & potius ius prædij quàm perſonæ conſideratur: vt ſupra de nego. geſt. l. liberto. §. vno. & infra eod. l. via. §. ſi fundus. Item quia fundo vltra quàm ei opus ſit conſtitui non poſſunt: vt infra eo. l. ergo. §. Neratius.

t *Pecoris.* hoc ſi prædio debeatur. aliàs contra ſupra de vſufruc. l. ſi quis binas.

u *Et.* pro id eſt. Accurſius.

x *Patientia.* quæ fieri debet: vt ſupra de vſufruc. l. iij. §. dare. & de

† vide Cuia. lib. 13. obſ. c. 27.

* in vicini.

† hominis.

* & ſe.

† De aquæductib. vide Vitru. lib. 8. cap. 7.

* Inquãtum iſte tex. meminit de ſeruitute calcis coquendæ, & arenæ fodiendę, de eius practica & ĩtellectu differẽte ab aliis, vide per Bar. in. l. ſi prius. in. 3. oppo. primę partis de ope. no. nũ. j.

& de publi.ſi ego.§.j.&.ſ.de ſerui.l.quotiens.§. fin. hæc quidem patientia præſtanda inducit officium prætoris petente eo cui debetur,ad hæc duo:vt nunc & in futurum præſtetur patientia: & etiam fiat cautio ne deſit illa patiẽtia:vt.ĩ.ſi ſer.vin.l.egi. &.ſ. de ſerui.l.pe. Et ex hoc reperis plerunque ſeruitutẽ dici deberi, licèt iam ſit tradita:vt inſtit. eo.§.ideo autem.ſed in corporalibus rebus officium iudicis nõ proſpicit in futurum: vt.ĩ. de vſu.l.j.§.j.&.de ędil. edict.l. ædiles. §. item ſciendũ. Vel inducit officium ſi vindicetur ab eo cui eſt conſtituta vt abſoluatur.Vel dic traditio inducit officium prętoris inducentis vti poſſi.ſi inquietetur: vt ſ.de ſerui.l.pe.vel conuerte hanc literam.i.officium prætoris inducit traditionem & patientiam.Accur.

II. NERATIVS *libro quarto Regularum.*

RVſticorum prædiorum ſeruitutes ſunt, licere altius [a] tollere, & officere prætorio vicini: vel cloacam [b] habere licere per vicini domum [c] vel prætorium: vel protectum [d] habere licere. Aquæductus & hauſtus aquæ per eundem locum vt ducatur,etiam pluribus concedi poteſt, [e] etiam vt diuerſis diebus [f] vel horis ducatur. Si aqueductus vel hauſtus aquę ſufficiens eſt,poteſt & pluribus per eũdem locum concedi vt & eiſdem diebus [g] vel horis ducatur.

III. VLPIANVS *libro ſeptimodecimo ad Edictum.*

ITem ſic poſſunt ſeruitutes imponi, vt & boues per quos fundus colitur, in vicino agro paſcãtur.quam ſeruitutẽ imponi poſſe Neratius libro ſecũdo Membranarum ſcribit.Idem Neratius etiã vt fructus in vicini villa cogantur, coactique habeantur,& pedamẽto* ad vineam ex vicini prædio ſumantur, conſtitui poſſe ſcribit. Eodem libro ait, vicino cuius lapidicinæ fundo tuo immineãt, [h] poſſe te cedere ius ei eſſe, terram, rudus,ſaxa† iacere,poſita habere & vt in tuum lapides prouoluantur,ibique poſiti habeantur,indéque exportentur.

Cui conceditur aliquid, videtur concedi id ſine quo illud eſſe non poteſt.& ſi non valet expreſſum,non valet tacitum.h.d.notabiliter.Bartolus.

Qui habet * hauſtum,iter quoque habere videtur ad hauriendũ: [i] & vt ait Neratius libro tertio Membranarũ, ſiue ei ius hauriendi & adeundi ceſſum ſit,vtrũque habebit:ſiue tantum hauriendi,ineſſe & aditum: [k] ſiue tãtum adeundi ad fontem,ineſſe & hauſtum.hæc de hauſtu & † fonte priuato. Ad flumen autem publicum idem Neratius eodem libro ſcribit,iter debere cedi,hauſtum non oportere:& ſi quis tantùm hauſtũ ceſſerit,nihil eum agere. [l]

Seruitus pecoris paſcendi, & ad aquam appellendi, eſt prædialis: & poteſt finiri cum perſona,ſi hoc eſt actum.Bartolus.

IIII. PAPINIANVS *libro ſecundo Reſponſorum.*

PEcoris paſcẽdi ſeruitutes, itẽ ad aquam appellendi, ſi prædij fructus maximè in pecore conſiſtat, [m] prædij magis quàm perſonæ videtur. * Si tamen teſtator perſonam demonſtrauit cui ſeruitutem præſtari voluit, emptori vel heredi non eadem [n] præſtabitur ſeruitus.

Seruitus realis non poteſt imponi niſi quatenus exigit vtilitas prædij dominãtis. hoc dicit. cum l.ſeq. Bartolus.

RVſticorũ.] CASVS. Dicit ſupra.l.proxi.multas eſſe ſeruitutes ruſticorũ prędiorũ, hîc addit iuriſc.tres ſeruitutes quæ ſunt ruſticę.[AQVÆDVCTVS.] Seruitus hauſtus & aquæductus poteſt pluribus cõcedi, ſi ſufficere poſſit.Viuianus.

a *Altius.* domunculã gratia fructuũ paratã: ar.ĩ.quib.mo.pig.tacite cõtrahitur.l. hoc iure.ſ. ſtabula. Sed nõne licet eã mihi altius tollere inuito vicini agri ſeu prætorij domino: vt.tit.j. l. imperatores. &.l. cũ eo. quod ſi eſt, nulla eſt impoſitio ſeruitutis:vt.ſ.titu.j.ſi ædes.&.l.nemo? Reſpõ. hîc eſſe ſecus propter vtilitatẽ ſegetũ vicini agri,ne pereant:ideoq; licèt vrbano,non tamẽ ſic ruſtico prædio poſſunt officere: vt ar. C.eo.l.fin.in.fi.Vel dic ꝙ prius debuerat ſeruitutem:vt not.ſ.tit. j.l.j.Vel dic quòd in alieno iure ſeruitutis ſubmitto . Sed nonne eſt ſeruitus vrbana? Reſpon. hoc fieri pro prædio ruſtico : quia prætorium vel villa:vt ſupra de vſu & habi.l.plenum.

b *Cloacam* . ad quam coloni agri mei propter neceſſitatem ſui corporis accedãt:quod agro meo expedit: ideoque dicitur ruſtica ſeruitus:vt infra.l.proxi.§.idem ait.Accurſius.

c *Domum.*quã habet ibi vicinus gratia fructuũ: vel dic cauſa habitandi.& ſic dicitur vrbanum prædium ſeruire ruſtico.

d *Protectum.* a] in agro vicini,& ibi recipiãtur coloni agri mei.

e *Concedi poteſt.*non tamen pro parte, ſed inſolidum quilibet dicitur habere:vt ſupra de ſeruitutibus.l.viæ. & ſi non conueniant de vtendo,vtile redditur interdictum: vt infra de aqua quotidia. & æſti.l.Lucio.Accurſius.

f *Diebus.*ſcilicet ſimul:vt infra de aqua quotidiana & æſti. l. Lucio.Et idem de itinere:vt ibidem dicit.

g *Eiſdem diebus.*id eſt ſimul,vt no.ſupra proxi.§.Accurſius.

ITem.] CASVS. Si concedas mihi vt bos meus per quem fundus meus colitur,paſcatur in tuo fundo:valet ſeruitus ruſtica, & conſtitui poteſt.Item poteſt cõſtitui ſeruitus,vt fructus reponantur in domuncula agri tui.Item poteſt conſtitui ſeruitus , vt liceat mihi proiicere lapides in fundum tuum ex fundo meo.Viuianus.

h *Immineant.* id eſt ſint iuxta tuum agrum ex parte ſuperiori.

i *Ad hauriendum* . Sed quid ſi iui per aliam viam ad hauriendum per.x.annos,non per conſtitutam,an vtrumque ſit permiſſum? Reſpon.ſi hauſtus eſt acceſſorius itineris , quod eſſe poteſt, vt hic ſubiicit,ſic.ſi econtra,non:vt argu.C.ſi pen.app.l. iij. ſi autem vtrumque principaliter,retinetur iter etiam per hauſtum: vt infra ſubiicit,ſiue hauriendi,&c.vt argu. C.de agri.& cenſi.l.cum ſcimus.§.fin.lib.xj.

k *Aditum.*non tamen ſeruitutem. Et de huiuſmodi acceſſione dixi ſupra de ſerui.vrba.prædio.l.binas.

l *Agere.* quia expreſſum eſt inualidum,neque valet tacitũ : vt. ĩ. de do.inter vi.& vxo.ſi ſpõſus.§.ſi marit⁹.&.ĩ. de bo. aucto.iudi.poſ. cum vnus.&.C.ſi pen. ap.l.ſi is.Sed arg. cõtra ĩ.de leg.j.ſi fideiuſſor. &.ĩ.quib.mo. pig. vel hyp.ſol.l.j.§.j.&. ĩ. de here.inſti.qui filio. Ac.

m P*Ecoris paſcendi. Conſiſtat.* Puta prædiũ habeo , ex quo nullum alium mihi fructum percipere quęro, niſi vt ibi commorentur pecora mea,iaceãt, recipiantur , & reducantur : acquiro ſeruitutem in vicino agro, vt in eo paſcantur pecora agri mei , cũ ager meus non ferat herbã, vel minus ſufficienter. tenet ſeruitutis acquiſitio , & eſt prædialis: quia ob vtilitatem agri mei eſt impoſita : quæ aliter percipi non poteſt,vt ſupra eo.l. iij. §. idem ait . Idem tamen eſſet, ſi aliter percipi poſſet : vt colligitur ex illo verbo, maximè. vel impinguabant agrum meum.Accurſius.

n *Nõ eadem.* dic ꝙ ſeruitus prædialis ſemper tranſit ad heredẽ, & ad emptorẽ,ſui natura: vt ĩ.eo.ſi mihi.§. fin. &.l. via.§.ſi fundus.& infra quemadmo.ſer.amit.l. iij. Et fallit hoc quãdo in cõtrarium expreſſe fuit dictum:vt hîc. Item ex affectione perſonæ cui relinquitur, vt filiæ: vt infra de ſerui.leg.l.pater.[b] Item quãdo his verbis teſtator dixit:lego vſumfruc.vel vſum talis ruſticæ vel vrbanæ ſeruitutis:vt infra vt vſufruct. leg.l.j. His enim caſibus licèt ſui natura tranſeant,tamen per exceptionem defenditur dominus proprietatis quò minus patiatur . Sed qualis ſeruitus erit his caſibus,cũ non tranſeat quo ad effectum ? Reſpon. quidam,perſonalis:vt infra de alimen. & cib. leg.l. Mela. §. quidam.in fi.& de lib.leg.l.non ſolum. §. tale. ſed potius dicas prædialem,cum ipſo iure tranſeat:licèt exceptione repellatur agens: vt ar.infra eo.ſi mihi.§.fin.aliàs niſi eſſet ſeruitus,non poſſet vindicari:quod tamen dicit infra.l.proxi:Nec ob.illa.l.Mela.quia dicit non perſonalem, & hic dicit prædialem eſſe.Item quid ſi ille cui tales ſeruitutes conceduntur,nullũ habeat prædium ? Adhuc dicunt Ro.& alij,quòd eſt ſeruitus perſonalis , ſed potius dicam eſſe ius perſonale,non ſeruitutem:vt ſupra de ſer.l.vt pomum.ſicut ſi decem mihi ſtipuler, & ſic agam ex contractu ſi patientia non præſtatur.Accurſius.

ERgo.] CASVS. Primò dicit non poſſe eſſe ſerui . ruſticam, niſi prædium habeatur in proximo . Secundò dicit quòd ad neceſſitatem tantùm : non quòd ſuperfluat aliquid : vt hoc exemplo : Habeo ſeruitutem in vicino prædio vt ex fornace quæ eſt ibi, habeãm vaſa non ad neceſſitatem agri . non eſt ſeruitus ruſtica : ſed eſt magis vſuſfructus . Idem in ſeruitute palorum eruendorum ex vicina ſylua: vt ſi vendendus eſt vſuſfruc.ſed ſi ad vineam colendam : eſt ruſtica ſeruitus. Item ſi habeo ius paſcendi pecoris , vel appellendi ad aquam, poteſt mihi concedi vt habeam tugurium in quo me recipiam propter hyemem in eodem fundo.Viuianus.

* pedamẽta.

† ſaxa in fundum tuũ iacere poſitique.

a] Protecta, inquit Budæus, partes domus ſunt prominẽtes, qualia ſunt mœniana & podia penſilia, vnde aſpect⁹ eſt nobis in vicos & plateas.

* Concor. l. 2. ſupra de iuriſd. om. iu & no elegãter ex iſto tex. quòd cõceſſo antecedente, conceditur acceſſorium ad illud. de quo vide per Bal.plene in. l. quamuis. de fideicõ. C.

† ex fonte

* videntur Seruit⁹ prædialu an ſẽper tranſeat ad heredẽ.

b] Adde alium caſũ in l. Lucius.ĩ.eo. quem exclamat ſingu. Franciſcus Cremo. in ſuis ſing. 60. ſingul.alium adde in. l. ſi ſub vna.§. 1. ff. de verbo. oblig.

UNED

a *Ergo*.quia poteſt conſtitui ſeruitus etiam perſonæ,ergo,&c.
b *Secundum eum*.ſcilicet Paulum.
c *In alieno*.vt ſit ſeruitus prædialis,erit tamen ius hominis : vt.ſ. proxi.notatur.Accurſius.
d *Habeat*.ſcilicet cui ille conſtituitur.
e *Opus ſit*.& non plus: vt.j.eo. l. ex meo. &.l. qui duo prædia.Acc.
f *Veluti. Figulinas*. id eſt fornaces, à figulo ſic dictæ. Azo.
g *Haberet*.fundus ſeruiens.
h *Eius fundi*.cui ſeruitur.
i *In quibuſdã*. prouinciis,vel locis.
k *Exercerentur*.& poſt eſt mihi conſtitutũ ius, vt habeam illas figulinas venales.
l *Vſusfructus*.i. vtilitas quędã fruendi : nõ tamẽ eſt vſusfruct[*], quia ſic haberet omnẽ fructum rei quẽ hîc nõ habet.nõ eſt ergo prędialis:quia vltra neceſſitatem prędij.Itẽ nec perſonalis vſusfructus , vt dixi:ſed dicitur vtilitas fruendi : vt dixi : quod ideo dicitur , quia magis eſt ei ſubſtantialis quàm prædialis ſeruitus:ſed tamen perſonale ius eſt:vt not.in.l.pecoris.
m *Item ſi longe recedit*.i. diſtat.ſ. quando ad neceſſitatem tantùm agri mei hoc facio . nã hæc eſt prædialis ſeruitus: ſed vſusfructus perſonalis:vt.ſ.de ſeruit. l.j. Sed ſi facio ad vendendum , & alibi portãdũ: tunc nõ recedit ab vſufructu , ſed eſt vſusfructus,vt.ſ. proxi. reſpõ. vt ibi no. Sed quidam dicunt has perſonales ſeruitutes: & ſecũdum eos dic longè recedit ab vſufructu , ſcilicet magis quàm ſeruitus ruſtica.Accurſius.
n *Aedificandi*.ad claudendum & muniendũ. ab aquis.
o *In fundo eſt* . ſcilicet ad neceſſitatem.Acc.
p *Item ſiluæ*.ſ.ius lõgè recedit ab vſufructu.
q *Pedamẽta*. id eſt pali quaſi apodiamenta vitis:& ſic ad neceſſitatẽ tantum.Accurſius.
r *Quid ergo*.q.d.ſi prædicta longè recedunt ab vſufructu , quid erit?Reſpon.ſeruitus,ſcilicet ruſtica,ſi faciat vtilitatem agri mei. aliàs non eſſet ſeruitus:cum non interſit agri : vt hîc, & ſupra de ſerui.l.quotiens.in prin.ſed ius aliud:vt no.in.l.pecoris.
ſ *Si habeam*.ſcilicet maximè . Nam & idem ſi non habeam: vt ſi fuerit conſtituta ſeruitus propter colentes agrum meum,quatenus in tugurio agri tui recipiantur.& facit infra de verbo.ſigni.l. tugurium.
t *Appellendi*.ſcilicet habeam ſeruitutem.

Q *Vi ſella*. ] CASVS. Qui vadit ſuper equum , vel ſuper bibam , vel quadrigam: videtur habere iter,& non actum. Quod poſtea ſubiicit, planum eſt. [ IN RVSTICIS. ] Si prædium Titij eſt inter meum & tuum:non poteſt cõſtitui ſeruitus, niſi prædium Titij ſeruiat.

* Inſcriptio monet coniungendum eſſe hoc caput cũ.ſ.e. vt ſenſus ſit, iter ad publicum flumen ceſſum poſſe vindicati.

† ſeruitus.

* Per iſtam l. dicit hîc Bart. ſe conſuluiſſe in facto cõtingente in caſtro plebis: & incipit ei[*] conſiliũ.Statuto caſtri plebis.

V. VLPIANVS *libro ſeptimodecimo ad Edictum.*

ERgo [a] * ſecundum eum [b] & vindicari poterit . Neratius libris ex Plautio ait, nec hauſtum, nec appulſum pecoris , nec cretæ eximendæ, calcíſque coquendæ ius poſſe in alieno [c] eſſe, niſi fundum vicinum habeat: [d] & hoc Proculum & Atilicinum exiſtimaſſe ait . Sed ipſe dicit , vt maximè calcis coquendæ, & cretæ eximendæ ſeruitus conſtitui poſſit , non vltra poſſe , quàm quatenus ad eum ipſum fundum opus ſit, [e]

VI. PAVLVS *libro quintodecimo ad Plautium.*

VEluti ſi figulinas [f] haberet, [g] in quibus ea vaſa fierent quibus fructus eius fundi [h] exportarentur : ſicut in quibuſdam [i] fit vt amphoris vinum euehatur,aut vt dolia fiant, vel tegulæ ad villam ædificandam . Sed ſi vt vaſa venirent, figulinæ exercerẽtur, [k] vſusfructus [l] erit . Item ſi longè recedit [m] ab vſufructu ius calcis coquendæ, & lapidis eximendi, & harenæ fodiendæ ædificandi [n] eius gratia quod in fundo eſt . [o] Item ſiluæ [p] cæduæ, vt pedamẽta [q] in vineas non deſint . Quid ergo [r] ſi prædiorum meliorem cauſam hæc faciant? Non eſt dubitandum quin ſeruitutis † ſit: & hoc & Mæcianus probat, intantum vt & talem ſeruitutem conſtitui poſſe putet , vt tugurium mihi habere liceret in tuo : ſcilicet ſi habeam [ſ] paſcui ſeruitutem, aut pecoris appellendi: [t] vt ſi hyems ingruerit, habeam quò me recipiam.

VII. IDEM *libro vicenſimoprimo ad Edictum.*

QVi ſella [u] * aut lectica [x] vehitur , ire non agere dicitur. Iumentum verò ducere non poteſt, qui iter [y] tantùm habet. Qui actum habet,& plauſtrum ducere & iumenta agere poteſt: ſed trahendi lapidem aut tignum, neutri eorum ius eſt . Quidam nec haſtam rectam ei ferre licere: quia neque eundi neque agendi gratia id faceret , & poſſent [z] fructus eo modo lædi . Qui viam habent , eundi agendíque ius habent . plerique & trahendi quoque, & rectam haſtam referẽdi, † ſi modò fructus non lædat. [a] *

**Medium prædium impedit ſeruitutem ruſticam . hoc dicit notanter. Bartolus.**

In ruſticis [b] autem prædiis impedit ſeruitutem medium prædiũ quod non ſeruit.

VIII. GAIVS *libro ſeptimo ad Edictum prouinciale.*

VIæ latitudo ex lege duodecim tabularum in porrectũ octo pedes [c] habet:in anfractum, id eſt vbi flexum eſt,ſedecim.

IX PAVLVS *libro primo Sententiarum.*

SEruitus aquæ ducẽdæ vel hauriendæ niſi ex capite [d] vel ex fonte conſtitui non poteſt: [e] hodie tamen ex quocunq; loco conſtitui ſolet.

X. IDEM *libro quadrageſimononno ad Edictum.*

LAbeo ait talem ſeruitutẽ conſtitui poſſe, vt aquam quærere, & inuentam ducere liceat. Nam ſi liceat nondum ædificato ædificio ſeruitutem conſtituere, [f] quare non æquè liceat nondum inuenta aqua eandem conſtituere ſeruitutem? Et ſi vt quęrere liceat, cedere poſſumus:etiam vt inuenta ducatur, cedi poteſt. [g]

**In his quæ ſunt communia pluribus vt ſingulis , requiritur conſenſus omnium , qui poteſt ſeparatim adhiberi . hoc dicit . Vel ſic: Quando requiritur cõſenſus plurium vel ſingulorum, poteſt ſeparatim adhiberi . Item licèt vnius conceſſio nõ transferat ius reale, concedentem tamen obligat perſonaliter. Bartolus.**

u *Qui ſella*.in æquo. [a]
x *Lectica*.in curru.vehiculum tamen nos ducit cum aliis rebus: vt infra eod.inter.
y *Qui iter*.Et niſi aſcẽdat equum, tunc enim ire diceretur: vt ſtatim dixit infra eo.l.inter.
z *Et poſſent* . inſpicitur quod fieri poteſt , de quo dic vt ſupra de iuriſdic.omnium iudic.ſi idem.§.fina.
a *Non lædat* . nam hoc facere non poſſunt : vt infra eo.l.ſi mihi.§.ſeruitus.
b *In ruſticis*. Idẽ in vrbanis,ſecundum quoſdam:vt dicunt per.l. j. tit.j.l.in tradẽdis.§. interpoſitis.ibi,ita vt cõualeſcat &c.nã ad vtrãque referunt. Tu dicas aliud in vrbanis : quia nihil impedit,medium prędiũ ruſticum ſit,vel vrbanum:vt.ſ.titu.j. ſi ædes.&.l.ſequẽ. &.j.ſi ſerui.vindic.l.loci.§. ſi. &.l.ſequen.&.j.eod.ſi mihi.§.penul.&.j.titu. j.l.in tradendis.§.interpoſitis.cum illa dictio, ita,quæ ibi ponitur,referatur ad iter . Item quod dicit hîc impedit, verũ eſt in ipſa impoſitione.ſi autẽ poſtea, tunc nõ impedit vt tollat : ſed interpellat: vt.j.eo.tria.quæ eſt cõtra.& infra tit.j. in tradendis.[b] in fi.Itẽ quod dicit, medium prædiũ, ſcilicet priuatum: nam publicum nõ impedit: dummodo non impediat publicum vſum: vt.ſ.de ſerui.l. ſeruitutes. §. publico . Et not. hîc quòd medium trahit duo extrema : vt hîc.quandoq; finis trahit ad ſe principium:vt j. ad adimen. leg. l. iij. quãdoque ecõtra principium trahit finem:vt infra de leg. iij. ſi quis in princip.
c *Viæ latitudo . Octo pedes* . ſi nõ fuit expreſſa à concedente: vt.j.eo.l.via.Accur.

S *Eruitus*. ] CASVS. Iure veteri ita erat, quòd ſeruitus aquæ cõſtitui non poterat niſi vbi aqua naſcitur,vel ex fonte ipſo: hodie poteſt conſtitui ex quocunque loco.
d *Capite*. caput aquæ eſt vnde aqua naſcitur : vt infra de aqua quoti.& æſti.l.j.§.hæc interdicta.Azo.
e *Non poteſt*.iure veteri,ſed nouo ſic:vt ſubiicit.
L *Abeo*. ] CASVS. Si conſtituas mihi ſeruitutem,vt liceat mihi quærere in tuo fundo aquam,& ducere : valet talis ſeruitus. & ad hoc probandum inducit ſimile:quia in futuro ędificio poteſt ſeruitus conſtitui. Viuianus.
f *Conſtituere*.vt.ſ.titu.j.ſi ſeruitus.§.fina.
g *Poteſt*.hic Labeo ſibiipſi dicit contra.j.ſi ſer. vin.l.fi.Solu. variauit quãdoq;.ſed hoc ſeruatur,ſicut aliàs facit iuriſcõſultus : vt C.de

a] Budeus de ſella curuli locum hũc vult intelligi : qua magiſtratus Romæ vehi ſolebãt. Sella enim curulis, vectabulum erat quo ſedẽtes magiſtratus geſtabãtur, ergo falſò ephippio accepit Accurſi.vt & Zoãnet. explicat.c. 26. Contius.
† deferendi.
* lædatur.

b] Vltra adde,quando locus medi[*] impedit ſeruitutem:ponit text.&ibi no.per Bar. & alios in.l. nõ ſolum in princ.infra de no.ope. nun.& in.l. ſi prius.§.ſi. j. de aqua plu.ar.
Medium quandoque duo extrema trahit.

XI. CELSVS *libro vicenſimoſeptimo Digeſtorum.*

PEr fundum †qui plurium eſt, ius mihi eſſe eundi agendi poteſt ſeparatim cedi. [a] ergo ſubtili ratione [b] nō aliter meum fiet ius, quàm ſi omnes cedant: [c] & nouiſſima demum ceſſione ſuperiores omnes confirmabuntur. Benignius tamē dicetur, & antequam nouiſſimus ceſſerit, eos qui antea ceſſerunt, vetare vti ceſſo iure nō poſſe. [d]

XII. MODESTINVS *libro nono Differentiarum.*

INter actum & iter nōnulla eſt differentia. Iter eſt enim, quà quis pedes vel eques commeare poteſt: [e] actus verò, vbi & armenta [f] traiicere *& vehiculum ducere liceat.

Appellatio vineę in dubio refertur ad ſolum, non ad ſuperficiem. Bartolus.

C

XIII. IAVOLENVS *libro decimo ex Caßio.*

CErto generi agrorum adquiri ſeruitus poteſt, [g] veluti vineis: quòd ea [h] ad ſolum magis quàm ad ſuperficiē pertinet. ideo ſublatis vineis ſeruitus manebit. Sed ſi in contrahenda ſeruitute aliud actum erit, [i] doli mali exceptio erit neceſſaria.

Seruitus reſpicit totum fundamentum, antequam certus vſus certo loco limitetur: quæ limitatio fiet per iudicem ſecundum legem, niſi aliter actum ſit.h. d. vſq; ad finem.l. Bartolus.

Si totus [k] † ager itineri aut actui ſeruit, dominus in eo agro
B nihil facere poteſt quo ſeruitus impediatur, [l] quæ ita diffuſa eſt, vt omnes glebę ſeruiāt. At ſi iter [m] actúſve ſine vlla determinatione legatus eſt, modo determinabitur: & quà primùm iter determinatum eſt, eà ſeruitus conſiſtit: * cæteræ partes agri liberæ ſunt. Igitur arbiter dandus eſt: qui vtroque [n] caſu viam [o] determinare debet. [p] Latitudo actus itineríſque ea eſt, quæ demonſtrata eſt. Quòd ſi nihil dictum eſt, hoc
C ab arbitro ſtatuēdum eſt. In †via aliud iuris eſt. nam ſi dicta latitudo non eſt, legitima debetur. Si locus [q] non adiecta latitudine [r] nominatus eſt, per eum quà libet iri poterit. Sinautem prætermiſſus [ſ] eſt, æquè latitudine non adiecta, per totum fundum vna poterit eligi via, dūtaxat eius latitudinis quæ lege cōprehenſa eſt: pro quo ipſo, ſi dubitabitur, [t] arbitri

C.de fur.l.fin.§.ſed cum. Vel dic poteſt, vt hîc, vt valeat tunc demum quandocunque erit inuenta, non prius: vt ibi.

PEr fundum.] CASVS. Plures habebāt fundum communem. ſi volo mihi adquirere per fundum illum ſeruitutem, quilibet concedere debet. Alioquin ſi vnus cōcedit mihi: alij poſſunt me prohibere. ſed ille qui conceſſit mihi, nō poteſt me prohibere: & non valet cōceſſio ab vno facta, niſi alij cedāt: vnde iſta ceſſione priores ceſſiones confirmantur. Viuianus.

† Concor. glo. 1. circa mediū in. c. cū omnes. de conſtitu. extra.

a *Cedi*. ſecundum modum qui ſequitur. Acc.

b *Ratione*. quæ eſt, ne ignorans dominus iniuriā accipiat: vt. j. de aqua plu.ar. l. ſinautē. Vel quæ eſt quòd dominus imponat: ſed omnes ſunt domini, ergo omnes imponunt.

c *Cedant*. vt ſupra de ſerui.l.ij.& infra titu.j. l.fin.& infra eo. ſi vnus ex.& arg.ſ. de arbi. nō diſtinguemus. §. cum in plures.

* trahere.

d *Non poſſe*. imò qui ceſſit, de euictione tenetur, ſi alij nō cedant: ſi modò ceſſit quaſi ſolus dominus: aliàs nō: vt. j. de euic. l. ſi quis per fundum. Et not. ex hac.l.v. arg. Primū hîc in fin. quòd quis cōtra ſuum factū venire non poſſit: licèt de iure nō teneat: vt. j. tit. j. l. venditor. in princ. Arg. cōtra. C. de agri. & cenſi. l. quemadmo. de quo generali dicas: vt dixi. ſ. de adop. l. poſt mortem. Aliud collige in eo quòd dicit ceſſione nouiſſima confirmantur priores ceſſiones. vbi no. quod ab initio non valuit, tractu temporis confirmatur: vt ſupra de adop. adoptio. & .C. ſi maior fac.l.iij. Sed ar. contra infra de reg. iur. l. quod ab initio. & inſtitu. de inuti. ſtip. §. j. Solut. ſolus tractus temporis non facit valere: vt ſicut non eſt modus tollendæ vel inducendæ obligationis, ſit nec modus dandi ei effectum: vt infra de actio. & obliga. obligationum fere. §. placet. & inſtitu. de lega. §. an ſeruo. & infra de ſerui. expor. ſi minor. Aliud, quia retro facta trahuntur ad præſens: vt infra titu. j. l. fin. & infra ad Maced. l. ſi filius. §. fina. & infra ad Trebel. ſed ſi ante. in fin. & infra de leg. iij. l. j. §. j. Arg. contra. C. ad Maced. l. fin. & de dona. inter virum & vxorē. l. donationes. Item aliud, quòd non eſt idem iuris de parte quo ad partem, quod in toto quo ad totum. Argu. contra infra de admi. tu. ſi duo. & de hoc dic vt infra de vſur. qui ſcit. in princip. Item aliud, quòd non ſtatur iudicio maioris partis, ſic. C. de ſer. commu. ma. l. j. Sed arg. contra. ſ. de pac. l. & ſuum. §. fina. & l. maiorē. Acc. ADDITIO. Dic quòd ſpeciale eſt ibi. ratio: quia ibi conſenſus maioris partis præiudicat aliis, ſicut in conſenſu vniuerſitatis ſecūdum Bart. hîc. Ad. l. ſi duo. & l. qui ſcit. ſ. allega. reſponde breuiter, & dic quòd in indiuiduis non procedit argumentum de toto ad partem: quoniam in partem diuidi non poteſt: vt. l. pro parte. ſupra titu. ij. ita loquitur hîc. In his verò quæ ſunt diuidua, bene procedit: vt quod iuris eſt de toto quo ad totum: idem de parte quo ad partem: vt. l. quæ de tota. de rei vind. & d. l. qui ſcit. in princip. non autem procederet hoc argumētum quod iuris de totò quo ad totum, &c. vt in caſu. l. an pars infra pro derelicto.

Iudicio maioris partis non ſemper ſtatur.

e INter actum. *Poteſt*. vt ſupra eo. qui ſella in princip.

f *Armenta*. alias armamenta, id eſt inſtrumēta agrorum. Acc.

CErto.] CASVS. Habeo magnum agrum, qui in parte eſt vinea: cui ager vicini debet ſeruitu. & licèt vinea remoueatur, remanet ſeruitus: niſi aliud actum ſit in conſtituenda ſeruitute: videlicet vt non duret ſeruitus ſi vinea remoueatur. [SI
A TOTVS.] Cōſtituiſti mihi ſeruitu. itineris vel actus per fundum tuum. refert an conſtituiſti vt omnes partes fundi mihi ſeruiant: & tunc poſſum mutare quando velim: & tunc toto agro vti. Si verò conſtituta ſit ſeruitus ſimpliciter: tunc per certum locū terminabitur iter vel actus per iudicem: & cęterę partes liberæ manent. [SI LOCVS.] Conſtituiſti mihi iter per partem agri tui: ſcilicet per pratum. potero eligere per quā partem prati velim. ſed ſi per totum agrum eligam, & per totum via vti volui: vel ſi velim per loca pretioſiora: iudex ſtatuet vbi vadam. Viuianus.

† Iſte. §. ſecūdum Bal. hic eſt allegabilis ad multa: & ideo no. bene eum, & tenementi, & cōcor. tex. in l. hodie. & l. ſanctio legū. j. de pœ. tex. in. c. de cauſis extra de offic. & pote. iudi. deleg.

g *Poteſt*. vt. ſ. de ſerui. l. ad certam.

h *Quòd ea*. Planius legitur ſi dicas, ideoque ſublatis vineis ſeruitus manebit, quòd, id eſt quia, ea &c.

i *Actum erit*. ſ. expreſſim, vt ſublatis vineis ſeruitus non duret: vel tacitè: puta quia gratia fructuum vineæ tantū erat quęſita: puta vt pędamenta in ea ſumantur: vt. ſ. eod. l. ergo. §. Neratius. & l. veluti. Si verò nec expreſſè, nec tacitè: tunc ſublata vinea ſeruitus manet: & ideo fuit facta nominatio vineæ, vt deſignaretur cui parti fundi eſſet quæſita: non vt gratia vineæ tātum: vt in. j. reſpon. huius. l. ſic & . j. de an. lega. l. annua. §. fina. Item ex eo quod in princ. dicit, veluti vineis: not. quòd nomen vineæ ponitur hîc pro prædio in quo ipſa plantata eſt: & ita ponitur contentum pro continente: ſicut & pactum pro pa-
D ciſcente: vt. C. de fer. l. fin. & econtra continens pro contento. & nomine ventris, quod eſt in ventre: vel cuſtodia, pro cuſtodita perſona: vt. ſupra de offic. procon. ſolent. in princ. Item nomine vineæ continentur quandoque vites tantùm: vt hîc cum dicit: & ideo ſublatis vineis, &c. & . ſ. qui. mo. vſusfruc. amit. quid tamen. §. ij. Et proficit hęc ſcire in quæſtione ruſtici, qui conuenit domino dare quartam partem fructuū vineæ: & ruſticus habeat tres. ruſticus plātauit arbores in eadē vinea: & de fructibus arborum nil vult dare domino. nā ſi nomine fructuum vineæ, omnes fructus ſoli continentur: ergo dominus habebit quartā partem hac ratione. & alia: quia quod in principali ſtatuitur, & in acceſſoriis: ar. infra de leg. iij. l. nomen. in prin. & alia, quæ in primis, & in ſequentibus: vt. j. de pac. do. inter ſocerū. §. cum inter. Si verò nomine vineæ continentur vites tantum, ergo dominus debet habere omnes fructus arborum: colonus nihil. Ac. ADDITIO. Pro intellectu iſtius glo. dic ſecundum Bart. quòd ſic debet intelligi
E fructuum vineæ, hoc eſt illius terræ vineatæ. hoc eſt vt debeantur fructus arborum: vt per iſtam legem.

* Flo. conſtitit.

† Vide Varronem de ling. Latin.

Vinea quid ſignificet.

k *Si totus*. quia dictum eſt vt poſſit mutare.

l *Impediatur*. vt & . j. ſi ſerui. vin. loci. §. ſi quis mihi. Azo. nec ecōtra: vt. j. eo. l. Quintus. in fin. & . ſ. tit. j. l. ſeruitutes. §. ſi antea.

m *Si iter, actúſve*. vel alia ſimilis ſeruitus: vt. ſ. de ſerui. ſi cui.

n *Vtroque*. id eſt in itinere, & in actu.

o *Viam*. id eſt iter, vel actum. vel primò loquitur cum quæritur de latitudine & loco. hîc de latitudine tantùm.

p *Debet*. vt infra eo. §. fin. & l. ſi mihi conceſſeris. & l. ſeq.

q *Si locus*. q. d. non totus, ſed pars eius eſt tantum deſignata per quam ſit eundum: vt. j. de verb. ſign. locus. Accurſius.

r *Latitudine*. actus, vel itineris.

ſ *Prætermiſſus*. quia nec pars fundi vt ſupra fuit deſignata: nec etiam latitudo viæ: vt ſubiicit.

t *Dubitabitur*. qua parte ſit eundum, & via eligenda.



UNED

a *Officium*. vt ſupra eo.l.§.ſi totus.in fin.

b P*Er quem. Non potero*. in vtroque caſu intellige ſi impeditur ſeruitus poſſeſſoris: aliàs poſſum vel eiſdē, vel diuerſis tēporibus, vt.ſ.eod.l.ij.§.ſi aquæductus.&.ℸ.de aqua plu.ar.l.in cō cedendo.&.ℸ.de aqua quo.& æſti.l.hoc iure.§.is qui.&.l. Lucio. &.l.fi.Accur.

officium [a] inuocandum eſt.

Si vni conceditur ſeruitus vna, non poteſt alij cōcedi alia per quā ſeruitus primi impediatur. Bart.

XIIII. POMPONIVS *libro trigenſimoſecundo ad Q. Mucium.*

PEr quem locum viam alij ceſſero, per eundem alij aquęductum cedere non potero. [b] Sed & ſi aquæductum alij conceſſero, B alij iter per eundem locum vendere vel aliàs cedere non potero.

Qui habet ius aquæductus, poteſt facere in riuo quicquid vult ſi prædij domino non noceat. Bart.

XV. IDEM *libro trigenſimoprimo ad Q. Mucium.*

QVintus Mucius ſcribit, cum iter aquæ vel quotidianæ vel æſtiuæ, vel quæ interualla longiora habeat, per alienum fundū erit, [c] licere fiſtulam ſuam vel fictilem vel cuiuſlibet generis [d] in riuo ponere, quæ aquam latius C exprimeret: & quod vellet, in riuo facere licere, dum ne [e] domino prædij aquagium deterius faceret.

XVI. CALLISTRATVS *libro tertio de Cognitionibus.*

DIuus Pius aucupibus [f] ita reſcripſit: οὐκ ἔστιν εὔλογον, ἀκόντων τῶν δεσποτῶν ὑμᾶς ἐν ἀλλοτρίοις χωρίοις ἰξεύειν. [id eſt: Non eſt conſentaneum rationi, vt per aliena prædia inuitis dominis aucupium faciatis.]

Aqua ex flumine publico ad irrigandos agros ſecundum menſuram diuiditur: niſi alicui aliter ſit conceſſum. Bartolus.

XVII. PAPYRIVS IVSTVS *libro primo de Conſtitutionibus.*

IMperatores Antoninus & Verus Auguſti reſcripſerunt, aquā de flumine publico pro modo poſſeſſionum ad irrigādos agros diuidi oportere: [g] niſi proprio quis iure plus ſibi datum oſtenderit. [h] Item reſcripſerunt, aquam ita demum permitti duci, [i] ſi ſine iniuria alterius id fiat.

Q*Vintus*.] CASVS. Si habeo iter per fundum tuum vel aquæductum, poſſum ibi ponere fiſtulam vel canales vt per eam ducatur aqua magis libere: dummodo non deterioretur riuus vnde aqua ducitur ex fundo tuo.

c *Erit*. ſ. conſtitutum.

d *Generis*. ſ. cōſueti: de quo cōſueuerunt talia fieri: non autem de inſolito, niſi hoc actum ſit, vt.ℸ.de aqua plu.ar. l.ſi prius.§.placuit.quę eſt contra. Accurſius.

e *Dum ne*. vt hîc, &.ℸ. titu. j. qui per certum. &.ℸ. de aqua quoti. & æſti.l.hoc iure.§.is qui. &.l.finali.

D*Iuus*.] CASVS. Si volo aucupari in fundo tuo cōtra tuam voluntatem, non poſſum: & ita quidam imperatores reſpōderūt. Viuianus.

f *Diuus Pius aucupibus*. idem in venatione. ſed cum aucupatio in alieno prohibeatur hac. l. ergo id quod capitur, non fit accipientis: vt C.de le.& conſtit. non dubium.& ſi fiat, videtur quòd debeat reſtituere: arg.ſupra de pro.cu.qui proprio.§. procurator vt in ceteris.& de pe. here. ſi poſſeſſor ex hered. Sed tamen cō tradico: vt inſtitu. de re.di.§.feræ.&.§. illud. &.§. planè. & argu.C. de fur.l.fi.§.ſed cum in ſecunda. Sed an poterit venator adhuc in fundo retineri vt reddat quod ceperit? Dic quòd non, per prædic. ll. vt argu.in authen.vt nul. iu.§. quia autem. colla.ix.& huius. l. ſed aget iniuriarum ſi intrauerit eo prohibēte: vt infra de iniur.l.iuiuriarum.§.ſi quis.

I*Mperatores*.] CASVS. Plures habent prædia iuxta flumen publicum: quilibet poteſt inde aquam ſumere ad irriganda ſua prędia: dummodo nō plus ducat, quàm neceſſe prædium habet: niſi per priuile.oſtendat ſibi plus licere. Item ita demum poſſum ducere, ſi ſine alterius incommodo poſſum id facere. Accurſius.

g *Oportere*. imò diſtinguitur an ſit nauigabile: vel per illud fiat aliud: vt tunc non poſſit ducere. aliàs ſic, vt infra de aqua plu. ar. l.ſi autem.in fin.& infra de flu.l.quo minus. Accurſius.

h *Oſtenderit*. ſcilicet ab eo qui ius dandi habuerit, vt princeps vel ſenatus: vt pædicta. l. quo minus. infra de flu. vel conſuetudine cuius nō extat memoria, vt infra de aqua quoti.& æſti. l. hoc iure.§.ductus aquæ.

i *Duci*. ex flumine publico. Accurſius.

A V*Na*.] CASVS. Per plura prædia vnius vel pluriū habeo viam ad fundum meum. Dicitur quòd eſt vna via vtilis, & tota amittitur non vtendo: vel tota retinetur per vnum de prædiis vtendo.

k *Fundos*. vel vnius vel plurium dominorum.

Si per plures fundos itur ad vnum, ſeruitus vna eſt: & per vſum in parte retinetur ſeruitus tota. Bartolus.

XVIII. VLPIANVS *libro quartodecimo ad Sabinum.*

VNa eſt via, etſi per plures fundos [k] imponatur: cùm vna ſeruitus [l] ſit. Denique quæritur, an ſi per vnum fundum iero per alium non, per tantum tempus quanto ſeruitus amittitur, an retineam ſeruitutem. Et magis eſt vt aut tota amittatur, aut tota retineatur. Ideoque ſi nullo vſus ſum, tota amittitur: ſi vel vno, tota ſeruatur. [m]

Seruitus non poteſt adquiri pro parte, ſed per plures poteſt adquiri, & per vnum poteſt peruenire ad plures. Bartolus.

XIX. PAVLVS *libro ſexto ad Sabinum.*

SI vnus ex ſociis ſtipuletur [n] iter ad communem fundum, inutilis eſt ſtipulatio: quia nec dari ei poteſt. Sed ſi omnes ſtipulentur, ſiue communis ſeruus, [o] ſinguli ex ſociis ſibi dari oportere petere poſſunt: quia ita dari eis poteſt à te: ne ſi ſtipulator viæ plures heredes reliquerit, inutilis [p] ſtipulatio fiat.

Qui habet duo iura, remittendo vnum, non videtur remittere aliud. Bartolus.

D XX. POMPONIVS *libro trigenſimotertio ad Sabinum.*

SI mihi eodem tempore conceſ ſeris & ire agere per tuum locum, & vti frui eo ius eſſe, deinde ego tibi cōceſſero ius mihi vti frui non eſſe: non aliter eo loco vtēris fruēris, quàm vt ire agere mihi rectè liceat. Item ſi & ducere per tuum fundum aquam iure potuero, & in eo tibi ædificare inuito me ius non fuerit: [q] ſi tibi conceſ E ſero [r] ius eſſe ædificare, nihilo minus hanc ſeruitutem mihi præſtare debebis, ne aliter ædifices,

l *Vna ſeruitus ſit*. imò & plures poſſunt eſſe: vt plenè dices.ℸ.quemadmo.ſer.amit.nam ſatis.§.ſed ſi is fundus. & §.cæterum.Acc. ADDITIO. Dic quòd hîc ſūt plura prædia ſeruientia, & vnum dominās: ibi plura prædia dominantia: vt per Bart. in d.l.nam ſatis.

m *Seruatur*. vt.ℸ. ſi ſer. vin.l.ſi eo.§. ſi. & quēad.ſer. amitt. ſi ſtillicidij.§.fina.in fine.

S*I vnus*.] CASVS. Si ego & tu fundum cōmunē habemus, & ego viam ad illum fundum ſtipulor, nō valet ſtipulatio. ſed ſi ego & tu ſtipulemur ſeruitutem pro fundo cōmuni, valet ſtipulatio. ſi de ſeruitute cōmunis noſter ſeruus ſtipuletur, qui ſtipulari poteſt, idē eſt. [SI STIPVLATOR.] Si ſtipulor viā per fundū tuum, & decedam pluribus heredibus relictis, vtilis erit ſtipulatio. Viuianus..

n *Stipuletur*. vt.ℸ. tit.j. l.proprium.in fine.

o *Communis ſeruus*. nā per ſeruus talis ſeruitus adquiritur, vt infra de ſtipul. ſer.l. ſi communis ſeruus meº. Sed contra infra de ſeruit. leg. l. & ſi maximè. in fin. Solu. ſecundum R. ibi in vltima voluntate: hîc in ſtipulatione quæ fit inter viuos.

p *Inutilis*. Si habes in litera, vtilis, dic fiet, id eſt remanebit: vt infra de verbo. obliga. pluribus. §. & ſi placeat. ſic ponitur fieri, id eſt remanere ſupra de iudi.l. Iulianus.ij.& vnuſquiſque inſolidū hîc aget: vt infra fami. ercîſcun. heredes.§. an ea. & ſupra de ſeruitutibus. l. viæ. Si verò habet inutilis, dic ſcilicet donec de loco cōſentiāt: vt infra eodem.l.itinere. Accurſius.

S*I mihi*.] CASVS. planus eſt vſque ad. §. ſeruitus. Debebatur mihi ius per prædium tuum. feci aquæductum manu, poſtea naturaliter creuit aqua ex vicinis prædiis: vel ex fonte ibi nato, non teneor domino ſeruientis prædij. [SI FVNDO.] Quidam fons erat in agro Titij: ex quo fonte aquam per fundum Seij ad fundum meū ducebam. poſtea adquiſiui fundū Seianum, an remaneat ſeruitus in fundo Titij? Et reſpō. quòd ſic. [HAVRIENDI.] Ex prædio meo ad vicinum prædium quæſiui ſeruitutem aquæ hauriendæ, vt biberent coloni agri mei, prædialis ſeruitus eſt, non perſonalis. Viuianus.

q *Nō fuerit*. quia antea cōſtituta fuerat ſeruitus altius nō tollēdi.

r *Conceſſero*. & ſic vna remiſſa, altera remanet: vt hîc, & ſupra titu. j.

titu.j.l.ſi domus.Sed contra infra quemadmo . ſer. amit. ſi ſtillicidij.Sed certè ibi vna ſeruitus tantum debebatur:hîc autẽ duæ. Accurſius.

a *Secundum*.id eſt iuxta. & ſic nota quòd ſuſtinetur quod naturaliter fit.ſic infra de aqua plu.arcen.l.j.item ſciendum . Sed arg. contra infra eo. titu . l. ij. §. apud manumiſsã. Sed ibi de æquitate, quæ præualet: vt C.de iudi.l.placuit.

b *Fuerit* . ſcilicet in tertio prędio,quod pone erat Titij: & adquiſiui ſeruitutẽ per Seianũ : aliàs nec in fundo vbi eſt fons, poſſet eſſe ſeruitus : vt ſupra eod. qui ſella.§.fin.

c *Sed prædij*.id eſt prædialis . hoc tamen niſi actum eſt vt ſit perſonalis, ſecundum quoſdam : quod nõ placet: vt dixi.ſ͂.eo.pecoris.in fin.Accur.

d *SI mihi*. facit ſupra eo.l.certo.§.ſi totus.&.§.ſi locus. & ſupra de ſer. ſi cui . & infra eo.l. ſi via.

e *Seruiet*. de iure. Acc.

f *SEd quæ. ſeruient*. de iure & de facto.

VIa.] CASVS. Hęc lex reſpicit illam quæ eſt.ſ͂.eo.viæ.& dicit quòd certa debet eſſe vię latitudo.id verum eſt quãdo non eſt actum : niſi aliud fuit dictum. aliàs minor & maior quã ibi ducatur poſſet conſtitui: vt hîc dicit.[SI LACVS.] Lacum perpetuum habes in tuo fundo.ſi cõcedas mihi ſeruitutem ꝙ ego poſſim ire ad fundum meum per illum lacum, valet ſeruitus : & poteſt talis ſeruitus imponi.§. ſequẽs planus eſt . [QVÆCVNQVE.] Per fundum tuum mihi cõſtituiſti ſeruitutẽ ꝓ fundo meo , quòd proximus tuo fundo erat . ſi vendo iſtũ meum fundum particulatim,quilibet emptor prædictã ſeruitutem habebit:& agere etiam poteſt. & ſi vnus habet vnã partẽ mei fundi iuxta tuũ fundum ſeruiẽtem , & alter nõ , ſed remotam habet à tuo fundo:poterit venire ad fundum tuum,ſi iſti alij qui habẽt proximas partes fundo tuo,patiantur:aliàs non.

† No. ſecũdum Bald. quod inde finita permiſſio reſtringitur ad loca minus damnoſa. cõcor. text. in. l. ſi. cui . ſupra de ſerui.

quàm vt ductus aquæ meus maneat . totiúſque eius rei conditio talis eſſe debet, qualis eſſet ſi vna dumtaxat initio conceſſio facta eſſet.

Pro læſione ex ſeruitute naturaliter cõtingente,non tenetur dominus.Bartolus.

B Seruitus naturaliter,non manufacto , lædere poteſt fundum ſeruientem : quemadmodum ſi imbribus creſcat aqua in riuo , aut ex agris in eum confluat,aut aquę fons ſecundum [a] riuum vel in eo ipſo inuentus poſtea fuerit.

Licèt fundum medium redimã, non extinguitur ſeruitus quæ à tertio fundo debetur.Bar.

Si fundo Seiano confinis fons fuerit , [b] ex quo fonte per fundũ Seianum aquam iure ducebam: meo facto fundo Seiano manet ſeruitus . Hauriendi ius , non hominis ſed prœdij [c] eſt. C

Licèt totus fundus debeat ſeruitutem,tamen debet quis vti per eã partẽ quæ minus læditur. Bar.

XXI. PAVLVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

SI mihi [d] conceſſeris iter aquę per fundũ tuum, nõ deſtinata parte per quam ducerem , totus fundus tuus ſeruiet. [e]

XXII. POMPONIVS *libro trigenſimotertio ad Sabinum.*

SEd quæ loca eius † fundi tunc cum ea fieret ceſſio , ædificiis, arboribus , vineis vacua fuerint, ea ſola eo nomine ſeruient. [f] D

XXIII. PAVLVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

VIa conſtitui vel latior octo pedibus vel anguſtior poteſt : vt tamen eam latitudinẽ habeat,quia vericulum ire poteſt: alioquin iter erit,non via. [g]

Per lacũ perpetuũ poteſt cõſtitui ſeruitus nauigandi.Bar.

Si lacus perpetuus [h] in fundo tuo eſt, nauigandi [i] quoque ſeruitus vt perueniatur ad fundum vicinum,imponi poteſt.

Si fundus publicetur,non extinguitur ſeruitus.Bar.

Si fundus ſeruiens , † vel is cui ſeruitus debetur,publicaretur, vtroque caſu durãt ſeruitutes:quia cum ſua conditione [k] quiſque fundus publicaretur.

Ius ſeruitutis totum eſt in toto, & totum eſt in qualibet parte totius:niſi vſum eius aliquid impediat.Bartolus.

Quæcunque ſeruitus fundo debetur,omnibus eius partibus debetur:& ideo quamuis particulatim venierit, [l] omnes partes ſeruitus ſequitur, [m] & ita , vt ſinguli rectè agant ius ſibi eſſe fundi. * Si tamen fundus cui ſeruitus debetur,certis regionibus inter plures dominos diuiſus [n] eſt:quanuis omnibus partibus ſeruitus debeatur,tamen opus eſt vt hi qui non proximas partes ſeruienti fundo habebunt,tranſitum per reliquas partes fundi diuiſi iure [o] † habeãt: aut ſi proximi patiãtur,tranſeant.

Non poteſt quis cõcedere aquã ex ſuo aquæductu quem habet ex fundo alieno.Bar.

XXIIII. POMPONIVS *libro trigenſimotertio ad Sabinum.*

EX meo aquæductu Labeo ſcribit cuilibet poſſe me vicino meo commodare : Proculus contra : vt ne in meã partem fundi aliam quàm ad quam ſeruitus adquiſita ſit, vti ea poſſit. [p] Proculi ſententia verior eſt.

Diuiſio aquæ fit ad menſuram prædij dominantis, non inſpecta partium bonitate vel neceſſitate. Bartolus.

XXV. IDEM *libro trigenſimoquarto ad Sabinum.*

SI partem fundi mei [q] certam tibi vendidero,aquæductus [r] ius etiam ſi alterius [ſ] partis cauſa plerũque ducatur,te quoq; ſequetur : neq; ibi aut bonitatis [t] agri, E aut vſus [u] eius aquæ ratio habẽda eſt,ita vt eam ſolã partẽ fundi quę vtitur,vti bene potero : nec refert magis ſit neceſſaria vni quàm alteri.Item nec refert quæ ſit pretioſior,retenta, vel vẽdita pars.

A alia eius conditio:vt infra de adqui.rerum do.l. traditio. & infra de contrahen.empt.l.alienatio.& ſupra de vſufruct.hactenus.& C.de diſtract.pig.ſi debitor.

l *Venierit*.pro diuiſo,vel indiuiſo,ſcilicet fundus dominans.

m *Sequitur*.ſic & infra ſi ſerui.vin.l.ij.in fin.&.l.iij.

n *Diuiſus eſt*.ſicq; vna ſeruitus fient duæ : vt infra quemad. ſerui. amit . nã ſatis . §. ſi ego. & ibi plenè dices.

o *Iure* . hoc eſt quòd ſit ei conſtituta,non ꝙ teneãtur niſi velint cõſtituere : vt hîc , & infra quemadmo. ſer . amit.l.ſi quis ex. Sed ar. contra infra de lega. j. ſi fundum ſub conditione.§. iij . Sed ibi tenetur cõſtituere ex voluntate teſtatoris qui legauerat fundum excepta domo.

† Adde.l.3. & quod ibi no. Bal. C. de ſerui. tui in prin . & iſte text. allegatur per Ang. in. §. ſi inſtit. eo. vbi ipſe decidit vnam pulchram & mẽti tenendã quæſtionem : quam vide.

EX meo .] CASVS. Si habeo aquæductũ in fundo tuo , cuicumque volo poſſum concedere vicino . & hoc dicit Labeo,& malè : quia corrigitur per Proculum per ſimile . Pone ergo quòd conſtituiſti certæ parti fũdi mei prædictam ſeruitutem. nũquid ad aliam partem fundi mei poſſim ducere ? Et reſpond.quòd non:ergo multo fortius nec alij concedere poſſum.

* Sic Flor. ſed vulg.habet, eundi. vtrunque rectum eſt.

† Quidam emendare conãtur, diuiſionis iure quod non probo.

p *Poßit*. nõ enim modus &c.vt C.e. nõ modus.&.ſ͂.eod.l.ergo.§. Neratius.in fi. &.j͂.eo. l.cum eſſent . in fin . Et hoc eſt verum antequã ingreſſa ſit eam partẽ cui ſeruitus eſt ſtatuta. poſtquam autem ingreſſa eſt , ad alias partes duci poterit:niſi nocitura ſit ei fundo cui inducitur:vt j͂.de aqua quoti. & æſti. l. j. §. illud.quæ eſt contra.

SI partem . ] CASVS. prædio totali ſeruitus aquæ ducendæ debebatur. ſi poſtea vendam dimidiã hui⁹ fundi mei, an illo aquęductu vtar in ſolidum:an iſta ſeruitus ſequatur emptorem?Et reſpõ.ꝙ ſequitur emptorẽ.Vnde aqua inter me & emptorẽ diuiditur:ſed ad eam partem ad quã ſit neceſſaria vni quàm alteri.Item nec refert quæ ſit pretioſior,retenta, vel vẽdita pars. facit.ſ͂.e.viæ.§.quæcunque.

g *Non via*.ſic not.quòd licet intendam viam cõſtituere, erit tamen iter.& ſic quod non valet vt ago, valet vt valere poteſt : vt ſ͂.de ſer.l.ſi tam anguſti.Sed ar.contra.j͂.de iure codicil.l.j.

h *Lacus perpetuus* .maximè.

i *Nauigandi*.quia nauigium nõ minuit aquam , ſed aquęductus ſic:& ideo conſtitui non poteſt:vt.ſ͂.ti.j.l.foramen.

k *Sua conditione*.ſequitur ſeruitus fundum : vt hîc , & infra eod. l.cum fundo.&.j͂.titu.j.cum fundus.& ſupra quibus mod.vſuſfruct . amit. l. neque. C. de ſeruitu. & aqua. l.& in prouinciali. hoc fallit in tribus caſibus: vt.ſ͂.eo.l. pecoris. dixi : & quælibet

q *Fundi mei*.ſcilicet dominantis.

r *Aquæductus*.ſcilicet toti fundo conſtitutus.

ſ *Alterius*.quæ apud me remanſit.

t *Bonitatis* . aliàs inſpicitur bonitas rei : vt argu. contra.infra de adquirendo rerum dominio.l.quicquid. ADDITIO. Dic quòd quando vna res non poteſt accedere duobus, accedet pretioſiori: vt ibi.ſed hîc poteſt accedere duobus:ideo pretioſitas non inſpicitur ſecundum Bar.

u *Vſus*.aliàs inſpicitur vſus patrisfa.vt argu.contra infra de fun.

inſtru.lega.Seiæ.§. Tyrannæ. ADDITIO. Dic ſecundum Bart. hîc quòd iſtud eſt ius reale competens prædio magis quàm perſonæ: vt .l.ſi mihi.in fine.ſ.eod.&.l. qui in aliena.de nego.geſtis. & ideo vſus patrisfami. non inſpicitur. præterea vſus ſi fiat pro parte, reſpicit totum: vt.l.vna eſt via.ſ.eod.ideo vſus patris non inſpicitur.

A ſeruitus: vt infra eo.l. vnus.§.j.ſic ergo vnius vel vtriuſq; cõmunicatio nunquam extinguit ſeruitutẽ: vnius redẽptio & alterius cõmunicatio extinguit: & ecõuerſo. Itẽ extinguit vtriuſq; redẽptio. Ioã.ſic diligẽter proſequitur quãdo tuus meo, quãdo non tuus ſed alienº meo: & quãdo alienº alieno debet ſeruitutẽ. Acc.

pretioſiſſima ſit, aut maximè vſum eius aquæ deſideret, ius eius ducendæ ſequatur: ſed pro modo [a] agri detenti aut alienati fiat eius aquæ diuiſio. [b]

Heres poteſt eligere per quam partem fundi viam conſtituat ſine captione legatarij. Bar.

XXVI. PAVLVS *libro quadrageſimoſeptimo ad Edictum.*

SI via, iter, actus, aquæductus legetur ſimpliciter per fundũ, facultas eſt heredi [c] per quã partem fundi velit conſtituere ſeruitutem, ſi modò nulla captio legatario in ſeruitute fit.

Si à ſociis fundi dominãtis emitur cõmuniter fundus ſeruiẽs, ſeruitus extinguitur: ſecus ſi fundus dominantibus non poteſt eſſe cõmunis. Bartolus.

XXVII. IVLIANVS *libro ſeptimo Digeſtorum.*

SI communi fundo meo & tuo ſeruiat fundus Sempronianus, & eundem in commune redemerimus: ſeruitus extinguitur, [d] quia par vtriuſque domini ius in vtroque [e] fundo eſſe incipit. At ſi proprio meo & proprio tuo idem [f] ſeruiat, manebit ſeruitº: quia proprio fundo per communem ſeruitus deberi poteſt. [g]

Niſi plures domini de loco itineris cõſentiant, ſeruitus effectualiter non adquiritur. Bar.

XXVIII. IDEM *libro trigenſimoquarto Digeſtorum.*

ITinere ad prædium commune duorum legato, niſi vterque de loco itineris conſentiat: ſeruitus neque adquiritur, [h] neq; deperit.

Seruitus aquæ immittendæ intelligitur de ea quæ in fundo colligitur. Bartolus.

XXIX. PAVLVS *libro ſecundo Epitomarum Alfeni Digeſtorum.*

B IS qui duo * † prædia confinia habuerat, ſuperiorem fundum vendiderat. in lege [i] ita dixerat, vt aquam ſulco aperto emptori educere in fundum inferiorem rectè liceat. Si emptor ex alio fundo aquam acciperet, & eam in inferiorem ducere vellet, quæſitum eſt an poſſit id ſuo iure facere, nécne. Reſpondi, nihil [k] amplius quàm quòd ipſius fundi ſiccandi cauſa deriuaret, vicinum inferiorem recipere debere.

Quod ſeruituti accedit, iure ſeruitutis accedit. Bar.

C

XXX. IDEM *libro quarto Epitomarum Alfeni Digeſtorum.*

QVi * duo prædia habebat, in vnius venditione aquam [l] quæ in fundo [m] naſcebatur, & circa eam aquam latè decem pedes exceperat. quæſitum eſt, vtrum dominium loci ad eum pertineat: an vt per eum locum accedere poſſit. Reſpõdit, ſi ita [n] recepiſſet, [o] *circa eam aquam latè pedes decem:* iter duntaxat [p] videri venditoris eſſe.

D Redemptione partium etiam pro indiuiſo, ſeruitus non extinguitur, niſi omnes redimantur. Bartolus.

a *Pro modo*. id eſt pro quantitate.

b *Diuiſio*. Sic ergo diuiditur ſeruitº prędialis. Sed cõtra.ſ.de ſerui.l. viæ. & infra ad legem Falcidiam.l.j.§. ſi vſusfruct. Solu. ſpeciale in aquæductu, ſecũdum quoſdam. Tu dic quòd non ſeruitus, ſed aquæ commoditas diuiditur.

SI via.] CASVS. Si teſtator ſimpliciter ſeruitu. legauit, heredi datur electio vt conſtituat ſeruitu. vnde velit: dũ tamen malitioſè non conſtituat heres.

c *Heredi*. & ſic datur electio heredi. Sed cõtra ſupra de ſer. ſi cui. Sol. ſemper à principio habet heres electionẽ: ſed ſi non eligat, trãſit res in legatarium. arg. infra de ſolu. l. prima, ſecunda, & tertia. & C. de dona.l. ſancimus.§. ne autem. ij. reſponſ. Vel melius eſt electio ipſius legatarij, vt in legatis in genere relictis: vt inſtitu. de leg. §. ſed generaliter. Quod autem hîc dicitur, obſeruatur quãdo nulla electa via legatarius per quamlibet partem incedit. & ſi inter eos dubium oriatur, arbiter eligitur: vt, ſ.eo. certo. §.j.&.§.fina.

SI cõmuni.] CASVS. Ego & tu habemus fundũ cõmunem, cui fundo cõmuni ſeruiebat vicinum prædium. ſi emamus illum fundum, ſeruitus extinguitur. ſed ſi non habemus fundum communem, ſed ego proprium meum, & tu tuum, & poſtea emamus communem fundum ſeruientem, non extinguitur ſeruitus.

d *Extinguitur*. aliter ſi duorum duo prædia fuerunt communicata. tunc enim ſeruitus remanet: vt.j.eo.l.vnus.§.j. Et eſt ratio, vt ibi dicam.

e *In vtroque*. id eſt in ſeruiente, & cui ſeruitur.

f *Idem*. ſ. fundus Sempronianus, quem in cõmune redemimus.

g *Deberi poteſt*. quæ tamen non fuit cõmunis tempore ſeruitutis conſtitutæ. aliàs non poteſt: vt.j.titu.j.l.ſi quis.§. item ſi duo. in fin.§. Et vt plenè circa hanc.l. videas, dic ſecundum Ioan. debet proprius tuus fundus meo proprio ſeruitutem. cõmunicatur alteruter, nõ extinguitur ſeruitus: vt ſupra de ſerui.l. vt pomum.§. ſi prædiũ. communicatur vterque ſimul, vel diuerſis temporibus, nõ extinguitur ſeruitus: vt ſupra de ſeruit.vrb.prædi.ſi quis ædes.§.ſi partem. & infra eo.l.vnus.§.j. Item debet alienus meo proprio ſeruitutem. in cõmune alienum redimimus: non extinguitur ſeruitus. multo magis ſi meum dominantem tibi communicauero, non extinguitur: arg. huius.l.in fi. Itẽ redimimus prius ſeruitutẽ: poſt meum cõmunicaui tibi: extinguitur ſeruitus. Itẽ cõmunicaui tibi meum, poſt in cõmune redimimus ſeruitutem: extinguitur ſeruitus: vt ar. huius.l.j.rñ. & infra.e. vnus. §. j. Item fundus Mæuij ſeruitutẽ debet fundo Titij: redimimus vnũ: non extinguitur ſeruitº: vt.ſ.e.l.via.§.ſi fundus.&.§.fin.& C.e.l.& in prouinciali. redimimus alterum, vel vtrunq; ſimul: extinguitur

ITinere.] CASVS. Prædio communi meo & Tuo Titius ſimpliciter ſeruitutem legauit. ſi nõ conſentiamus de loco itineris: nõ adquiremus ſeruitutem. Vi.

h *Adquiritur*. propter diſſenſum nõ adquiritur: vt hîc, &.ſ. de vſufr.l. quotiẽs. ſed hodie vel fortè conſentiunt: vt C. cõmunia de leg. l.fi.in princip. Vel alio modo iudex imminet vt faciat eos cõſentire: vt.j.de lega.j. l. huiuſmodi.§.fi. quæ eſt contra. Itẽ quod dicit, non deperit: ideo eſt, quia quod non eſt, deperire nõ poteſt: vt.j. queãd. ſer.amit. ſi partem. j. reſpon. &.ſ. quibus mo.vſusfr.amit.l.j.circa principium. Accur.

* Flo. incipit, Qui duo.

† Bald hîc no. quòd cõceſſio determinata hoc operatur, quòd quis nõ poteſt ea vti niſi ſecũdum formã limitationis ſine alia admixione: (aliàs amiſſione) quod infert ad ſcholarem.

IS qui duo.] CASVS. Duos fundos habebam, vnum verſus mõtem, alium magis inferius: confines tamen erant, vendidi illũ fundũ qui erat verſus mõtem: id eſt ſuperiorem fundum. conſtitui tibi ſeruitutem vt ſulco aperto ſuperioris fundi aquam tibi liceat immittere in agrum inferiorem. non licet tibi recipere aquam vicinorum. Viuianus.

* Confer cũ l.205.de verbo.ſig.Duar.

i *In lege*. id eſt in pacto conuentionis.

k *Nihil*. nõ enim modus &c. vt C. eodem.l. non modus. & ſupra eo.l.ergo.§. finali.&.l. ex meo.

QVi duo.] CASVS. Habebam duo prædia cõfinia, & in vno naſcebatur aqua: & ea vtebar ad aliud prædium. vendidi prædium in quo aqua naſcebatur. ego excepi aquam pro fundo retẽto: & etiam circa eam aquam decem pedes ex eo, quòd poſſem purgare riuum vbi illa aqua naſcebatur. Dicitur hîc quòd ſeruitutem itineris tantum videor excepiſſe. Viuianus.

l *Aquam*. id eſt ſeruitutem aquæ.

m *In fundo*. vendito.

n *Si ita*. ſi, id eſt quamuis.

o *Recepiſſet*. i. excepiſſet. ſic.j.ti.4.l.5. aliàs tamẽ legit excepiſſet.

E p *Iter dumtaxat*. nõ dominium: vt.j.ſi ſer.vin.loci. Sed ar.cõtra.j.de aur. & ar.lega.ſpecies.&.ſ.de vſufru.ea.re. quæ vſu conſu.l. fin. &.j.de leg.j.l.ſi fundus ſub cõditione.§.iij. His enim legibus appellatione vſusfru. & vſus, & ædificij & ſoli ꝓprietas intelligitur. ADDITIO. Dicit Dyn. ꝙ hîc.x.pedes fuerũt excepti propter ſeruitutẽ aquæ: ideo iure ſeruitutis videntur excepti: ibi ſecus. & hoc innuit gloſſa.j. quæ exponit aquam, id eſt ſeruitutem aquæ. Nec intelligas quòd iſti decem pedes debeantur iure ſeruitutis ad aquã: quia ſic eſſet ſeruitus ſeruitutis: quod eſſe nõ poteſt: ſed illi decem pedes ſeruiunt ipſi prædio dominanti cui debetur ſeruitus aquæ, ſecundum Barto.

TRia.] CASVS. Ego & tu & Titius habebamus tria prædia. tuũ erat ſuperius: prædiũ Titij erat medium: prædium meũ erat inferius. adquiſiui ſeruitutẽ aquæ ducendæ ex agro tuo ſuperiori: & per fundũ Titij ad fundum meum: poſtea emi fundũ tuũ ſuperiorem. nunc quæritur ſi vendo prædium meũ inferius:

an

an ſeruitus quam habebam,ſequatur emptorem?Et reſpõ. ꝙ ſic. videbatur quòd ſeruitus ſit amiſſa:quia vtraq; prędia vnius facta fuerunt:ſed dicit auctor huius.l.ꝙ non eſt amiſſa : & probat hoc modo:quia ego ducere aquam non potuiſſem, niſi prædiũ Titij quod medium erat,ſeruitutẽ deberet.ſic ergo poſtquã adquiſiui, nõ poteſt amitti ſeruitus:niſi deſinam habere per fundum Titij.

a *Trium dominorum*.ita ꝙ quilibet ſuũ habet.

b *Obiecta*. id eſt ſimul cõiũcta.aliàs adiecta. [* obiecta.]

c *Imi*.i.inferioris.

d *Summo*.i.ſuperiori.

e *Imo*.i.inferiori.

f *Concedente*. ſcilicet ſeruitutẽ. nam aliàs nõ poſſet: vt ſupra eo. qui ſella.§.fina.

g *Idem*. ſcilicet dominus inferioris.Accur.

h *Amiſiſſet*.videtur ꝙ ſic.Accurſius.

i *Per quod*.ſ.medium.

k *Alterius*. ſecus ſi eiuſdem cui ſeruitus debebatur:vt infra titu.j. l.in tradendis. §. interpoſitis. &. l. quicquid. Io. & infra quemadmodum ſer. amit. l. ſi cum ſeruitus.

l *Duci deſiſſet*. ſcilicet tẽpore. Et ſic not. ꝙ ſi aliqua ſunt neceſſaria in adquiſitione,quælibet eorum contraria ſunt neceſſaria in amiſſione.ſic. ꝗ. de reg.iur. l.nihil.& de verb.obligatio. inter ſtipulantẽ. §. ſacram. & de adqui. poſ. quemadmodum. &.l.quamuis.

XXXI. IVLIANVS *libro ſecundo ex Minicio*.

TRia prædia continua trium dominorum [a] adiecta [b] * erãt.imi [c] prædij dominus ex ſummo [d] fundo imo [e] fundo ſeruitutẽ aquæ adquiſierat,& per medium fundum domino concedẽte [f] in ſuũ agrum ducebat , poſtea idem [g] ſummum fundũ emit: deinde imum fundum in quem aquam induxerat, vendidit. quæſitum eſt,num imus fundus id ius aquæ amiſiſſet: [h] quia cum vtraque prædia eiuſdem domini facta eſſent, ipſa ſibi ſeruire non po tuiſſent.Negauit amiſiſſe ſeruitutem : quia prædium per quod [i] aqua ducebatur, alterius [k] fuiſſet. Et quemadmodum ſeruitus ſummo fundo, vt in imum fundũ aqua veniret, imponi aliter non potuiſſet, quàm vt per medium quoq; fundum duceretur : ſic eadem ſeruitus eiuſdem fundi amitti aliter non poſſet,niſi eodẽ tempore etiam per medium fundum aqua duci deſiſſet, [l] aut omnium tria ſimul prædia vnius domini fa cta eſſent.

In cõceſſione partis facta ſocio, poteſt concedẽs fundum propriã ſeruitutem facere. Bartolus.

XXXII. AFRICANVS *libro ſexto Quæſtionum*.

FVndus mihi tecum communis [m] eſt:partem [n] tuam mihi tradidiſti,& ad eundem viam per vicinum tuum proprium. [o] Rectè eo modo ſeruitutem conſtitutam ait: [p] neque quod dici ſoleat, per partes nec adquiri nec imponi ſer uitutes poſſe, iſto caſu locum habere . Hic enim non per partem ſeruitutem adquiri : vtpote cum in id tempus [q] adquiratur, quo proprius meus [r] fundus futurus ſit.

F*Vndus*.] CASVS. Ego & tu communem fundum habebamus pro indiuiſo:poſtea egimus diuiſorio iudicio: & mihi tua pars adiudicata fuit: & ego tuam partẽ emi.poſtea prædicto fundo ſeruitutẽ adquiſiui per prędium tuum. bene poſſum talem ſeruitutem adquirere. Nec obſtat quod dicitur, ꝙ ſeruitus pro parte adquiri non poteſt : quia nunc ſum dominus toti⁹ fundi : & ideo poſſum adquirere per partes, ſcilicet indiuiſas:vt ſupra de ſeruit.l.pro parte.ꝗ.tit.j.l. ſi quis duas. §.ſi quis partem. Viuianus.

m *Communis*.pro diuiſo.

n *Partem tuam*.quam pro indiuiſo habes.

o *Proprium*.ſcilicet fundum.& repete,tradidiſti.

p *Ait*.ſcilicet Iulianus.

q *In id tempus*.ſic & contra,vt infra de vſufructu.l.Titio cum.

r *Meus*.totus.Accurſius.

C*Vm eſſent*.] CASVS. §.per plurium.talis eſt:Ego habebã fundum meum in quadam valle,& iuxta meum habebas tuum magis ſuperius : & Titius etiam habebat ſuum magis ſuperius quàm tuus eſſet.adquiſiui ſerui.aquę ducẽdæ per omnia illa prędia ad fundum meum.poſtea volo concedere:an poſſim,quæritur.Et diſtinguitur : quia multum refert aut ab initio,id eſt tempore conſtitutæ ſeruitu.actum fuit vt mihi alij cõcedere liceret: & concedere potero.aut non fuit actum,& non poſſum.facit ad hunc.§.ſupra eod.ex meo.Viuianus.

ſ *In diuiſione*.repete,& cum,&c.

t *Maximè*.nam idem ſi ſtipulatio non ſit:vt ſupra de pactis.l. in traditionibus.

u *Ducis*.ſi habes ducis,planum eſt:vt dicit Ioan.ſi duci,quaſi dicat,impoſita hac ſeruitute aquam duci.

Tempore diuiſionis poteſt agi vt fundus qui obuenit vni, ſeruiat fundo qui obuenit alteri. Bartolus.

XXXIII. IDEM *libro nono Quæſtionum*.

CVm eſſent mihi & tibi fundi duo communes Titianus & Seianus, & in diuiſione [ſ] conueniſſet vt mihi Titianus, tibi Seianus cederet,inuicem partes eorũ tradidimus:& in tradẽdo dictum eſt vt alteri per alterũ aquam ducere liceret. rectè eſſe ſeruitutem impoſitam ait,maximè [t] ſi pacto ſtipulatio ſub dita ſit.

Qui habet ſeruitutem aquæductus, non poteſt concedere hauſtum aquæ ex riuo, niſi hoc pepigerit cum domino fundi ſeruientis. Bartolus.

Per plurium † prædia aquam ducis. [u] quoquo modo [x] impoſita ſeruitute , niſi pactum vel ſtipulatio etiam de hoc [y] ſubſecuta eſt, neque eorum [z] cuiuis,neque alij vicino poteris hauſtum ex riuo cedere. Pacto enim vel ſtipulatione interuenientibus & hoc concedi ſolet: [a] quamuis nullum prædium ipſum ſibi ſeruire, neque ſeruitutis fructus conſtitui po teſt.

Vnus ex ſociis non poteſt fundum communem ſeruum facere: nec ei libertatem adquirere à ſocio, vel extraneo. h. d. Primo ponit vnum dictum.Secundo vnam illationem. Tertio reſpondet cuidam argumẽto contrario.Secũda ibi,& ideo.tertia ibi, quamuis.

XXXIIII. PAPINIANVS *libro ſeptimo Quæſtionum*.

VNus ex ſociis fundi commu nis permittendo [b] ius eſſe ire agere, nihil agit. [c] Et ideo ſi duo prædia quæ mutuò ſeruiebant . inter eoſdem fuerint communi:& ideo nec remittere ei debitam : vt in hoc exemplo : Habeo meum prædium proprium,tuum mihi ſeruit,puta in via: meum tibi ſeruit,vt in aquæductu. poſtea cõmunicamus ego tibi meũ, & tu mihi tuum. quæritur an ſeruitus remittatur hincinde?Et dicit quòd non.nam ſeruitus quæ debebatur tuo fundo ad meum primum,remanet ei debita etiam poſtquam communicaſti mihi tuũ:licèt in parte ſeruitus fiat mea,& ſic videatur extingui : quia ſic vnus ſociorũ remitteret:quod eſſe non poteſt.[SI FONS.] Ex fonte qui erat in fundo tuo,aquæductum habebam:qui fons fuit poſtea deſiccatus.vnde ſteti per.x.vel.xx. an. quòd vſus non fui prædicta ſeruitute. ſi poſtea redeat ad venã ſuam ille fons, & aqua ibi ſit:ſum in integ. reſtituendus , vt iterum vtar. & hoc dicit cum.l.ſequen.quæ continuatur.

x *Quoquo modo*. ſiue in vltima voluntate : ſiue inter viuos.

y *De hoc*.ſ.vt liceat tibi cedere alij.Azo.

z *Neque eorum*.i. alicui eorum,per quorũ prędia aquam ducis.

a *Solet*.Not. ex vi pacti hoc fieri poſſe: vt hîc,& infra de riuis.Labeo. in fin. Sed duplici ratione videtur cõtra. Prima, quia ſi cedo illi per cuius prædium aquam duco:in id quod mihi ſeruiebat, ſeruiet ſibi: quod eſt abſurdũ, vt ſubiicit : cũ nec etiã ſuo domino poſſit ſeruire, vel alteri rei eiuſdẽ domino, nedũ ſibi ipſi:vt.ſ.ſi vſusfru.pet. l.vti. Secunda, quia in ſeruitute mea cõſtituo alij ſeruitutẽ,quod eſſe non poteſt:vt hîc ſubiicit,& infra de vſufru. leg.l. j. quæ eſt contra. Sol.ad vtramque:quia hîc nec ipſum ſibi ſeruiet : nec erit ſeruitus ſeruitutis,ſed prędium in quo aqua naſcebatur , hanc ſeruitutem præſtabit : quam ego poſſum conſtituere,licèt non ſim dominus: quia facio domini voluntatẽ:vnde dominus facere videtur: vt.ſ. de publicia.l.ſi quis prohibuit. [a] Pacto autẽ non appoſito non potero hoc facere, niſi poſtquam agrum meũ fuerit aqua ingreſſa: vt. ꝗ. de aqua quotidiana & æſti.l.j.§. illud. Et not. ar.quòd poſſum facere procuratorem ad faciendum procuratorẽ. Accurſius.

† Lud. Ro. in ſuis ſin. ſing. 469. ibi meminit de iſto text. & allegat eũ pro ſing. tamen ſi ſubtiliter videatur , nõ vult id ad quod ponderatur per Ludo. Ro.vide quę dicũtur hîc ĩ nouis interpre. Bolog.

a] alias incipit,Papi. lib. 6. quęſtionũ ſcribit. Procurator procuratorẽ facere poteſt.

V*Nus*.]CASVS.plures ſunt domini vnius fundi.vnus eorũ non poteſt ſeruit . imponere fundo commu

b *Permittendo*.vicino.Accurſius.

c *Nihil agit*.vt ſupra de ſer.l.ij.niſi alij poſtea cedant:vt infra eo. l.per fundum.ſed ſecus in perſonali ſeruitute, quæ ab vno cedi poteſt:vt ſupra vſufru.quemad.ca.l.antepenult.



UNED

municata, quoniam ſeruitutes pro parte retineri placet, [a] ab altero ſeruitus alteri remitti non poteſt. Quamuis enim vnuſquisque ſociorum ſolus ſit cui ſeruitus debetur, [b] tamen quoniam non perſonæ, ſed prędio [c] deberent: * neque adquiri libertas, neque remitti ſeruitus per partem poterit.

* prædio debetur.

Qui non vtitur iuſto impedimento congruo tempore, ſeruitutem amittit: ſed ei reſtituitur ex clauſula generali. hoc dicit cum l. ſequenti.

Si fons exaruerit, ex quo ductũ aquæ habeo, íſque poſt conſtitutum [d] tempus ad ſuas venas redierit· an aquęductus amiſſus erit, quæritur: [e]

XXXV. PAVLVS *libro quinto decimo ad Plautium.*

ET Atilicinus ait Cæſarẽ Statilio Tauro † reſcripſiſſe [f] in hæc verba: Hi qui ex fundo Sutrino aquam ducere ſoliti ſunt, adierunt me, propoſuerúntque, aquam qua per aliquot annos vſi ſunt ex fonte qui eſt in fundo Sutrino ducere nõ potuiſſe, quòd [g] fons exaruiſſet: [h] & poſtea ex eo fonte aquam fluere cœpiſſe: petierúntque à me, vt ius quod non neglegentia aut culpa ſua amiſerant, ſed quia ducere non poterant, his reſtitueretur. Quorum mihi poſtulatio cum non iniqua viſa ſit, ſuccurrendum his putaui. itaque quod ius habuerunt tunc cum primùm [i] ea aqua peruenire ad eos non potuit, id eis reſtitui [k] placet.

† Quidam legũt Seuero. Vigl. & Cuiac. Inſtit. de mili. teſtam.

Stipulatio pœnalis ad perſonam relata, non facit præſumi ſeruitutem impoſitam. Bartolus.

XXXVI. IDEM *libro ſecundo Reſponſorum.*

CVm fundo quem ex duobus retinuit [l] venditur, aquę ducendæ ſeruitus impoſita ſit, empto prædio quæſita ſeruitus diſtractum [m] denuo prædium ſequitur. Nec ad rem pertinet, quòd ſtipulatio qua pœnam promitti placuit, ad perſonam emptoris, ſi ei fortè frui non licuiſſet, relata eſt. [n]

Ex indeterminata conceſſione reſpectu fundi dominantis, præſumitur conceſſio perſonalis. hoc dicit quam l. no. cum l. ſequen.

XXXVII. IDEM *libro tertio Reſponſorum.*

ΛΟύκιος Τίτιος Γαΐῳ Σεΐῳ τῷ ἀδελφῷ πλεῖστα χαίρειν. Ὕδατος τοῦ ῥέοντος εἰς τὴν κρήνην τὴν κατασκευασθεῖσαν ἐν ἰσθμῷ ὑπὸ τοῦ πατρός μου, δίδωμι καὶ χαρίζομαί σοι δάκτυλον εἰς τὴν οἰκίαν σου τὴν ἐν τῷ ἰσθμῷ, ἢ ὅπου δ' ἂν βούλει. [id eſt, Lucius Titius Gaio Seio fratri ſuo S. P. De aqua fluente in fonte fontem pater meus in Iſthmo [o] inſtruxit, do concedóque tibi gratuitò digitum, [p] * ſiue ad domum, quam in Iſthmo tenes, ſiue quacunque [q] tandem volueris.] Quæro an ex hac ſcriptura [r] vſus aquę etiam ad heredes Gaij Seij pertineat, Paulus reſpondit vſum [ſ] aquæ perſonalem ad heredẽ Seij quaſi vſuarij tranſmitti non oportere.

* Digitus hoc loco fiſtulam digitariã ſignificat, aut etiã vnciariã: ſeu modulum aquarum: cuius diametros digitalis eſt. Bud. hic.

a *Placet.* ſi enim tu mihi tuum, & ego tibi meum communicauimus, ſeruitutes retinentur quæ inuicem debebantur, ſiue eodẽ tẽpore hanc cõmunicationẽ faciamus, vt hîc: ſiue diuerſis tẽporibus, vt. ſ. titu. j. l. ſi quis ædes. §. fin. Sed an inſolidũ: an verò pro parte detinentur, pro qua remanet dominus prædij cui ſeruitur? Quidam dicunt inſolidum, & hãc literam ſic legunt, quoniam ſeruitutes retineri placet: ſcilicet inſolidũ, per partes. ſ. fundi. q. d. occaſione partis fundi totaliter ſeruitus retinetur. Argum. pro eis. j. de in diẽ addic. quòd ſi vno. §. fi. Sed tu dic pro parte tantùm retineri, vt hîc dicit. & apertè habes. ſ. de ſerui. l. vt pomum. §. j. Si autẽ quæris cur non poſſit ſeruitus remitti, vt hîc ſubiicit, cum pro parte tantùm indiuiſa debeatur? Reſpon. ipſa lex, quia non poteſt vnus ſolus imponere: vt in princ. huius. l. vnde ſequitur quòd nec liberare. nam quæ ſunt neceſſaria in adquirenda ſeruitute, & in ea amittenda: vt. ſ. eo. l. tria. eſt & alia ratio naturalis, quia licèt pro parte tua quam habes in prædio dominanti, debeatur: verum eſt tamen communi prædio deberi. & ideo quia vel mihi ſoli poſſet totus fundus adiudicari: ſicque ad me tranſiret ſeruitus ſi pri⁹ prædium meum alienaſſem, dicitur ſeruitutem non poſſe remitti, habito reſpectu ad id quod fieri poteſt: vt. ſ. de iuriſdict. om. iudi. ſi idẽ. §. fi. & facit. ſ. tit. j. l. ſi quis ædes. &. j. tit. j. l. quicquid. Sed opponitur, quare extinguitur, quando prius erat cõmunis fundus cui ſeruiebatur: & poſtea ſeruiens emitur in cõmune: vt. ſ. eod. ſi communi. quæ eſt contra. & non eſt hîc quando ambo ſimul communicantur? Reſpon. ſecundum quoſdam: quia ibi cœperat par ius eſſe vtrique: quia & prior erat communis, & ſeruiens factus eſt communis. hîc autem neuter erat cõmunis, & in vtroque erat ſeruitus: ideoque retinetur in vtroque. Vel dici poteſt quòd facilius in retento prædio ſeruiente retinetur ſeruitus quàm in adquiſito. Tu dic differentiam eſſe inter redemptionem, vt ibi, & communicationem: vt hîc. nam in redemptione vẽdens & emẽs loco vnius habentur: vt infra de contrahen. empt. dolia. §. eũ qui. & plures ementes loco vnius ſunt: vt infra de condic. & demon. l. cui fundus. vnde ſicut vno redimente fundum ſibi ſeruientem extinguitur ſeruitus: vt ſupra tit. j. ſi quis ędes. in princ. ita hic. ſed hoc non poteſt dici in communicatione, vt vice vnius fungãtur. quis enim ille eſt cuius vice illi ambo fungantur? verum eſt tamẽ hunc pro parte vice alterius & econtra fungi ratione communicationis. Accurſius.

b *Debetur.* q. d. huic pro ſua parte.

c *Prædio.* communi.

d *Conſtitutum tempus.* ad amittendam ſeruitutem.

e *Quæritur.* & ſol. ſtatim. l. ſequen.

f ET *Atilicinus. Reſcripſiſſe.* ad quæſtionem ſupra proxi. factã, dando etiam exemplum de facto. Accurſius.

g *Quòd.* id eſt, quia. Accurſius.

h *Exaruiſſet.* id eſt deſiccatus fuiſſet. Accurſius.

i *Cum primum.* id eſt quando. ſic ſupra de mino. l. fin.

k *Reſtitui.* non ipſo iure: vt. j. quemadmo. ſer. amit. l. ſi locus. & l. ſi quis alia. ſed ex illa generali clauſula. ſ. ex qui. cau. ma. l. j. §. fi. & ſic amittititur, licèt reſtituatur. Sed videtur nõ amitti, cum ea vti non potuerunt: vt C. de anna. excep. l. j. §. fin. cum contra deſides tantùm præſcriptiones ſint inductę: vt infra eod. titu. l. pen. in fi. quæ ſimiliter eſt contra. hic autem non fuit deſes. Sol. aliud in pręſcriptione ſeruitutum, quàm in poſſeſſione rerum corporalium, in quibus exigitur bona fides & titulus: & poſſeſſionem ab alio detentam, & à ſe neglectã. ſed in his in corporalib⁹ ſufficit quòd nõ petiit ſeruitutem, & ſic non fuit ea vſus vſque ad. x. ann. vt infra quẽadmo. ſer. amit. ſi partem. §. ſi per fundum. Item no. hîc quòd reſtituta re in priſtinum ſtatum, & priſtina iura reſtituenda ſunt: vt ſupra de rerum diuiſione. l. in tantum. & infra ſi ſer. vind. & ſi forte. §. etiam. &. l. ſicut. §. diſtant. &. ſ. titu. j. l. eum. &. j. de ſolu. quæ res. §. areã. in fine. ibi. diuerſum dicemus, &c. &. j. qui. modis pignus vel hypo. ſol. l. voluntate. &. j. quemad. ſer. amit. l. ſi locus.

C*Vm fundo.*] CASVS. Habebam prędia: vnum tibi vendidi, & conſtitui tibi ſeruitu. aquæ ducendæ per retentum. certè rectè ſeruitus cõſtituta eſt: vnde ſi poſtea Titio vendis prędium, quod tibi vendidi, ſequitur Titium emptorem ſeruitus. Nec obſtat ꝗ tibi ſoli pœnam promiſi ſi facerẽ contra ſeruitutem impoſitam. Viuianus.

l *Retinuit.* nam cum duos haberet fundos, & vnum venderet, dixit vt retentus alienato ſeruiret.

m *Diſtractum.* ab eo qui emit.

n *Relata eſt.* hoc faciebat quæſtionem. nam quia pœnæ ſtipulatio interpoſita erat in perſona emptoris primi, videbatur ſeruitus perſonalis: & ideo non tranſire debere ad ſecundum emptorem: vt infra. l. proxi. quæ eſt contra. ſed tamen non eſt ita: quia mens fuit vt prædio quæreretur, quæ in pactis inſpicitur: vt ſupra de pact. l. iuriſgentium. §. vtrum. & facit infra de prob. l. ſi pactum.

ΛΟύκιος.] CASVS. Si concedo tibi ducere ratam aquam de fonte meo, quantum poteſt per riuum duci, vel exire: iſta ſeruitus eſt perſonalis, & ideo ad heredes tuos non trãſmittitur. & hoc dicit cum. l. ſequen. quæ continuatur. & dic vt in ea & in apparatu ſequenti.

o *In Iſthmo.* id eſt terra quæ eſt inter duo maria. Azo.

p *Digitum.* id eſt quantum fluit per digitum ſtatuæ vel imaginis per cuius foramen ſtillat aqua. quandoque enim per roſtrum, quandoque per digitum fluit.

q *Quacumque.* ex hoc apparet quòd eſt perſonale ius: quia non alicuius prædij contẽplatione fuit tradita. & ſic nõ eſt contra. ſ. l. proxi. quia ibi ad certum prædium conſtituebatur. Accur.

r *Scriptura.* ſupradicta Græca. quæ eſt tranſlata in Latinum.

ſ *Vſum.* id eſt poteſtatem. Accurſius.

*Flumine.*

A flumine quod tranſitur ponte vel vado, poteſt incipere ſeruitus viæ: ſecus ſi pontonibus vel nauiculis tranſeatur: licèt tale flumen ſeruitutem itineris aliàs cœptam non interrumpit. Bartolus.

XXXVIII. IDEM *libro primo Manualium.*

FLumine [a] interueniente, via conſtitui poteſt, ſi aut vado [b] tranſiri poteſt: aut pontẽ habeat. diuerſum, ſi pontonibus [c] * traiiciatur. Hæc ita, [d] ſi per vnius [e] prædia flumen currat. alioquin ſi tua prædia mihi [f] vicina ſint, deinde flumen: deinde Titij prædia: deinde via publica, in quã iter mihi adquiri volo: diſpiciamus ne [g] nihil vetet, à te mihi viã dari vſq; ad flumen, deinde à Titio vſque ad viã publicã. [h] Sed videamus, num & ſi tu eorũ prædiorum dominus ſis, quæ trans flumẽ [i] intra viam publicam ſint, idem iuris [k] ſit: [l] quia via conſummari ſolet vel ciuitate tenus, vel vſque ad viã publicam, vel vſque ad flumen in quo põtonibus traiiciatur, [m] vel vſq; ad propriũ [n] aliud eiuſdẽ domini prædiũ. Quod ſi eſt, [o] non videtur interrumpi ſeruitus, quãuis inter eiuſdẽ domini prædia flumen publicum intercedat.

COMMVNIA PRÆdiorum tam vrbanorum quàm ruſticorum.

a FLumine. Pone caſum vt diſtinguas, aut mihi conſtituis ſeruitutem in prædium quod habes vltra flumen: per quod volo ad Eccleſiam fortè ire. quo caſu poteſt fieri ſi flumẽ in quo quaſi incipit ſeruitus, tranſeatur.

b *Vado*. i. per gradus quoſdam lapideos. ſiue ponte. ſ. lapideo vel ligneo. Accurſius.

c *Si pontonibus*. i. lignis vel nauiculis traiiciat̃. ſi autẽ ex hac & ex illa prædiũ habeas: vel ex hac tantũ: ſed ex illa habet alius: tũc quocũq; modo flumẽ trãſeatur etiã põtonibus, poteſt cõſtitui ſeruitus: & ſecundũ hũc proſequere literã vſq; in finẽ. Alij dicũt ꝙ hæc diſtinctio quæ fit in prin. tranſeatur vado ſiue ponte, an verò põtonibus, tollit̃ in fi. l. ibi, qđ ſi eſt, &c. & ſecũdũ hoc legit̃ ſuſpenſiuè litera vſq; ibi. & qđ dicit, ſi per vnius, i. iuxta: ſed ſecundũ qđ prius expoſui, placet.

* Pontones naues ſunt fluminibus traiiciendis apparatæ. Alcia. 6. parer. c. 13.

d *Hoc ita*. i. viam conſtitui non poſſe ſi pontonibus traiiciatur.

e *Si per vnius*. i. iuxta vnius prædia: puta ab vna parte tantũ, nõ vtraque. hoc enim ſtatim ponetur. & hoc ſecundũ primũ modũ ponẽdi caſum. vel ſecũdum aliũ dices hoc ita. ſ. viã conſtitui poſſe indubitanter ſi per vnius. i. inter vnius præ. &c. quia habes ex vtraque parte tua prędia. ideo dixi indubitãter: quia & ſi alterius ſint ex altera parte, idem eſt: vt. j̃. ſtatim ſubiicit. Accurſius.

f *Mihi*. i. prædio meo dominaturo, in quo coloni mei ſtare nolunt, niſi acquiram eis viam ad eccleſiam, vel ciuitatem.

g *Ne*. id eſt an.

h *Ad viam publicam*. Et certè non eſt vetandum quin à pluribus ita conſtitui poſſit. Accurſius.

i *Transflumen*. id eſt vltra.

k *Idem iuris*. vt via conſtitui poſſit. Et reſpon. quòd ſic: vt in fi. ſoluitur. vbi dicit, quod ſi eſt, &c. & continua hîc: bene dixi quòd ad viam publicã mihi ſeruitutem quærebam: vt. s̃. proxi. nam vltra non eſt opus viam extendi: quia finitur ab eo loco quo incipit via publica vel ciuitas: vt ſubiicit: &. j̃. de lo. & iti. pu. l. fin. & ad vtranque expoſitionem conuenit: & hîc tacitæ obiectioni reſpondit ſic: & caue quia non eſt hæc via ſeruitus prædialis.

l *Sit*. vt hoc caſu poſſit cõſtitui: licèt pontonibus traiiciatur: vel dic, vt & hîc nõ poſſit cõſtitui, licèt vado vel põte poſſit tranſiri.

m *Traiiciatur*. cum loquatur hîc quando priuſquam perueniretur ad flumen, inceperat ſeruitus, quare finitur ſiue traiiciatur põtonibus, vel alio modo? Reſpon. non ob hoc dicit hoc, vt vltra conſtitui non poſſit: ſed ſi conſueuit fieri. nam & publica via interueniente vltra poteſt conſtitui: vt ſupra de ſer. l. ſeruitutes. §. publico. & tamen hic dicit ibi finiri.

n *Ad proprium*. cui debetur ſeruitus.

o *Quod ſi eſt*. ſcilicet vt prædia trans flumen ſint eiuſdem: & ſic reſpondet tantùm illi quæſtioni quæ fit ibi: ſed videamus, &c. & quod ſubiicit, quamuis, ſic conſtrue: quãuis flumẽ publicum intercedat inter prædium, &c. & quod flumen tranſeatur vado vel pontonibus vel quocũque modo, hoc ſecundũ primum caſum. & quod dicit, quamuis, &c. ergo multo magis nõ interrumpitur ſi prædia ſunt diuerſorum. ſecũdum alium dic, quod ſi eſt, &c. & corrigit diſtinctionem in prin. l. factam. Sed & ſecundum ſecundam poſitionem ſunt duo caſus tantùm: quia deeſt primus de prima poſitione: ſecundum primam ſunt tres.



## COMMVNIA PRÆDIORVM TAM vrbanorum quàm ruſticorum.

*Poſtquam ſpecialia ſeruitu. vrbanorũ & ruſticorũ dixit, nunc dicit quæ ſunt cõmunia. ſic facit. C. cõmunia vtri. iud. Sed in quo differt huius tractatus ab illo ſupra de ſer? Reſpon. ibi magis intendit aliqua regulariter dicere. hîc autẽ in caſibus quibuſdam cõmunionẽ deſignare. Ac.*

### TITVLVS IIII.

Hîc ponitur quæ dicantur ædificia ruſtica, & quæ vrbana. Bartolus.

I. VLPIANVS *libro ſecundo Inſtitutionum.*

ÆEdificia † vrbana quidẽ prædia appellamus: cæterũ [p] & ſi in villa [q] ædificia ſint, æquè ſeruitutes vrbanorum prædiorũ conſtitui poſſunt. Ideo autẽ hæ ſeruitutes prędiorũ appellãtur, quoniã ſine prędiis cõſtitui nõ poſſunt. [r] Nemo enim poteſt ſeruitutem adquirere vel vrbani vel ruſtici prædij, niſi qui habet prædium. [ſ] *

† Poſſumus hic not. vnã regulam ex fi. tex. neminẽ poſſe ſeruitutem adquirere vel conſtituere aut imponere, niſi ſit dominus etiã: vt volunt doc. hic ĩſolidum. concor. tex. & ibi Ang. in §. ideo autẽ. inſti. de ſerui.

* In quibuſdã exemplarib. additur, nec quiſquã debere niſi qui habet prædium.

Ius hauriendi vel ducendi aquã ex flumine per caſtellum, non eſt ſeruitus propriè: ſed in hoc iure quis tanquam in ſeruitute defendetur.

II. IDEM *libro ſeptimodecimo ad Edictum.*

DE aqua [t] per rotam † tollẽda ex flumine vel hauriẽda, vel ſi quis ſeruitutem caſtello impoſuerit, quidam dubitauerunt ne [u] hæ ſeruitutes non eſſent. Sed reſcripto imperatoris Antonini ad Tullianum adiicitur, licèt ſeruitutis iure non valuit, ſi tamen hac lege comparauit, [x] ſeu alio quocunque legitimo modo ſibi hoc ius adquiſiit, tuendum eſſe eum qui hoc ius poſſedit. [y]

† Vide Cuiac. lib. 3. obſeruat. c. 28.

*Quæ cõmunia tam vrbanorum prædiorum quàm ruſticorum, & ſeruitutum eorum ſunt, explicãtur hoc titulo, exempli gratia, vt ſeruitutem adquirere non poßit niſi qui prædium habet, vt duorum prædiorum dominus vnum tradendo poßit alterũ alterius ſeruũ facere, vt qui partem prædij tradit nõ poßit ſeruitutẽ imponere, vt eadẽ ſeruitus pluribus ſeparatim cedi poßit, vt legari per damnationem qualiſcunque ſeruitus poßit. Cuiac.*

ÆEdificia.] CASVS. Prædiorũ alia ſunt vrbana, & alia ruſtica. vrbana ſunt quæ ſunt in ciuitate, vel in villa: ſi ibi ſunt domus, nihilominus eſt vrbanum: aliud eſt ruſticũ. Secũdò dicit ꝙ nullus poteſt acquirere ſeruitu. niſi qui habet proximum prædiũ. Item nullus cõcedere poteſt, niſi habeat prędium: de quo dic vt in apparatu. Accur.

p *Cæterùm*. i. certè.

q *Villa*. vt. C. de præ. mino. l. ſi prædiũ. Sed oppone. s̃. tit. j. lege ſecunda. Solu. ibi gratia fructuũ, hîc habitandi.

r *Non poſſunt*. vt hîc, & inſtit. eo. §. ideo. & infra eo. l. ſi quis duas. §. j. & hoc intellige quantum ad præſentem exiſtentiam, vt ſint: promitti tamen poſſunt vt ſint debitæ per ſtipulationem, vel pactum aliud etiam ab eo & ei qui non habet prædium, & ſic loquuntur contraria: vt infra fami. erciſc. hæredes. §. an ea. & ſupra tit. j. l. Labeo. & l. ſeruitutes. §. futuro. & infra de euic. fundum. §. ſi per alienum. quæ ſunt contra.

ſ *Habet prædiũ*. vel quaſi habet: vt ſeruus, filiusfa. tutor, curator, adminiſtratores Eccleſiarum vel vniuerſitatum, & qui habet ius inferendi ad ſepulchrum: vt inſti. de ſtipul. ſer. §. ſed cum factum. &. j̃. titu. l. j. §. ſepulchra. &. s̃. de ſeruit. non dubito.

t DE *aqua*. Pone caſum in flumine publico, vel caſtello publico, ex quibus ſeruitus iure nõ valet, cũ ſint publica: vt j̃. de aqua quo. & æſti. l. j. §. antepe. qualiter ergo defenditur priuato concedente: cũ ſolus princeps poſſit concedere, vt. d. §. dicitur? Rñ. nõ defenditur niſi contra cedentẽ: vt. s̃. tit. j. per fundũ. & j̃. eo. l. venditor. & ſecundũ hoc tuebimur eũ tam actione quàm exceptione: vt in fi. huius legis. &. j̃. de acquir. re. do. ſtatuas. Vel pone ſecundo caſum in flumine & caſtello priuato: quia qui ceſſit, non tradidit per patientiam: ſed eo ſciente accepit: vt. j̃. tit. j. l. ſi à te emero. ſed hic cõtra omnes defenditur, tam per actionem, quàm per exceptionem. Vel tertiò dic, in flumine & caſtello priuato, ſed non perenni: vt. s̃. tit. ij. l. foramen. §. omnes. & ideo tenet ex æquitate & tuitione prætoris: ſicut & aliàs aliquid de iure non valet, ſed æquitate prætoris ſic: vt. j̃. quod fal. tu. au. l. j. §. pe. Vel dic, ideo iure non valet, quia non cohæret ſolo tota. & dic ꝙ aqua trahebatur ab inferiori parte ad ſuperiora. Accur.

u *Ne*. pro an.

x *Comparauit*. ſcilicet ſeruitutem, vt poſſit vti prædictis modis.

y *Poſſedit*. id eſt, quaſi poſſedit. nam verè non poſſidentur huiuſmodi ſeruitutes: vt dixi. s̃. de ſeruitu. l. ſeruitutes. Accurſius.

III. GAIVS *libro ſeptimo ad Edictum prouinciale.*

DVorum prædiorum [a] dominus ſi alterũ ea lege tibi dederit, vt id prædium quod datur, ſeruiat ei quod ipſe retinet, vel contra, iure impoſita ſeruitus intellegitur.

Poſt monumentũ conſtructum non poteſt limitari menſura vel numerus ſepeliendorum. Bart.

IIII. IAVOLENVS *libro decimo ex Caßio.*

CAueri vt ad certam altitudinem monumentum [b] ædificetur, nõ poteſt: quia id quod humani iuris eſſe deſiit, ſeruitutem non recipit: [c] ſicut ne illa quidem ſeruitus conſiſtere poteſt, vt certus numerus hominum in vno loco [d] humetur.

In contractibus eſt locus iuri non decreſcendi. Bartolus.

V. IDEM *libro ſecundo Epiſtularum.*

PRoprium † ſolum vendendo, an ſeruitutẽ talem iniungere poſſim, vt mihi & vicino ſeruiat? Similiter ſi cõmune ſolum vẽdo, vt mihi & ſocio ſeruiat, an conſequi poſſim? Reſpondi [e] ſeruitutẽ recipere [f] * niſi ſibi nemo poteſt. Adiectio itaque vicini, pro ſuperuacuo habenda eſt: ita vt tota ſeruitus ad eum qui receperit, pertineat. [g] Solum autem commune vendẽdo, vt mihi & ſocio ſeruiat efficere non poſſum: quia per vnum ſocium [h] communi ſolo ſeruitus adquiri non poteſt. [i]

In tradẽdo poteſt quis facere vt prædium quod traditur, ſeruiat ei quod retinetur, vel ecõuerſo. Bar.

VI. VLPIANVS *libro vincenſimooctauo ad Sabinum.*

SI quis duas ædes habeat, & alteras tradat, poteſt [k] legem traditioni dicere, vt vel iſtæ quæ non traduntur, ſeruæ ſint his quæ traduntur, vel contrà vt traditæ retentis ædibus ſeruiãt. Paruíque refert, vicinæ ſint ambæ [l] ædes, an non. Idem erit & in prædiis ruſticis. Nam & ſi quis duos fundos habeat: alium alij poteſt ſeruum facere tradendo. [m]

B Diuerſas res ſimul tradendo diuerſis, non poteſt quis inuicem ſeruas facere. Bartolus.

Duas autem ædes ſimul tradẽdo non poteſt [n] efficere alteras alteris ſeruas: quia neque adquirere alienis ædibus ſeruitutem neque imponere poteſt. [o]

Tradendo partem pro diuiſo, poteſt vnam partem alterius ſeruam facere. Bartolus.

Si quis partem [p] ædium tradet, vel partem fundi, non poteſt ſeruitutem imponere: quia per partes [q] ſeruitus imponi non poteſt, ſed nec adquiri. [r] Planè ſi diuiſit fundum regionibus, & ſic partem tradidit pro diuiſo, poteſt alterutri ſeruitutem imponere: [ſ] quia non eſt pars fundi, ſed fundus. [t] Quod & in ædibus poteſt dici, ſi dominus pariete medio [u] ædificato, vnã domũ in duas diuiſerit, vt pleriq; faciunt. Nam & hic pro duabus domibus accipi debet. [x]

D Plures tradẽdo ſimul vel ſeparatim, id efficere poſſunt, quod vnus ſolus inſolidũ ſit dominus: ſecus ſi pro parte dominus fuerit. Bart.

Item ſi duo homines binas ædes communes habeamus, ſimul tradendo idem efficere [y] poſſumus, ac ſi ego ſolus proprias binas ædes haberem. Sed & ſi ſeparatim tradiderimus, idem fiet, ſic tamen, vt nouiſsima traditio efficiat etiam præcedentem

---

DVorum.] CASVS. Habebam duo prædia: vnum vendidi eo pacto vt ſeruiat: retenta valet ſeruitus. Viuianus.

a *Duorũ prædiorũ*. concordat. ĩ.e.l. ſi quis duas. &. ſ̃. tit. ij. l. & qui.

CAueri.] CASVS Si conſtituas mihi talem ſeruitu. vt non liceat tibi ſepulchrum altius exaltare: vel ſi conſtituas talem ſeruit. vt tantùm certi homines ſepeliantur: non valet vtroq; caſu prædictis modis ſeruitus conſtituta. Viuia.

Monumentũ, & ſepulchrum, differunt.

b *Monumẽtum*. monumentum dicitur locus purus ad ſepulchrũ parat⁹: ſed ſepulchrũ, vbi eſt aliquis iam ſepultus: vt. C. quæ res pig. obl. poſ. l. ſi monumẽto. ſed hîc impropriè ponitur, ſcilicet monumentũ pro ſepulchro: vt probatur ibi, quia id quod, &c. Sic impropriè ponitur. C. de relig. l. ſi ſepulchrũ. Acc.

c *Non recipit*. recipit tamen ad ſe: vt infra titu. j. l. j. §. j.

d *Loco*. paciſci verò poteſt quis per ſtipulationem, vt locus prophanus certum numerum perſonarũ recipiat: vt ĩ. de relig. l. quòd ſi locus. nec mirum, quia priuatus eſt adhuc.

† Coniunge l. fundus ille. de cõ. empt.

PRoprium.] CASVS. Duo dicit. primũ: Habebam duo prędia: vnum vendidi: & dixi quòd ſeruiret meo retento prædio: & etiam tuo. nõ valet talis ſeruitus quo ad te: ſed quo ad me bene valet, & mihi tota acquiritur. Secundò dicit, pone: ego & tu habebamus duo prędia cõmunia, & vẽdidi vnum, & aliud retinui. an poſſim illi prædio retento cõmuni acquirere ſeruit. per illud quod vendidi? Et reſpond. quòd non. Viuianus.

* Recipere, exceptũ facere, vt ait Nonius.

e *Reſpondi*. ſol. hæc eſt primæ quæſtionis.

f *Recipere*. aliàs excipere. & primo reſpon. primæ quæſtioni, ſecundo ſecundæ.

g *Pertineat*. ſic. ĩ. de cõtrahẽ. emp. l. fundus. Sed hęc eſt ratio: quia alieno prædio, &c. vt. ſ̃. l. j. ſed ibi eſt ratio ne vẽditor grauetur.

h *Socium*. ergo duo erant prædia cõmunia: vnum vendebatur, alterum retinebatur: quid ergo ſi ſuo tantum excepit de cõmuni vendito? Reſpon. idem: quia non erat dominus totius venditi. E

i *Non poteſt*. vt ſupra titu. j. l. ſi vnus. & infra eod. ſi quis duas. §. duas autem. fallit tamen in caſu: vt ſupra titu. ij. l. ſed & ſi inter te. ſed ibi tempore fit: hîc pacto fieri negatur. Item no. per hanc. l. quòd actiectio ſocij vitiat ſtipulationem: ſed adiectio extranei, pro ſuperuacua habetur. Accurſius.

Socij adiectio, ſtipulationẽ vitiat.

SI quis.] CASVS. Habebam duas domos. vnam vendebam eo pacto vt ſeruiret. valet talis conſtitutio ſeruitu. Secundò dicit quòd non refert vicinę ſunt ambæ iſtæ domus. ſcilicet vendita, & retenta: vel non ſunt. Tertiò dicit quòd idem eſt in ruſticis prædiis: vt ſi habeo duo prædia, & vnum vendo: poſſum imponere ſeruitutem retento, vt ſeruiat vendito. vel econtra: vt. ſ̃. eo. duorũ. Quartò dicit, quòd ſi habeo duas domos, & ambas vendo, non poſſum per pactum ei facere vt vna alij ſeruiat. ratio: quia neq;, &c. [SI QVIS.] Si alieno partẽ domus pro indiuiſo, non poſſum ei acquirere ſeruit. nec etiã imponere ſociis. Si vendidi A fundi partem pro diuiſo: quia tunc bene poſſum imponere ſeruit. venditæ, vel retentæ. Secundò dicit quòd idem eſt in domo pro diuiſo alienata pariete medio. ad quod facit. ĩ. ſi. reg. l. iij. §. fin. in prin. [ITEM SI.] Si ego & Titius habebamus duas domos cõmunes, & alteram vendidimus eo pacto vt ſeruiat retentæ: bene poſſumus, ac ſi ego ſolus habebam duas domos, & alterã venderẽ prædicto pacto. ſ̃. ea. l. in princ. Secundò dicit quòd ego vnus ex dominis primo vendo partẽ quam in vna habeo, ſub pacto prædicto. ſecundo vendidit ſocius meus ſuam partẽ quam habet in prędicta eadem. idẽ eſt, quòd vt pactũ ſeruitu. valeat. Viuia.

k *Poteſt legem*. vt. ſ̃. eo. l. duorum. &. ſ̃. tit. ij. l. & qui duas. & ſupra de vſufruct. Proculus.

l *Ambæ ædes*. dum tamen in cõſpectu ſint: aliàs non: vt. ſ̃. tit. ij. ſi ædes. & l. nemo. ſed in ruſtica etiã ſi non ſint in conſpectu: vt. ĩ. e. l. in tradendis. Accur.

m *Tradendo*. diuerſis.

n *Non poteſt*. & eſt ratio: quia nõ poteſt dici quòd teneat impoſitio ſeruitutis poſtquã tradidit, vel ante: poſt nõ: quia deſiit eſſe dominus eius rei in qua imponere ſeruitutem voluit: & eius cui voluit acquirere. ante nõ: quia ſuæ rei ab alia re ſua nõ poteſt ſeruitus deberi: vt. ĩ. eod. quicquid. & hoc ſi ſimul tradam: vt hîc. ſecus ſi ſeparatim: vt infra eo. ſi cumduas.

o *Poteſt*. vt dixi. ſupra eo. l. j. Accurſius.

p *Si quis partem*. quotam pro indiuiſo.

q *Per partes*. ſcilicet quotas: vt dixi. Accur.

r *Sed nec acquiri*. vt. ſ̃. de ſerui. l. pro parte. & l. vt pomum. in fin.

ſ *Imponere*. vt ſupra de ſeruitu. l. ad certam.

t *Sed fundus*. not. quòd fundus conſtituitur ad arbitrium patrisfamilias: vt hîc, &. ĩ. de leg. j. quod in rerum. §. ſi quis poſt. & infra de verb. ſignifi. l. rectè. in fin. & l. locus. & infra communi diui. l. communi diuidundo. §. j. Idémque in domibus, ſi tamen paries medius ponatur: vt hîc ſubiicit. Accurſius.

u *Medio*. vt infra finium regundorum. l. iiij. §. penult.

x *Accipi debet*. plus facti in domo diuidenda quàm fundo eſt opus: & hac occaſione dic ꝙ refert legetur vel promittatur homo, vel domus, vel fundus: primò tenet indiſtinctè: quia certis finib⁹ circũſcribitur, qui mutari nõ poſſunt: vt. ĩ. de le. ij. Mæuius. §. duobus. In tertio indiſtinctè nõ tenet: quia deriſoriũ, cum facilè nullũ poſſit conſtitui, vel quaſi vt vnus digitus terræ. In domo diſtinguitur, an habeat teſtator domũ, & valet: an non: vt. ĩ. de leg. j. ſi domus. & no. hoc. ĩ. de iur. do. cum poſt. §. gener.

y *Idem efficere*. vt quęramus ſeruitutẽ cõmuni prædio vel domui retẽtę. Sed quomodo potuim⁹ ſimul tradere? ſi enim dicas ſimul id eſt eodẽ momẽto, ſtare nõ poteſt: quia natura nõ permittit: vt ſ̃. de ſta. ho. l. Arethuſa. &. ĩ. de verb. obli. cõtinuus. j. rñ. Si dicas fieri

UNED

fieri ſimul etiã quod fit parũ poſt traditionẽ, maximè inter traditionẽ vnius & alterius: dici poteſt.arg.ↄ.ſi cer.pe.lecta. Sed ſine ſcrupulo poteſt dici ſimul, quãdo tradimus ambo poſſeſſionem per viſum: vt.ↄ.de acqui.poſ.l.quod meo.§.ſi per venditorem.

a *Traditionem*. id eſt legem ſiue pactũ ſeruitutis in traditione appoſitum. alias primum pactum non valet: vt ſ.eo.l.proprium.in fi.

b *Neutris*. no. rem propriã cõmuni non ſeruire, & ecõtra. ſed cõtra. ſ.tit.ↄ.l.ſi cõmuni.in fi. Sol. ibi ſeruitus acquiſita fuit antequã res eſſet cõmunis. quare licèt poſtea fiat cõmunis, nihilominus retinetur. hîc autẽ dicit à principio nõ poſſe imponi. quod verum eſt. Item cõtra. ſ. de ſerui. vrba.prædi. ſed & ſi inter te & me. in prin. vbi etiã conſtitui dicit: ſed illud fit tempore, non autẽ pacto, vel vltima voluntate: vt hîc. Acc.

* H.lo. legit nõ poſſe, ſed malè, veritus ne in Accurſiana tela inciderer, quibus facilè liberamur.l. ſtipulationes non diuiduntur. ↄ de verb. oblig.

*Si in venditione.*] CASVS. Hic. §. quinque dicit. primò vẽdo tibi, & dixi quòd non vendebã caſam liberam: non teneor tradere liberã, imò poſſum eam facere ſeruam dupliciter. id eſt vt mihi vel alij ſeruiat. Secũdò dicit ꝙ ſi dixi me excipere ſeruitutẽ pro Titio: non teneor ſi Titio cõceſſi. ſi autem alij conceſſi, teneor tibi ad intereſſe. Tertiò dicit ꝙ ſi tibi domum vendidi: & cum tibi traderem eam, dixi quòd debet ſeruitu. Titio, poſſum agere ex vendito, vt ſeruitus Titio cõſtituatur. & hæc vera ſunt, ſi eram Titio obligatus: vt quia Titio vendidi ſeruitutem: agam ſimiliter ex vendito vt ſeruitus conſtituatur. Quintò dicit, & hæc vera ſunt ſi eo animo ſeruitutem excepi, vt Titio debeatur. ſi autem timebam ne ſeruitus deberetur Titio, & ideo excepi, dicit quòd ego venditor non poſſum ex vendito agere vt ſeruitus conſtituatur.

c *Si in venditione*. aliàs incipit hîc lex: & aliàs.§

d *Aedes*. id eſt, dixit ſe nolle liberas præſtare.

e *Facere poteſt*. poſt traditionem: non ante. Sed nonne fuit hîc pactum obſcurum? ſed dic vt infra.l.proxi.

f *Scilicet*. proximum tantùm reſtringit.

g *Dixit*. id eſt dixit ſe velle ſeruitutem Titio excipere.

h *Si verò alij*. puta Mæuio.

i *Conceſſerit*. ante traditionem.

k *Tenebitur*. ad intereſſe. ſic infra de act.empt. l. qui per colluſionem: fortè enim grauiore ſeruitute oneratur Mæuius, quàm Titius: vt quia ſuus fundus magis indiget ſeruitute. Ob aliud enim non videtur agi poſſe: vt infra de act.empt.l.fundum. & infra de euic.minor.§.fi.Accurſius.

l *Poſſit*. maximè. Azo. nam ſi non poteſt Titio vendere, vt quia non habeat prædium ſibi proximum: tamen ſibi poterit retinere: vt.d.l.ↄ.de act.emp.fundum. vel ibi in vſufructu. Accur.

m *Agere*. contra emptorem. quaſi dicat ſicut poteſt retinere, ita traditam repetere condictione vel actione ex vendito: vt.ſ. titu.ij. ſi binarum. Vel dic, quod dixit ſupra ſi ſeruitus excepta erat Titio conſtituta, vel creditor obligatus ad conſtituendum, idem ſi neutrum eorum erat: ſed poterat Titio conſtitui ex venditione facienda: vel alio modo, cum venditor domus exciperet ſeruitutem pro Titio. Accurſius.

n *Hoc ita demum*. indubitanter.

Contrahentium mens inſpicienda eſt.

o *Veritus*. id eſt timens. & no. cauſam verborũ & mentem contrahentium inſpiciendã: & non tantùm verborũ ſignificationẽ.

p *Promiſit*. ſcilicet Titio.

traditionem [a] efficacem. Si tamen alteræ vnius propriæ ſint ædes, alteræ communes: neutris [b] ſeruitutem vel adquirere vel imponere me * poſſe, Pomponius libro octauo ex Sabino ſcripſit.

Si aliquis dixerit rem ſibi venditam eſſe ſeruã ſimpliciter, poteſt quam vult ſeruitutẽ imponere: ſecus in reſpectu certæ perſonæ. Itẽ ſecus ſi hoc dixerit dubitans de ſeruitute iam conſtituta. Bart.

Si in venditione [c] quis dixerit ſeruas fore ædes [d] quas vendidit, neceſſe non habet liberas tradere. Quare vel ſuis ædibus eas ſeruas facere poteſt, [e] vel vicino concedere ſeruitutem, ſcilicet [f] ante traditionem. Planè ſi Titio ſeruas fore dixit: [g] ſi quidem Titio ſeruitutem conceſſerit, abſolutum eſt. ſi verò alij [h] conceſſerit, [i] ex empto tenebitur. [k] A quo non abhorret quod Marcellus libro ſexto digeſtorum ſcribit, ſi quis in tradendo dixerit fundum Titio ſeruire, cum ei non ſeruiret, eſſet autẽ obligatus venditor Titio ad ſeruitutem præſtandam: an agere poſſit [l] ex vendito, vt emptor ſeruitutem imponi patiatur prædio quod mercatus eſt. Magiſque putat permittendum agere. Idémque ait & ſi poſſit venditor Titio ſeruitutem vendere, æquè agere [m] permittendum. Hæc ita demum, [n] ſi recipiendæ ſeruitutis gratia id in traditione expreſſum eſt. Cæterum ſi quis (inquit) veritus [o] ne ſeruitus Titio debeatur, ideo hoc excepit, non erit ex vendito B actio, ſi nullam ſeruitutem promiſit. [p]

Qui vult ſeruitutem excipere, debet eam certam excipere.

VII. PAVLVS *libro quinto ad Sabinum.*

IN tradendis vnis [q] ædibus ab eo qui binas habet, [r] ſpecies ſeruitutis [ſ] exprimenda eſt: ne ſi generaliter ſeruire *dictum erit, aut nihil valeat, quia incertum ſit quæ ſeruitus excepta ſit: aut omnis ſeruitus imponi debeat. [t]

C Domus vel prædium medium non impedit ſeruitutem conſtitui ſi poſtea per medium adquiratur. & ſi per medium deſinit, ſeruitus non extinguitur, ſed interpellatur.

Interpoſitis quoque alienis ædibus imponi poteſt, [u] veluti vt altius tollere vel non tollere liceat: vel etiam ſi iter debeatur, vt ita conualeſcat, ſi mediis

A *In tradendis.*] CASVS. Habebam duas domos. aliàs.iiij. vendidi vnã de duabus, vel duas de.iiij. hoc prædicto, vt vendita ſeruiret retentæ. debeo exprimere quæ ſeruitus retineatur. aliàs nulla videtur imponi, vel omnes: vel nil valeat quod actum eſt. [INTERPOSITIS.] Sex dicit. Primò, quòd vna domus poteſt alteri ſeruire in ſeruitu. altius non tollẽdi, etiã ſi quædã domus ſit in medio quæ nõ ſeruiat. Secundò, habeo prædium: & ibi iuxta domum Titij eſt prædiũ Seij, per quod volo quærere ſeruitutẽ itineris ad meũ prędium, licet Titij domus ſit in medio. poſſum, quandiu per eã domũ ſeruitus quæratur. aliàs nõ. Tertiò dicit idẽ ſi ruſtiſticum ſit prędium Titij, quod eſt in medio. Quartò, habeo tria prædia continua: prædium primũ: medium extremũ vẽdo tibi: vel tradidi tibi ex venditione puta. bene poſſum vẽdito tradito imponere ſeruitutem, vt ſeruiat retẽtis: vel ecõtra vt retenta ſeruiant tradito inuito. Quintò adiicit hoc eſſe verũ, vt traditũ poſſim facere ſeruum retento mihi proximo: quia mediũ prædium quod eſt domini dominantis prædij, non impedit ſeruitutem. Sextò ſequitur, quòd ſi alieno vltimũ, id eſt mihi proximum, cui acquiſita fuit ſeruitus, ceſſat ſeruitus: quia medium ei non ſeruit. id eſt emptori: vel ſi mediũ vendo, idem erit, quia medium iam venditum mihi non ſeruit, donec medio imponatur. Viuia.

D q *Vnis*. aliàs binis: & aliàs vnis. Accurſius.

r *Habet*. id eſt retinet, ſi habeas.ſ.binis: & ſic dices quòd quatuor domos habet. ſi autem habes vnis, propriè ſtat verbum habet: & ſic dices quòd habet duas domos.

ſ *Species ſeruitutis*. quam velit retentæ domui quærere, ſiue altius non tollendi, ſiue tigni, vel ſimilis.

t *Debeat*. ſed quod erit horum, quãdo non fuit ſpecificata? quidam quòd ſit nulla. probant hoc ar.ↄ.de teſta. tu.l.duo. &.ↄ.de manu.teſta.cum ex pluribus. &.ↄ.de acquir. here. ſi quis mihi.§. ſed vtrũ. & de iure fiſ.ita fidei.in fin. &.ↄ.ad le.Cor.de Fal.diuus. §.j. &.§.nec generaliter. &.ſ.de procur. Pomp. Quidã hoc, quòd omnis videtur excepta, ſcilicet habilis. probatur. C.de an. excep. l.fin. &.ↄ. pro ſoc.l. actione.§. renuntiare. & in hanc partem inclino: vt.ſ.l.proxi.in princip. Nec ob. quod poſſet dici quòd ſit obſcurum: & ideo contra venditorem interpretandum: quia illud, quando aliquid remanet: hîc autem nil remaneret: vt ar.ↄ. E de re.du.l. quotiens. & hoc quando fuit ſic dictum, eas ſeruire, vel ſeruas fore. Sed quid ſi in numero ſingulari fuit dictũ, ſeruitutem debere? Videtur quòd nulla ſit excepta: vt arg.ↄ.de li. & poſthu.l.ij. maximè quia libertas fauorabilis eſt: vt.ↄ.de re.iur. l.libertas. &.l.quotiens dubia. ſed dico contra, ne res pereat: vt dixi ſupra per.l.de re.du.l.quotiens. Accurſius.

u *Imponi poteſt*. hîc not. duas regulas. Prima, in vrbanis ſeruitutibus mediũ prædiũ, quod non ſeruit, nõ impedit ſeruitutẽ: vt hîc, &.ↄ.tit.j. & ideo. &.l. & ſi fortè. &.ſ.eo.ſi quis duas.§.parui. &.ſ. tit.ij.ſi ædes. &.l.nemo. Secũda eſt, in prædiis ruſticis mediũ prędiũ quod nõ ſeruit, impedit ſeruitutẽ: vt hîc ſubiicit: vt ita demũ conualeſcat. ſ.iter. nam ad ruſticã tantùm refertur: vt.ſ.de ſer.ru. præ.qui ſella.§.ſi.nec mireris ſi ruſtica ſeruit⁹ debetur per prędiũ vrbanũ: quia hoc eſſe poteſt: vt.ↄ.e.l.iter. ſicut ſi aliud ruſticũ eſſet in medio quod ſeruiret: vt hîc ſubiicit. Alij dicũt ꝙ tam in ruſticis quã in vrbanis habet locum hæc regula, vt mediũ prędium

Seruitus ruſtica quãdoque per prędium vrbanum debetur.

impediat.& ſecundũ hoc hãc literã,vt ita,&c.referũt ad vtramq; ſeruitutẽ:& omnia iura quę dicũt ꝙ in remota domo poteſt cõſtitui ſeruitus,intelligũt quãdo etiã mediũ ſeruit.quod non placet:vt.ȷ̃.tit.j.& ſi fortè.vel etiã loquitur hîc in ſeruitute ruſtica. A

a *Aedibus*.ergo & circumcirca erant ædes.ſed dic, in mediis,id eſt in ædibus quæ mediæ inter duo prædia erãt. Vel dic quòd erãt ædes gratia ruſticorũ.

b *Vel tuo*. id eſt,quod tibi trado.

c *Meis*.i.retẽtis ambob⁹,vt differat à ſequẽti.

d *Quod retineam*. ſcilicet ſeruitutem excipiã, & non medio.tamẽ nõ impedit, vt dicit: quia per eum ibo non iure ſeruitutis: ſed quia meũ eſt:vt.ȷ̃.quemad.ſer.amit.ſi cũ ſeruitus.

* eam.

e *Interpellari*.ſed nõ finiri: vt.ſ.tit.j.l.tria.& eſt ratio: quia ſi alienaui medium,remanet mihi ſeruitus in extremo: qua tamẽ vti non poſſum:quia medium prædiũ, quod eſt alterius,impedit:& ecõtra ſi alienaui mihi proximũ, emptor qui habet à me,nõ poterit vti per medium quod non eſt ſuũ: nec ſibi ſeruitutẽ debet.ſed nõne tranſit vel mediũ vel mihi proximũ cũ ſua cauſa:vt.ſ.tit.j.l. via. §. ſi fundus. ergo vt prius vtebar medio, & nũc vtroq; ? Reſpõ.nulla cauſa erat in medio,cum ſuũ prędiũ ſibi ſeruire nõ poterat:vt.ȷ̃.eo.quicquid.

f *Imponatur*.vel recuperetur alienatus.

ædibus [a] ſeruitus poſtea impoſita fuerit: ſicuti per plurium prædia ſeruitus imponi etiam diuerſis tẽporibus poteſt. Quanquam dici poteſt,ſi tria prædia continua habeam,& extremũ tibi tradam,vel tuo [b] vel meis [c] prædiis ſeruitutem adquiri poſſe.ſi verò extremo quod retineam, [d] quia & mediũ meum ſit, ſeruitutem conſiſtere. B Sed ſi rurſus aut id cui adquiſita ſit ſeruitus,aut mediũ alienauero, interpellari [e] eum, * donec medio prædio ſeruitus imponatur. [f]

Si duobus eodem momento diuerſarum rerum fiat traditio,non valet ſeruitus alteri impoſita: ſecus ſi ſeparatim traditur.Barto.

VIII. POMPONIVS *libro octauo ad Sabinum.*

SI cum duas haberem inſulas, duobus eodem momento [g] tradidero, videndũ eſt an ſeruitus C alterutris impoſita valeat: quia [h] alienis quidẽ ædibus nec imponi nec adquiri ſeruitus poteſt. Sed ante traditionem peractam [i] ſuis magis adquirit vel imponit is qui tradit:ideóque valebit ſeruitus.

Vẽdita hereditate ſeruitutes cõfuſa aditione debent reſtitui. Bar.

IX. IDEM *libro decimo ad Sabinum.*

SI ei cuius prædium mihi ſeruiebat, heres extiti,& eam hereditatem tibi vendidi, reſtitui in priſtinum ſtatum ſeruitus debet: D quia id agitur, [k] vt quaſi tu heres videaris extitiſſe.

Venditor rei venditæ debet nominatim ſeruitutẽ imponere:nec valeat exceptio generalis.Bart.

X. VLPIANVS *libro decimo ad Sabinum.*

QVidquid venditor ſeruitutis nomine ſibi recipere vult, nominatim recipi oportet. [l] Nã illa generalis receptio, *Quibus eſt ſeruitus, vtique eſt*, †ad extraneos [m]

SI cum.] CASVS. Habebã duas domos: vnam tibi, aliam Titio vendidi. ſi impoſui ſeruitu. vt aliena ſeruiat alij alienatę domui:valet.ſi vtraq; ſimul,non poſſum:neq; valet ſeruitus.ſi diuerſis temporibus,vt quia prius vẽdidi vnã Titio: & ei impoſui vt alij retẽtæ ſeruiret: & illam retẽtam poſtea tibi vẽdidi:trãſibit ad te cũ ſua cauſa: & valet ſeruitus,& imponi poteſt. Vel dic, quòd eodem momento tibi & Titio tradidi vendidiq;:ſed ſimul vtrique non tradidi,ſed diuerſis temporibus.& impoſui ſeruitutem alij quam prius tradidi.valet ſeruitus.imò & ſimul ſi vendiderit & tradiderit,valet ſeruitus:& ratio probatur in litera.

† Hæc verba ſignificãt & vt eſt. quæ minus pcepta fecerũt vt variis modis caput hoc ſcriptũ ſit.Ant.Aug. lib. 3. ca. 6.

g *Eodem momento*.primò vnam vni:mox alteram alteri:& ſic videtur fieri eodẽ momento:quia ſic fit incõtinenti,ſecundũ Io.& & ſic valet.Vel dic vt dixi.ſ.eo.ſi quis duas.§.item ſi duo. ſcilicet quando iuſtè ſimul tradidi,& non valet.hoc placet: & ſic vtroque caſu non valet:vt in prædicta.l.ſi quis duas.§.duas autem.

h *Quia*. & videtur quòd non.

i *Peractam*.quia vna tantùm erat tradita : altera non.Vel in ipſa traditione vnius.non dico vtriuſque: vt ſupra eo.l.iij.

SI ei.] CASVS Prędiũ tuum meo ſeruiebat.deceſſiſti me hære. inſtituto.ſeruitus eſt extincta.ſed ſi hanc hereditatem poſtea vendidi,debet pati ille emptor hereditatẽ eam de nouo cõſtitui. ſimile per omnia vt habetur in legatario.ſ.de ſeruitu.l. Papinianus.&.ȷ̃.de leg.j.l.legatum eſt.§.fin.&.ȷ̃.de here.vend.l.ij.§.pe.

k *Agitur*.tacitè.ſic.ȷ̃.de here.ven.l.ij.§.pe.&.ſ.de ſer.l. Papin.

QVidquid.] CASVS. Habeo duas domos. vna ab alia ſuſtentatur, alteram puta ſuſtentantẽ vendo hoc pacto,vt ſeruitus ita ſit.certè nihil videor excipere: quia vna non ſeruiebat alteri iure ſeruitutis: cũ & ſi ante eſſet diuerſorũ, cum alteri iure ſeruitutis ſeruiſſet,tamen cum incipiunt eſſe vnius,extinguitur ſeruitus. ideo nominatim oportet imponi ſeruit. Viuianus.

pertinet:ipſi nihil proſpicit venditori ad iura eius conſeruãda.nulla enim habuit: quia nemo ipſe ſibi ſeruitutem debet. [n] Quinimò & ſi debita fuit ſeruitus, deinde dominium rei ſeruientis [o] peruenit ad me, conſequenter dicitur extingui ſeruitutem.

Conceſſa ſeruitute videtur conceſſa omnia ſine quibus quis ſeruitute vti non poteſt:& ſicut quis non poteſt facere contra ſeruitutem, ita nec contra ea quæ ei tacitè accedunt. Bartolus.

XI. POMPONIVS *libro trigenſimotertio ad Sabinum.*

REfectionis gratia accedendi ad ea loca quæ non ſeruiãt, [p] facultas tributa eſt his quibus ſeruitus debetur:quã tamẽ accedere eis ſit neceſſe, niſi in ceſſione ſeruitutis nominatim præfinitum ſit quà accederetur. [q] Et ideo nec ſecundũ [r] riuum,nec ſupra eum, ſi fortè ſub terra aqua ducatur,locum religioſum dominus ſoli facere poteſt: ne ſeruitus intereat. & id verũ eſt. Sed & depreſſurum vel adleuaturũ [ſ] riuum,per quem aquam iure duci [t] poteſtatẽ [u] habes: niſi ſi ne id faceres cautum ſit. Si prope * tuum fundum eſt mihi ius aquã riuo ducere, tacita hæc iura ſequuntur, [x] vt reficere mihi riuum liceat, vt adire quã † proximè poſſim ad reficiendum eum ego, fabriq; mei: item vt ſpatiũ relinquat mihi dominus fundi, quo dextra & ſiniſtra ad riuum adeam: & quo terram, limũ, lapidem, harenã, calcẽ iacere poſſim.

XII. PAVLVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

CVm fundus fundo [y] ſeruit, vendito quoque fundo ſeruitutes ſequuntur. Ædificia quoque fundis, & fundi ædificiis eadem conditione ſeruiunt. [z]

Poteſt quis ſe & ſuos heredes

l *Oportet*. ſic.ȷ̃.de ver. obli.l.quicquid.Acc.

m *Ad extraneos*.ſed videtur quòd nec ad extraneos: vt.ſ.de ſerui. vrba. prædi. l. ſi arborem.§.fi.ſed hoc ſciuit emptor vel per ſe: vel quia venditor dixit ei. vel dic vt ibi.

n *Debet*. vt ſupra titu. ij.in re communi.

o *Seruientis rei*.ſ.totius. aliàs ſecus: vt.ſ.de ſer. vt pomũ.§.fin.& ſi per plurium prędia debeatur, oportet omnia eſſe mea: vt.ſ. titu. j.l. tria.in fin.

REfectionis.] CASVS. Per prædiũ vicini debetur mihi ſeruitus aquæ ducendæ:quæritur ſi velim iter aquæ reficere, vt poſſim ire quatenus opus eſt pro reficiendo ? Et dicit quòd poſſum.

p *Quæ non ſeruiant*.quę ſunt tamen contigua ſeruientium. * per tuum.

q *Qua accederetur*. & non vltra, etiam cauſa refectionis. † quàm proxime.

r *Secundũ*.i.iuxta riuũ.

ſ *Adleuaturum*.id eſt adleuando in altum,& deprimendo hoc.

t *Duci*.aliàs duci:aliàs ducis. Sed videtur ꝙ hæc poteſtas nõ datur huic cui debetur ſeruitus: vt.ȷ̃. de riuis.l.j.§. fin.&.ȷ̃.de iti. actúque priu.l.iij.§.pe.quę ſunt cõtra. Sol. præſumam ſemper actũ vt liceat, vt hîc, niſi contra probetur: & ſic intellige quod hîc ſubiicit. ar.ȷ̃. de iur.do.l.ſed niſi.Vel dic,poteſt ſi domino non noceat, vt hîc: non autem aliàs, vt ibi. arg.ȷ̃.de riuis. l.pe.§.j. Vel dic,poteſt facere ſi ſibi ſunt hæc neceſſaria : non aliàs: vt eo.tit.de riuis,prædicta.l.pe.§.fin.& ſupra proxi.

u *Poteſtatem*.aliud ſi habes ducis.ſi autẽ duci,tunc propriè.Acc.

x *Sequũtur*.no.cui aliquid cõceditur,& ea ſine quib⁹ eſſe nõ poteſt id:vt in ſimili caſu.ȷ̃.de iti.actúq; priu.l.veteres.&.ȷ̃.ti.j.loci. §.ſi quis mihi.&.ſ.in princ.huius.l.& dixi.ſ.de iuriſd.om.iu.l.ij.

CVm fundus.] CASVS.Fundus tuus ſeruiebat meo ruſtico,vel domus tua ſeruiebat fundo meo : vel ecõtra. ſiue ego vendam,ſiue tu tuum : ſemper ſeruitus emptorem ſequitur.Viuia.

y *Fundo*. ſeruiente,vel dominante.

z *Seruiunt*. vt ſupra tit.j.l.via.§.ſi fundus.Accurſius.

VEnditor.] CASVS. Duo prædia habebam iuxta mare.vnum vendo eo pacto appoſito,vt emptor non exerceat piſcationem circa fontem retenti:quæritur an valeat ſeruitus?Et dicitur quòd

UNED

quòd non : quia mare non poteſt ſeruitu. debere: ſed tamen iure pacti, vel ſtipulatione, ſi interceſſit, tenentur paciſcentes obſeruare, & valet pactum. [SI CONSTAT.] In agro tuó erat lapidicina : quæritur, an aliquis te inuito poſſit inde cædere? Et dicitur ꝙ non, niſi alicui talis ſeruitus debeatur, vel taliter ſit cõſuetũ, quę in hoc ſeruetur tam in cędendo, quàm ſalario tibi pręſtando à quolibet cædente, & ſi de hoc ſit conſuetudo. nõ ergo excluditur cædere volens : nec domino aufertur vtilitas ſalarij. Viuianus.

a *Contra eum*. ſcilicet Botroianum, id eſt fontem eius cum eſſet iuxta mare. Accurſius.

† Thynnaria legit hîc Budæus : cum antea legeretur, tignaria. Eſt vero piſcatio thynnaria piſciũ eorũ qui thynni thunnique dicũtur, de quibus Pli. lib. 10. nat. hiſto.

b *Thynnaria*. à piſcium genere ſic dicta : vel quia per tigna quædã ſic exercebatur : & tũc dicit tignaria. Alij habent tertiam literã ſcilicet triariam : & dic ſimiliter à genere piſcium. Accurſius.

c *Exerceatur*. ab emptore : vel dic, à venditore.

d *Priuata*. ſed princeps poteſt : vt ſupra de ſeruitutibus. l. ſeruitutes. §. publico.

* Quantum ad illam materiam, ſcilicet principẽ vel ciuitatẽ nõ poſſe alicui rei ſuæ dominiũ auferre ſine cauſa, eſt. §. iſte ſing. ſecundũ Bar. in proœ ff. in 3. col. circa medium : & magis quã alius qui ſit in mundo.

† Flo. ſolatium. aliàs ſolarium.

e *Succedentium*. noli ita legere, perſonæ ſuccedentium, ſcilicet per. l. ſtipulationis vel vẽditionis obligatur, &c. quia ſingulares ſucceſſores perſonali obligatione non aſtringuntur. ꝉ. ad Trebel. l. j. §. ſi heres. & C. de here. inſtit. l. quotiens. Sed dicas, obligantur perſonæ in ius, ſcilicet hereditariũ iure ſuccedentium : obligantur quidem per legem venditionis, vel per legẽ ſtipulationis : & collige ex hac. l. quia ſi concedã tibi ſeruitutẽ, diſtingue an talẽ per quam publicus vſus non impeditur : & tunc ſaltem ego vel mei heredes non debemus contrauenire : vt. ſ̃. tit. j. l. per fundũ. an per quam impediatur : & tunc etiã ego potero contrauenire : vt. ſ̃. de pactis. l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. Item not. hîc quòd non debet quis contra factum ſuum venire, etiã ſi de iure non tenet : vt. ſ̃. de adop. poſt mortem : &. ſ̃. tit. j. l. per fundum.

f *Ius non eſt*. ſcilicet ſeruitutis. alias nulla eſſet exceptio quæ ſequitur. Accurſius.

g *Conſuetudo*. lex eſt vt nulli dominorum ius ſuum auferatur : vt ſupra. l. proxi. & ſupra de his qui ſui vel alieni iu. ſunt. l. ij. §. dominorum. & C. de pact. l. fin. in fin. cui derogatur : vt hîc. ſic derogatur & alibi, vt ſupra quod cuiuſq; vniuerſi. l. item. j. reſpon. Sed arg. contra. C. quæ ſit lon. conſue. l. conſuetudinis. ſed de his dixi ſupra de legi. & ſenatuſcon. l. de quibus. in fin.

h *Cædere*. ſcilicet cædat.

i *Non aliter hoc faciat*. id eſt cædat, niſi, &c.

k *Salarium*. aliàs ſolarium. & aliàs ſolatium, quòd eſt decima domino : & decima fiſco : vt. C. de metal. l. cuncti. lib. xj. Et not. hîc arg. quòd à principio eſt ſalarium dandum aduocato. ſic. C. de iudi. properandum. §. pe. Accurſius.

l *Intercludatur*. ſcilicet cedentibus.

Salarium à principio aduocato dãdum eſt.

m *Iure*. id eſt occaſione iuris conſuetudinarij.

I*Ter*.] CASVS. Volebas quòd ſeruitu. itineris tibi concederem per domum meam ad tuam : conceſſi vt de die vadas, non de nocte : & dicit quòd bene eſt modus & conſuetudo vt hoc modo ſeruitus conſtituatur : ideóque valebit hoc caſu. Viuianus.

n *Iter*. aliàs item : & aliàs iter : id eſt ſeruitutem nihil, &c. vt hîc, &. ſ̃. de ſeruitu. l. iiij. §. fin. &. ſ̃. eo. in tradendis. §. interpoſitis.

o *Neceſſarium*. per quæ non decet ire de nocte.

obligare ne in certa parte maris piſcari liceat, non tamen erit ſeruitus realis. Bartolus.

XIII. VLPIANVS *libro ſexto Opinionum*.

VEnditor fundi Geroniani fundo Botroiano quem retinebat, legem dederat, ne contra eũ [a] piſcatio thynnaria [b] † exerceatur. [c] Quãuis mari, (quod natura omnibus patet) ſeruitus imponi priuata [d] lege nõ poteſt: quia tamen bona fides cõtractus legẽ ſeruari vẽditionis expoſcit, perſonæ poſſidentiũ, aut in ius eorum ſuccedẽtium, [e] per ſtipulationis vel venditionis legem obligãtur.

Id quod noſtrum eſt, abſque facto noſtro à nobis auferri non poteſt, niſi in contrarium ſit conſuetudo. Bartolus.

Si conſtat * in tuo agro lapidicinas eſſe, inuito te nec priuato nec publico nomine quiſquã lapides cædere poteſt, cui id faciendi ius non: [f] niſi talis conſuetudo [g] in illis lapidicinis cõſiſtat, vt ſi quis voluerit ex his cædere, [h] non aliter hoc faciat [i] niſi prius ſolitum ſalariũ [k] † pro hoc domino præſtet. Ita tamen lapides cædere debet poſtquã ſatisfecerit domino, vt neque vſus neceſſarij lapidis intercludatur, [l] neque commoditas rei iure [m] domino adimatur.

XIIII. IVLIANVS *libro quadrageſimo Digeſtorum*.

ITer [n] nihil prohibet ſic cõſtitui, vt quis interdiu duntaxat eat. quod ferè circa prædia vrbana etiam neceſſarium [o] eſt.

Per eundem locum poteſt ſeruitus pluribus conſtitui. Bartolus.

XV. PAVLVS *libro primo Epitomarum Alfeni Digeſtorum*.

QVi * per certũ † locum iter aut actũ alicui ceſſiſſet, eum pluribus per eundem locum vel iter vel actum cedere poſſe [p] verum eſt : quemadmodum ſi quis vicino ſuas ædes ſeruas feciſſet, nihilo minus aliis quot vellet multis eas ædes ſeruas facere poteſt.

* Coniũge. l. Lucio de aqua quoti.

† Flo. certi.

Seruitus ruſtica & vrbana poteſt ex teſtamento cõſtitui. hoc dicit.

XVI. GAIVS *libro ſecundo Rerum Cottidianarum ſiue Aureorum*.

POteſt etiam in teſtamẽto heredẽ ſuum quis damnare, ne altius ædes ſuas tollat ne luminibus ędium vicinarũ officiat, vel vt patiatur eum tignum in parietem immittere, vel ſtillicidia aduerſus eum habere, vel vt patiatur vicinũ per fundum ſuum vel heredis [q] ire agere, aquámve ex eo ducere.

De eo quod quis precario habet in loco tuo, non eſt locus interdicto de precario : nec ſeruitus videtur impoſita. de eo verò quod precario habet in ſuo loco ſeruiente, habet locum interdictum de precario : & ſi donata fuerit ſeruitus, videtur remiſſa. Bart.

XVII. PAPINIANVS *libro ſeptimo Quæſtionum*.

SI precariò [r] vicinus in tuo [ſ] maceriam duxerit, interdicto quod precario habet, agi non poterit : [t] nec maceria poſita donatio ſeruitutis perfecta intellegetur : [u] nec vtiliter intendetur ius ſibi eſſe inuito te [x] ædificatum habere : cum ædificium ſoli conditionem ſecutum [y] inutilem faciat intentionem. [z] Cæterùm

Q*Vi per certũ*.] CASVS. Conſtitui tibi ſeruitutem per agrum meum. poſſum alij & pluribus concedere ſi volo idem in domo. Viuianus.

p *Poſſe*. ita tamen, vt potior ſit cauſa prioris, vt non impediatur à poſterioribus : vt infra de aqua quo. & æſti. l. Lucio. & ſupra titu. j. l. per quem. & l. ij. §. fi. Accurſius.

q P*oteſt etiam*. *Vel heredis*. ſic & inſtitu. eo. §. fin. ſiue credat ſuam, ſiue ſciat heredis : licèt ſecus in re aliena nõ heredis. ſunt enim, &c. vt infra de lega. ij. l. vnum ex. §. ſi rem. & de manu. teſta. ſi quis ita. §. j. Accur.

S*I*.] CASVS. Tres ponit caſus hæc. l. Primò conceſſi vt ad præſens quoſdam lapides poneres in area mea. nunc volo vt remoueas. quæritur an ad hæc poſſim te cogere. Et dicit quòd nõ habeo interdictum de precario : quia habet locum quãdo conceſſi precario. Item nec videor conſtituiſſe ſeruitu. Item nec poteſt ille cui conceſſi, ædificare me inuito : ſed mea auctoritate eum deiiciam. Secũdus eſt: conceſſi tibi ponere lapides in loco mihi ſeruiente : an videor ſeruitu. remittere? Et dicitur quòd non. & agam interdicto de precario, vt remoueas. Tertiò & retento eodem caſu : ſi conceſſi animo donandi ſeruit. ſeruitus tollitur, nec interdicto nec alio iure agam vt tollas.

r *Si precario*. tres ponit caſus hæc lex. Primus, quando in tuo precario conceſſiſti vicino habere maceriam. Secundus, quando in ſuo loco tamen qui tibi ſeruiebat, non autem animo remittendæ ſeruitutis. Tertiò, quando animo remittendæ. Accurſius.

ſ *In tuo*. ſcilicet ſolo : cum nullam debeat ſeruitutem. ſed nec ob hoc videris conceſſiſſe : vt ſubiicit, nec maceria, &c. Et eſt maceria paries vel murus de lapidibus ſine cæmento, vt infra de verb. ſignifi. l. paries.

Maceria quid eſt.

t *Agi non poteſt*. vt maceria remoueatur. & eſt ratio : quia ipſe qui proponit interdictum, habet penes ſe quod precario dedit : non autem habet qui rogauit. quod eſt neceſſe vt hoc interdictum locum habeat : vt. ꝉ. de preca. l. quæſitum. §. j. ibi, attamen, &c. Quid ergo poterit facere? Reſpon. ſua auctoritate remouere poteſt, vt infra ad. l. Aquil. quemadmodnm. §. ij.

u *Intelligitur*. id eſt conſtitutio ſeruitutis ex cauſa donationis.

x *Inuito te*. ſi ex maceria in tuo ædificat.

y *Secutum*. vt. C. de ædi. pri. l. ſi is contra quẽ. & C. de rei vin. l. ij.

z *Faciat intentionem*. vtrámque, ſcilicet domini proponentis interdictum : & huius qui precario poſuit maceriam, confeſſoriam intentantis.

ſi in ſuo maceriam precario [a] qui ſeruitutē tibi debuit duxerit, neque libertas vſucapietur: [b] & interdicto quod precario habet, vtiliter cum eo agetur. Quod ſi donationis cauſa permiſeris, [c] hoc interdicto agere non poteris, & ſeruitus donatione tollitur.

Si plures domini ſeparatim ſeruitutem conſtituunt, nouiſſima conſtitutione ſeruitus confirmatur, niſi mutatio contigerit in perſona conſtituentis, vel adquirentis, vel alterius ex ſociis. Barto.

XVIII. PAVLVS *libro primo Manualium.*

Receptum eſt, [d] vt plures domini & non pariter cedētes, ſeruitutes imponāt vel adquirāt: vt tamē ex nouiſſimo actu etiam ſuperiores confirmentur, perindéq; ſit atq; ſi eodem tempore [e] omnes ceſſiſſent. Et ideo ſi is qui primus ceſſit, vel defunctus ſit, vel alio genere vel alio modo partem ſuam alienauerit, poſt deinde ſocius ceſſerit, nihil agetur. [f] Cum enim poſtremus cedat, non retro adquiri ſeruitus videtur, ſed perinde habetur atq; ſi pòſt cum poſtremus cedat, omnes ceſſiſſent. [g] Igitur rurſus hic actus pendebit, donec nouus ſocius [h] cedat. Idē iuris eſt [i] & ſi vni ex dominis cedatur: deinde in perſona ſocij aliquid horum acciderit. [k] Ergo & ex diuerſo, ſi ei qui nō ceſſit, [l] aliquid tale eorū contigerit, **B** ex integro omnes cedere debebūt. Tantū enim [m] tēpus eis remiſſum eſt, quo dare facere poſſunt, [n] vel [o] diuerſis temporibus poſſint: & ideo [p] nō poteſt vni [q] vel vnus [r] cedere. Idémq; dicendū [ſ] eſt & ſi alter cedat, [t] alter leget ſeruitutes. [u] Nam ſi omnes ſocij legent ſeruitutes, & pariter eorū adeatur hereditas, poteſt dici vtile eſſe legatū: ſi diuerſis tēporibus, inutiliter dies legati cedit: nec enim ſicut viuentium, [x] ita & defunctorū [y] **C** actus ſuſpendi receptum [z] eſt.

## SI SERVITVS VINdicetur, vel ad alium pertinere negetur.

## TITVLVS V.

[a] *Precario.* cum tamen nolles remittere ſeruitutē. quod patet eo ipſo quòd precario dabas. ſecus ſi non hoc patet: quia remittere videris: vt. j. quemad. ſer. am. ſi ſtillicidij. in prin. quæ eſt contra.

[b] *Vſucapietur.* quia malā fidem vel ſcientiā ſeruitutis habet: vt. j. quemad. ſer. amit. l. fi. & C. de præſcrip. lon. temp. quæ pro li. l. ij.

[c] *Permiſeris.* ſcilicet ponere maceriam in loco ſeruiente.

*Receptum.*] CASVS. Ponit regulam, ꝙ ſi duo vel plures ſumus domini alicuius prædij, & volumus ei imponere ſeruit. quòd poſſumus etiā ſi diuerſis tēporibus imponatur: & poſtea valet ſeruitutis impoſitio: vt vltima cōfirmet primā vel plures. idē contra ſi volumus prędio communi quærere ſeruitutē, diuerſis tēporibus imponere poſſumus, vt per acquiſitionē vltimi cōfirmetur prima. Secundò, deceſſi: heredes reliqui: vel etiā vēdidi partē mei fundi: quęritur an ceſſio ſocij cōfirmetur? Et dicit ꝙ non: quoniā quia tantùm prima ad vltimā trahitur: & nō inuenitur hîc prima quæ poſſit cōfirmari tunc quādo fit vltima: ideo pendebit donec nouus ſocius ceſſerit. Tertiò ponit ꝙ acquiſiui ſeruit. prædio cōmuni: & antequam ſocius quærat, deceſſit: vel etiā ſuam partem vendidit. certè expectatur acquiſitio cohęredis eius, vel emptoris. Quartò econtra, ſi ego impoſui ſeruitutē prædio cōmuni: & antequā ſocius meus imponat (& ſic confirmet meā impoſitionē) decedit: vel etiam partem vēdidit. Et dicitur ꝙ expectatur ꝙ coheres vel emptor cedat: vt mea cōfirmetur ceſſio: hęc enim eſt cōceſſa impoſitione ſeruitutis: vel acquiſitione ſeruitutis cōmunis cōmuni prædio: vt ſic in diuerſis tēporibus poſſit fieri: non autem vt altera ceſſio trahatur ad primā: ſed prima ad vltimā. Quintò dicit idem eſſe vbi prima ad vltimā trahitur: etiā in hoc caſu. Item ſi cōceſſi, deinde ſocius meus leget ſeruit. ex cōmuni prædio diuerſis tēporibus. quæritur an per vltimā confirmetur prima. Et diſting. aut eodē tēpore aditur hereditas, & nihilominus valet. aut nō: & tunc nō valet. & redditur ratio: quia actus, &c. Viuia.

[d] *Receptum eſt.* ſcilicet à iure: vt ſupra tit. j. per fundum.

*Præteritum quandoque ad præſens trahitur.*

[e] *Eodem tempore.* id eſt eo tempore quo poſtremus cedit: vt ſupra de offi. procon. l. iiij. §. fin. Et ſic præteritum trahitur ad præſens: vt arg. infra de mil. teſta. l. tribunus. §. cum aliquis. & plenè dixi ſupra tit. j. l. per fundum. Accurſius.

[f] *Nihil agetur.* ſed ſi mortuus eſt cedens, nonne heres eius tenetur habere ratum quod fecit defunctus: vt ſupra eo. venditor? Reſpon. ſic: ſed ob hoc non confirmatur ceſſio prima, vt ſit ſeruitus: licèt prohiberi non valeat. Accurſius.

[g] *Ceſſiſſent.* ſcilicet priores domini. ſed ipſi nunc cedere nō poſſunt, vel quia alienauerunt partes vendendo: vel quia mortui ſunt. ergo eorum ceſſiones inutiles factæ ſunt.

[h] *Socius.* ſcilicet emptor, vel heres eius.

[i] *Idē iuris eſt.* vt prima ad vltimā trahatur, & ponit caſum ecōtra.

[k] *Acciderit.* vt quia is cui facta ceſſio non eſt, deſiit eſſe dominus. pendet enim facta ceſſione, donec dominis nouis cedatur. Et quod dicit, aliquid horum: dic, vt quia moriatur, vel vendat.

*Statutū in aliquo, in ſibi ſimili ſtatuēdum eſt.*

[l] *Non ceſſit.* & qui hodie viuit: ſed omnes de nouo facti domini: vt dixi in ſimili caſu. ſ. proxi. ibi, donec ſocius nouus, &c. Et ex eo quod dicit hîc, ergo & ex diuerſo, &c. not. arg. quòd ſi aliquid in aliquo ſtatuitur: & idem in eo quod ei eſt ſimile, ſtatuēdum eſt. ſic. j. de noxa. electio. §. ſi is quem. & . j. de præſcrip. ver. naturalis. §. ſed ſi facio. & . j. depo. l. j. § in conducto.

[m] *Tantum enim.* duobus modis expone. vel tātum tempus, id eſt ſufficiens vt vel ſimul vel diuerſis temporibus fiat ceſſio: & ſic plana. Secundò, tantum tempus, id eſt ſolum hoc eſt conceſſum **A** à iure vt ſimul vel diuerſis temporibus poſſit fieri ceſſio: non autem vt vltima trahatur ad primam. & ſecundum primum dictio tantum, eſt adiectiuum. ſecundum alium, ſubſtantiuum.

[n] *Facere poſſunt.* id eſt ſeruitutem conſtituere per patientiam.

[o] *Vel.* pro etiam.

[p] *Et ideo.* quia nō valet ceſſio, niſi per vltimam confirmetur: ideo. &c.

[q] *Vni.* hoc in acquirendo.

[r] *Vel vnus.* in opponendo.

[ſ] *Idémque dicendū.* ſcilicet vt nō valeat prior ceſſio, niſi omnes heredes legantis de nouo conſentiant. nam qui non ceſſit, ſed legauit: morte deſiit eſſe dominus. Alij dicunt idem, ſcilicet vt valeat: quia legando videtur cedere: licèt ſeruitus nō ſit adhuc: ſed demū hereditate adita. nam ſi nō fingeretur ſic ceſſiſſe: oporteret eius heredē de nouo cedere: vt. ſ. ea. l. j. reſpō. Secus autē ſi prius legauit, cū poſtea ceditur, ſcilicet poſt aditā hereditatem. nec enim actus, &c. vt ſubiicit in ſimili caſu.

[t] *Cedat.* ſcilicet prius, qui & viuit.

[u] *Seruitutes.* eidem.

*Actus viuorū ſuſpēdi poſſunt.*

[x] *Viuentium.* actus viuorum ſuſpendi poſſunt, vt multis patet exemplis. Primo. ſ. de ſerui. ruſti. prędi. per fundum. & . ſ. hac. l. in princ. Item inſtit. qui. mo. ius pa. po. ſol. §. ſi ab hoſtibus. & . j. de vulg. ſub. l. lex Cornelia. Item in qualibet cōditionali obligatione. ſed non ſic in iudicio: vt. ſ. de iudi. l. non quemadmodum.

[y] *Defunctorum.* imò ecōtra videtur plus ſuſpēdi actus defunctorum: nam nec ſeruitus valet ante aditā hereditatē: vt. j. de ſeru. le. l. iij. quare quod hîc dicitur, intellige ex quo ceſſit legatū: nā **D** aut ſtatim valet: aut non: vt. j. de leg. ij. cum filius. §. ſeruus. Azo. & eodem modo reſpon. j. de don. cau. mor. l. ij. in fi. quia ibi ſtatim valet donatio, licèt dominij trāſlatio differatur: vt ibi dicit.

[z] *Receptum.* refert ergo an cedant omnes inter viuos vel acquirant etiam diuerſis temporibus: & tunc valent, & primæ ſuſpenduntur vſque ad vltimum. an omnes conſortes cedant in vltima voluntate: & tunc ſi omnium ſimul adeatur hereditas: valet. ſi verò diuerſis temporibus: nō. & eſt ratio: quia actus morientiū, &c. Cum verò vnus conſortum cedat inter viuos, alius in vltima voluntate: refert quis prius. nam ſi ceſſio inter viuos fiat prius, cōfirmatur per ſequentē: & ſuſpēditur ſiue expectat eam. ſi prius per vltimā voluntatē, & poſt aditā hereditatē legantis alius cedat inter viuos, non valet: quia prius non poteſt ſuſpēdi: nec expectare ſequentē. & eſt ratio: quia actus morientium, &c. Fran. *Additio.*

SI SERVITVS VINDICETVR, vel ad alium pertinere negetur.

**E** *Dictum eſt. ſ. de prædialibus ſeruitutibus. ſed quia parum eſſet ſeruitutē habere, niſi eius nomine poſſet inſtitui actio: ideo de actionibus nomine ſeruitutum, vel occaſione ſeruitutū cōpetentibus videamus: ſcilicet quæ cōpetant, quod dic vt. j. eo. l. 2. in prin. & . §. Pomp. & . §. hoc interdicto. & . l. ſicuti. §. Ariſto. & de itine. actúque pri. l. 1. in princ. Quibus & in quos dentur, & quanto tempore durent, dic vt not. in ſumma. C. de vſufruct. Item quid veniat, & quod ſit in eis iudi. offic. dic vt. ſ. eod. l. loci. §. in confeſſoria. & l. & ſi forte. § fin. & . l. harum. & . l. egi. Accurſius.*

*Vt de vſufructu, ita de iure prædiorum duæ actiones ſunt, Confeſſoria, id eſt vindicatio ſeruitutis, & Negatoria quæ ſeruitutem negat, libertatem adſerit. Legitimæ actiones. l. ſciendū, de operis noui nuntiatione. Et aliæ figura verborū confeſſoriæ, veluti ius eſſe ædes altius tollere iure naturali, vt ipſa negatoriæ, aliæ vi & verbis confeſſoriæ, veluti ius eſſe ædes altius tollere iure impoſititio, vel ire agere. Rurſus aliæ negatoriæ figura verborū, vi ipſa confeſſoriæ, veluti non eſſe ius altius tollere, aliæ negatoriæ tam verbis quàm poteſtate, veluti ius non eſſe ire agere. Cuiacius.*

*Actiones.*

Ctiones.] CASVS. Actio cõpetit ꝓ ſeruitute ei qui dominus eſt prædij cui ſeruitus debetur. etiã nõ domino datur, quando ad ſepulchrum debetur, neque alienũ prædiũ eſt: nam ſepulchrũ in bonis nullius eſt, & ideo nullius eſt: & tamen actio datur pro ſeruitute. Viuianus. A

a *Prædia ſunt.* quibus ſeruitur.

b *Atquin.* i. ſed tamẽ.

c *Vindicare.* in ſe tamẽ non recipit ſeruitutes: vt ſupra tit. j. l. iiij. Accurſius.

* Extit. de petit hered. vide. l. & nõ titum. §. ſeruitutes. eo. tit.

DE ſeruitutibus.] CASVS. Dico me habere ſeruitutẽ ex prædio tuo ad meũ, pro illa ſeruitute petẽda habeo actionem cõfeſſoriam. Item ſi tu negas ſeruitutem mihi debere, cõpetit tibi negatoria actio. Hæc autẽ cõfeſſoria competit ſoli domino prædij dominantis, & nulli alij. Sed pone ꝙ legaſti mihi vſumfr. certè oportet ꝙ habeam iter per aliud prædium ibi iuxta poſitũ. & iſtud iter non eſt vt ſeruitus, ſed cõmoditas quędã. ſed ſi prędio in quo habeo vſumfr. debetur, vtar pro ſeruitute in prædio tuo, quaſi debeatᷣ: nõ quaſi mihi debita ſit. [POMPONIVS.] Habeo vſumfr. in fundo: & vſus ſum itinere gratia vſuſfru. xxx. vicibus. agere potero de itinere actúque priuato. nam ſufficit me probare ſatis de facto. xxx. vicibus iuiſſe. Sed ſi volo agere cõfeſſoria, oporteret me probare ſeruitutem de iure mihi cõpetere. ſed probat ꝙ fructuario cõpetit interdictũ, vt dixi: quia ſi teſtator mihi legauit vſumfr. & vſus ſum itinere ꝓ fundo. xxx. vicibus, competit mihi legatario. Item ſi venditor fundi fuit vſus, cõpetit emptori: ſiue totum ſiue partem fundi emerit. ergo multo magis competit fructuario pro ſuo proprio vſu. Viuianus. D

d *Vſumfructũ.* patet ergo ꝙ primo circa vſumfructũ huiuſmodi actiones inuẽtæ ſunt, q̃ circa has ſeruitutes: vt. s̃. ſi vſusfru. pe. l. j.

e *Qui negat.* & eſt officiũ iudicis in confeſſoria, ſcilicet vt poſſeſſor iubeatur præſtare patientiã actori, vt ſeruitute vtatur: & de hoc ipſo etiã cautio exponitur. & ecõtra in negatoria eſt eius officiũ vt iubeat ne ille inquietetur ratione ſeruitutis qui in negatoria obtinet, & de hoc ipſo cautio exponitur: vt. j̃. eo. l. harũ. & l. egi. Itẽ quare dicitur cõfeſſoria, & quare negatoria? Reſpon. ſecundũ P. quia prima affirmatiuis, ſecũda negatiuis verbis ꝓponitur. quod falſum eſt: vt patet in ſeruitute altius non tollẽdi: vt inſti. de act. §. æquè. Sed magis ſenſu inſpecto hæc nomina ſunt impoſita. Item no. quod dixit idẽ Placẽ. ꝙ negatoria non habet locũ niſi ſeruitꝰ quãdoq; cõpetiit: & poſtea eſt amiſſa remiſſione, vel tẽpore interueniente. Sed nos contra. nã licèt publico loco interueniẽte ſeruitus aquæductꝰ eſſe nõ poſſit: vt. s̃. de ſer. l. ſeruitutes. §. publico. tamẽ cõpetit negatoria, vt. j̃. eo. fiſtulas. & l. ſicut. j. reſpon. Itẽ gñaliter dicit hæc lex, negãti negatoriã dari: generaliter ergo intelligatᷣ, vt. s̃. de ſer. vrba. prædio. l. ſi ſeruitus. E

f *Fundi.* dominantis.

g *Vindicare poteſt.* ſcilicet iure directo, ſed vtili ſic. datur enim vtilis etiã creditori: vt. s̃. de ſerui. l. ei qui. Itẽ vſufructuario, vt j̃. de remiſ. l. j. §. idẽ Iuli. Itẽ ſuperficiario, vt. j̃. de ſuperfi. l. j. §. fi. Item bo. fi. emptori: vt ar. j̃. de pigno. l. ſi ab eo. cui fructuario etiam Publiciana datur, vt arg. s̃. de Publi. l. ſi ego. §. j.

h *Rectè conſtitueret.* ſcilicet coactus poſt conceſſionem vſusfru. Vel dic, id eſt prout ipſe paterfami. pro ſe cõſtituebat, vt ſupra de ſer. vrba. prædi. l. Olympico. & hîc non vt ſeruitus, ſed acceſſio. & hoc ſubiicit: namque &c. Accur.

I. VLPIANVS *libro quartodecimo ad Edictum.*

ACtiones * de ſeruitutibus ruſticis ſiue vrbanis, eorum ſunt, quorũ prędia ſunt. [a] Sepulchra autem noſtri dominij nõ ſunt: atquin [b] viam ad ſepulchrum poſſumus vindicare. [c]

Confeſſoria, & negatoria, competit domino, non alij. Bar.

II. IDEM *libro ſeptimodecimo ad Edictum.*

DE ſeruitutibus in rem actiones competunt nobis ad exemplum earum quæ ad vſumfructum [d] pertinent, tam confeſſoria, quàm negatoria: cõfeſſoria ei, qui ſeruitutes ſibi competere cõtendit: negatoria domino qui negat. [e] Hæc autẽ in rem actio confeſſoria nulli alij quàm domino fundi [f] competit. Seruitutẽ enim nemo vindicare poteſt, [g] quàm is qui dominium in fundo vicino habet, cui ſeruitutẽ dicit deberi. C

Fructuarius habet facultatẽ eundi per fundũ domini per quẽ ibat dominus non iure ſeruitutis. Bar.

Rectè Neratius ſcribit, ſi medij loci vſusfructus legetur, iter quoque ſequi: per ea ſcilicet loca fundi, per quæ qui vſumfructum ceſſit, conſtitueret, [h] quatenus eſt ad fruendum neceſſariũ. Nanq; ſciẽdum eſt, iter quod fruendi gratia fructuario præſtatur, [i] nõ eſſe ſeruitutem. Neque enim poteſt ſoli fructuario ſeruitus deberi: ſed ſi fundo debeatur, & ipſe fructuarius ea vtetur. [k] B

i *Præſtatur.* ſcilicet nunquam hoc vel alio caſu.

k *Vtetur.* nõ tamẽ ſeruitutẽ vindicare poteſt directo: ſed vtiliter poteſt: vt s̃. ſi vſusfr. pe. l. j. & l. pe. & diximꝰ s̃. ꝓx. Vel dic vt. d. l. j.

l *Interdicto.* ſcilicet primo. duo enim ſunt, vt ſtatim dices.

m *Vſus.* ſcilicet triginta diebus: vt ſtatim dices.

Fructuario competit iudicium poſſeſſorium pro ſeruitute, ſicut domino. Bar.

Pomponius dicit, fructuarium interdicto [l] de itinere vti poſſe, ſi hoc anno vſus [m] eſt. alibi enim de iure, [n] id eſt in cõfeſſoria actione: alibi de facto, vt in hoc interdicto, [o] quæritur. quod & Iulianus libro quadragenſimooctauo Digeſtorum ſcribit. Pro ſentẽtia Iuliani [p] facit quod Labeo ſcribit, etiam ſi teſtator vſus ſit qui legauit vſumfructum, debere vtile interdictum fructuario dari: quemadmodum heredi vel emptori competunt hæc interdicta. [q]

n *De iure.* ſ. an ei qui agit debeatur ſeruitus. vel eius fundo, quę ſoli domino debetur: vt. s̃. eo. §. hęc autem. ſed cũ vtile interdictũ detur, vt hîc ſubiicit, & vtilis actio ꝓ ſeruitute: quid refert de iure vel de facto agatur? Reſpõ. pro facto ſuo habet directum interdictum: pro facto auctoris vtile: vt hîc ſubiicit. Vel dic, ibi vtile, id eſt efficax.

o *Interdicto.* ſcilicet primo de itinere actúque priua. Sunt enim duo eius capita: primũ, quo quęritur ſolùm an eo anno fuerit vſus modico tẽpore, id eſt triginta diebꝰ: vt. j̃. de iti. actúq; pri. l. j. ĩ princ. & §. hoc interdicto. ſecũdo agitur de itinere reficiẽdo: & differt à primo: quia ĩ ſecũdo duo debet ꝓbare actor, ſcilicet ſeruitutẽ ſibi competere: & ſe vſum: vt dictum eſt, vt. j̃. de iti. actúque priua. l. iij. §. hoc autem. an autem hoc ſecundum interdictũ fructuario detur? Reſpond. vtile vt confeſſoria.

p *Pro ſententia Iuliani.* vt fructuarius habeat interdictum.

III. IDEM *libro ſeptuagenſimo ad Edictum.*

SEd & ſi partem fundi quis emerit, idem dicendum eſt. [r]

IIII. IDEM *libro ſeptimodecimo ad Edictum.*

q *Interdicta.* de itine. actúque pri. & ex ſecundo capite, ſi vſus fuit teſtator vel venditor. Accur.

r SEd & ſi. Dicendum eſt. vt emptor vtile habeat interdictũ. nã & ſeruitus fundo debita competit etiã partis emptori: vt. s̃. de ſerui. ruſti. præd. l. via. §. quæcunque. vnde non mirum ſi detur fructuario, cum vſusfructus ſit pars dominij.

LOci.] CASVS. Si aliquis concedat mihi ſeruitu. ſiue ruſticã, ſiue vrbanam, non propter hoc dominium loci ſeruientis tranſit ad me: ſed ego cui ſeruitus eundi debetur, habeo ius eundi. [QVI ITER.] Si habeo iter, vel actum tantùm, vel iter tantùm: quia ita fuit actum in ſeruitute conſtituẽda: habeo act. confeſſoriam: & vti potero confeſſoria. [IN CONFESSORIA.] In confeſſoria veniunt fructus intereſſe illius cui ſeruitus debetur. Item in act. ſimiliter veniunt fructus intereſſe qui negat ſeruitutem deberi. [SI FVNDVS.] Plures ſumus domini prædij dominantis. cuiq; noſtrum datur inſolidum actio cõfeſſoria: & vnius lucrum alteri non prodeſt: licèt victoria proſit in ſeruitute obtinẽda. ſed per pactũ nõ poteſt acquiri per vnum, niſi & alij acquiratur. veruntamen licèt ad ſeruitutem inſolidũ agamus: ſi tamen ſeruitus non præſtatur, ad intereſſe agitur: niſi plus quàm cuiuſque intereſt, aliquis noſtrum cõſequitur. Idem econtra ſi fundi pluriũ dicuntur ſeruire: quia contra quemlibet inſolidum cuilibet confeſſoria inſolidum datur. [SI QVIS.] Viam mihi debebas per agrũ tuum. licèt non prohibebas me ire per agrũ tuum, ſed reficere, potero agere act. confeſſoria ad reficiendum. idem ſi volo reficere, & non permittas: ago ex interdicto de itine. actúq; pri. ex ſecũdo capite, ſi in eo loco volo reficere. ſi verò quis ſtatuere velit quod non licet: niſi actũ fuiſſet in imponẽdo ſeruitutẽ, nõ ago impeditus. [COMPETIT.] Domus mea debet ſeruitu. altius non tollẽdi duabus aliis domibus: & ab vna liberata eſt. volo domum meã altius tollere. ille impedit me cui ſeruitutem nõ debeo, id eſt à quo liberata eſt domus mea. alter verò cui debet, nõ impedit me. agã quidem negatoria cõtra illũ qui me impedit: & à quo liberata eſt domus mea. Viu.

LOci corpus[a] † non eſt domini ipſius cui ſeruitꝰ debetur: ſed ius eundi habet.[b] Qui iter ſine actu, vel actum ſine itinere[c] habet, actione de ſeruitute vtetur.

In confeſſoria & negatoria habetur ratio intereſſe agentis. Bar.

In confeſſoria actione quæ de ſeruitute mouetur, fructus etiam veniunt.[d] Sed videamus qui eſſe fructus ſeruitutis poſſunt. Et eſt verius id demum fructuum nomine computandum, ſi quid ſit quod interſit agentis ſeruitute nõ prohiberi.[e] Sed & in negatoria actione (vt Labeo ait) fructus cõputantur, quanti intereſt petitoris non vti[f] fundi ſui itinere aduerſarium. Et hanc ſententiam & Pomponius[g] probat.

C Hæ actiones competunt cuilibet contra quemlibet ex dominis inſolidum. ſed ſi deuenitur ad intereſſe, habetur reſpectus ad intereſſe agentis. Bar.

Si fundus cui iter debetur plurium ſit, vnicuique inſolidum cõpetit actio. & ita & Pomponius libro quadrageſimoprimo ſcribit. ſed in æſtimationẽ[h] id quod intereſt veniet, ſcilicet quod eius intereſt qui experietur. Itaque de iure[i] quidem ipſo ſinguli experiẽtur:[k] & victoria & * aliis proderit:[l] æſtimatio autem ad id quod eius intereſt reuocabitur: quamuis per vnum adquiri ſeruitus non poſſit.[m] Sed & ſi duorum fundus ſit qui ſeruit, aduerſus vnumquemque poterit ita agi.[n] & (vt Pomponius libro eodem ſcribit) quiſquis defendit, ſolidum debet reſtituere: quia diuiſionem hæc res non recipit.

Confeſſoria competit contra eum qui refectionem impedit: ſicut contra eum qui ſeruitutem denegat. Bartolus.

E Si quis mihi itineris vel actus vel viæ controuerſiam nõ faciat, ſed reficere, ſternere non patiatur, Pomponius libro eodem ſcribit, confeſſoria actione mihi vtendum. Nam & ſi arborem impendentem[o] habeat vicinus, qua * viam vel iter inuium vel inhabile facit, Marcellus quoque apud Iulianum notat iter petendum,[p] vel viam vindicandam. Sed de refectione viæ & interdicto vti poſſumus quod de itinere[q] actúque reficiẽdo competit: non tamen[r] ſi ſilice quis ſternere velit: niſi nominatim id cõuenit.[ſ] Sed & de hauſtu quia ſeruitus eſt competunt nobis in

B rem actiones.

Non poteſt quis excipere de iure tertij, quod nõ eſt excluſiuum iuris agentis. Bar.

Competit autem de ſeruitute actio domino ædificij negãti ſeruitutem ſe vicino debere, cuius ædes[t] non in totum liberæ ſunt, ſed ei cum quo agitur, ſeruitutẽ non debent. verbi gratia: habeo ædes quibus ſunt vicinæ Seianæ & Sempronianæ. Sempronianis ſeruitutem debeo. aduerſus dominum Seianarum volo experiri altius me tollere prohibentem. in rem actione[u] experiar. licèt enim ſeruiant ædes meæ,[x] ei tamen cum quo agitur, non ſeruiunt. Hoc igitur intendo, habere me ius altius[y] tollẽdi inuito eo cum quo ago. quantum enim ad eum pertinet, liberas ædes habeo.[z]

Media domus depreſſa non impedit ſeruitutem deberi: ſed media eleuata, ſeruitus interpellatur quoad eleuata ſteterit. Bar.

D Si cui omnino altius tollere nõ liceat,[a] aduerſus eum rectè agetur[b] ius ei non eſſe tollere. Hęc ſeruitus[c] & ei qui vlteriores ædes habet, deberi poterit.

V. PAVLVS *libro vicenſimoprimo ad Edictum.*

ET ideo ſi inter meas & Titij ædes tuæ[d] ædes intercedant, poſſum Titij ædibus[e] ſeruitutem imponere, ne liceat ei altius tollere: licèt tuis[f] non imponatur: quia donec tu non extollis,[g] eſt vtilitas ſeruitutis.

VI. VLPIANVS *libro ſeptimodecimo ad Edictum.*

ET ſi fortè qui medius eſt, quia ſeruitutem non debebat, altius extulerit ædificia ſua, vt iam ego[h] non videar luminibus tuis obſtaturus ſi ædificauero: fruſtra intendes ius mihi non eſſe ita ædificatum habere inuito te. ſed ſi

a *Corpus*. quod ſcilicet ſeruit.
b *Eundi habet*. vt ſupra de ſerui. ruſti. prædio. l. qui duo.
c *Itinere*. quod eſt ſeruitus. nam iter & actus ſunt diuerſæ ſeruitutes: nec vna eſt alia: vt. ĵ. de adi. leg. l. j. qui tamẽ habet actũ, habet cõmoditatẽ itineris: vt. ſ̃. de ſeru. ruſt. præ. l. j. & de ſeruit. vr. præ. l. fin. Vel dicas hîc habere vnum ſine alio indubitanter, etiã quo ad cõmodum: vt quia ſic in conſtituenda ſeruitute fuit actum: vt vel ſolus tantùm iret: vel tantùm cum ſocio: vel cum equo vel vehiculo tantùm. Adeo autem ſunt diuerſæ ſeruitutes iter & actus, vt ſi primò petij iter & amiſi, nihilominus petam actum: vt infra de exce. rei iud. l. ſi mater. §. ſi quis iter. Accur.

† Limita hanc l. ſecũdũ Baldum dũ vult illũ non habere dominium qui habet ſeruitutem. dic hoc verũ habita relatione ad corpus: ſed ad ipſum ius bene habet dominiũ ſui iuris: facit. l. 3. ſi vſusfru. pet. ſupra.

d *Veniunt*. ſic & in ea quæ pro vſufructu: vt ſupra ſi vſusfruct. pet. l. vti frui. §. in his. &. §. pen. &. §. fin. & no. fructus, & non vſumfructum debet: ne ſit contra infra de vſufructu lega. l. j. & ſupra tit. ij. l. cum eſſent. Item not. quòd non poſſidet qui agit: aliàs non venirent fructus: vt. ſ̃. ſi vſusfru. peta. l. penul.
e *Non prohiberi*. not. intereſſe pro fructu cõputari, quia aliàs æſtimari non poteſt: vt infra de vſur. l. videamus an in omnibus. in fine legis.
f *Non vti*. id eſt non fuiſſe vſum. Azo.
g *Et Pomponius*. non ſolum Labeo.
h *In æſtimationẽ*. id eſt dum æſtimatur intereſſe quod mihi præſtatur cũ eſſet conſtituta. vel id eſt fructus: quia non fuit præſtita. & facit. ĵ. de aqua plu. arcẽ. l. ſupra. §. quòd ſi is. & §. item ſi opus.

* Victoria vnius aliis.

i *De iure*. id eſt de ſeruitute. Azo.
k *Experientur*. ſcilicet inſolidum.
l *Proderit*. ſed non nocet. quod eſt mirabile: vt infra eodẽ. ſed ſi de cõmuni. vel poteſt dici nocere: vt ibidẽ not. Azo. Itẽ not. quod ſtatuitur in vno, & in eius ſimili: vt C. de diuer. reſcrip. ſi libellum.
m *Non poßit*. not. vindicat aliquis inſolidũ: licèt per vnũ non quęratur pluribꝰ: vt ſupra communia prædio. l. finali.

* Quæ.

n *Ita agi*. ſcilicet inſolidum, ar. infra de aqua plu. arcen. l. ſupra iter. §. Caſſius. Sed contra infra eod. & ſi forte. §. ſi ædes. Solu. dicas ibi ſpeciale in ea ſeruitute: vel dicas referri ad id quod dixerat de vſufructu.

A o *Impendentem*. id eſt valde pendentem.
p *Petendum*. ſcilicet confeſſoria. ſic & ſi habet actum qui ſeruitutẽ inhabilem faciat: vt. ĵ. de aqua plu. argu. l. ſupra iter. in prin.
q *De itinere*. ſcilicet ſecundo capite, quòd eſt infra de itinere actúque pri. l. iij. §. ait prætor. & not. quòd in iſto ĩterdicto duo probari oportet: vt ibi dicit: in confeſſoria vnũ ſufficit, ſcilicet ſeruitutem debitã: vt hîc: & ſic habet naturam proprietatis: vt & quędam alia: vt infra de interdi. l. ij. §. quædam. Item non impedit vſum ſeruitutis qui reficere prohibet: vt infra de acqu. poſ. l. pe. §. j. & infra de vi & vi arma. l. vim facit. & ideo refectio eſt permittẽda: vt hîc, & ſupra de ſeruit. ruſtic. præd. l. certo. §. ſi totus. & l. Quintus. & ſupra titu. j. l. refectionis.
r *Non tamen*. ſcilicet ꝓponetur interdictũ. vel confeſſoria.
ſ *Conuenit*. nam ſic nõ debet quis reficere locum ſeruientem: vt infra de aqua plu. arcen. l. ſi prius. §. j.
t *Cuius ædes*. etiam ei cuius ędes non in totũ liberæ ſunt. Azo.
u *In rem actione*. id eſt negatoria.
x *Aedes meæ*. ſcilicet Sempronianis ædibus.
y *Altius*. ſicut minus tribuit, qui nihil tribuit: vt. ĵ. de trib. illud. videbatur enim quòd poſſet altè: quia prohibitum fuit hoc tãtùm ne altius tolleret. Azo. hîc not. quòd quo ad certam perſonam agere prohibetur. ſic & infra qui po. in pig. ha. l. ſi prior. §. ſed ſimpliciter. & C. res inter ali. &c. ar. contra. ĵ. de except. do. l. ij. §. plane.
z *Aedes habeo*. ar. C. de rei vind. l. res alienas. Accur.
a *Nõ liceat*. quia teſtator prohibuerat gratia vicinorum omnium.
b *Agetur*. à quocũq; cuius intereſt.
c *Hæc ſeruitus*. altiꝰ nõ tollendi, de qua modò ſupra proxi. dixit.
d ET *ideo. Tuæ*. id eſt mediæ. Azo.
e *Aedibus*. vlterioribus.
f *Tuis*. id eſt mediis.
g *Non extollis*. medias. Azo. vt ſupra titu. j. l. in tradendis. §. interpoſitis.
h ET *ſi forte. Vt iam ego*. qui debeo ſeruitutem. & ſic mutat perſonas. Accur.

Statutum

a *Statutum*. ad amittendam ſeruitutem .x. vel .xx. an. vt .ſ. de vſufruct. ſi in area. Sed quid ſi poſt? Reſpon. adhuc erit reſtituenda: quòd dic vt dixi ſupra de ſer. ruſt. præd. l. & Atilicinus.

b *Renaſcetur*. quo ad effectum: nec enim periit ipſo iure: vt .ſ. tit. j. in tradendis. in fin. ſed ſi poſt, tunc renouatur: vt .j. tit. j. l. ſi locus. Itē vbi intra tēpus verè amittitur, vt per flumen: ita reſtaurata ipſo iure reſtituitur, ſed ſi poſt tēpus reſtauratus, tunc per officiū iudicis renouatur: vt. d. l. ſi locus. & .ſ. qui. mo. vſuſfru. amit. l. repeti. & l. niſi ſublato.

c *Iuris*. id eſt ſeruitutis. & de hoc ponit exēplum, & ſi fortè, &c. & adde quod eſt .ſ. ſi vſuſfruct. pe. l. pe. §. ſicut.

d *Poſſeſſor eſt*. id eſt quaſi poſſeſſor ſeruitutis. nec enim eſt vera poſſeſſio in incorporalibus: vt .j. de acquir. re. do. l. ſeruus. §. incorporales. Accurſius.

e *Et ciuili actione*. confeſſoria. Azo. & quod vi aut clam, vt ſubiicit, quod non domino ratione iuris datur: vt .j. quod vi aut clam. l. denique. in princ.

f *Quod vi aut clam*. id eſt per metū interdicti futuri: nam pro opere facto tantùm competit: vt infra de ope. no. nun. l. j. §. j. habet autē locum ſiue præceſſit nunciatio, ſiue non: ſi modo clam fecit: vt infra quod vi aut clam. l. ſeruitus. & l. prohibere. §. fin.

g *Lapilli*. vt retineat poſſeſ. iactus enim lapilli poſſeſſionem retinere, non autem amittere facit: vt infra de ope. noui nun. l. de pupillo. §. meminiſſe. Itē per vſum: vt ſupra. l. proxi. & .ſ. de ſeruitu. vrba. prædi. ſeruitutes quæ in ſuperficie. in fi. Sed videtur quòd pro ſeruitute non fiat nunciatio: vt .j. de ope. no. nun. l. qui viā. quæ eſt cōtra. Sol. hîc in vrbica ſeruitute loquitur, in qua aliud eſt quàm in ruſtica: vt .ſ. de ſeruit. vrba. præ. l. inter ſeruitutes. §. fin. vel vt ibi.

h *Effectus*. ſic ergo patientia præiudicat: vt. C. ad Vell. l. ſi ſine. §. quòd ſi patientiam, & infra de aqua plu. arcen. l. Sabinus. in principio.

i *Sed ne*. id eſt ſic imponi poteſt, ne, &c. nam hæc eſt ſeruitutum natura, vt ſupra de ſeruit. quotiens.

k *Adſerit*. vt infra eod. l. j. in fin. Accurſius.

l *Propoſita ſpecie*. ſecus in aliis ſpeciebus, vt dixi modò per. l. ſ. de ſer. quotiēs. & ſic in hac ſpeciale: vt hîc, & .j. eo. l. proxi. & l. ſicut. j. reſpon. & .ſ. §. diſtant. & .ſ. de ſerui. vrba. prædi. l. eum debere.

m *Derelinquere*. idem in vſufruc. vt ſupra de vſufruct. l. cum fructuarius. & l. ſed cum. Azo.

n *Scribit*. & ſic no. reficere, quod nō liceret ſi perſona eſſet obligata. Sed ob. in cauſa noxali, vbi eſt obligatio perſonalis: & tamen poteſt rem relinquere. ſed & ibi in rem ſcripta eſt. Accur.

† Poſſeſſor is dicitur, cōtra quem nil nouatū eſt. l. 8. §. ſed ſi quæratur. .j. eo. vide l. pē. .ſ. ſi vſuſfruc. pet. Incorporalia non poſſidentur.

Lapilli iactu poſſeſſio retinetur.

* præualuit

A

intra tempus ſtatutum [a] rurſus depoſuerit ædificium ſuum vicinus, renaſcetur [b] tibi vindicatio.

Iſtæ actiones competunt etiam quaſi poſſidenti ſeruitutē: & quaſi poſſeſſio dicitur, ſi domus detinetur depreſſa: ſecus ſi fuerit eleuata. Bartolus.

B

Sciendum tamen, in his ſeruitutibus poſſeſſorē † eſſe eum iuris, [c] & petitorem. & ſi fortè non habeam ædificatū altius in meo, aduerſarius meus poſſeſſor eſt. [d] nam cum nihil ſit innouatum, ille poſſidet: & ædificantem me prohibere poteſt & ciuili actione, [e] & interdicto quod vi aut clam. [f] Idem & ſi lapilli [g] iactu impedierit. Sed & ſi patiente eo ædificauero: ego poſſeſſor ero effectus. [h]

Hic iuriſconſultus vſque ad .l. ſicuti. §. Ariſto. loquitur de ſeruitute oneris ferendi, & tigni immittendi: & breuiter hoc intendit: Pro ſeruitute oneris ferendi competit hæc actio etiam vt reficiatur paries qui debet ſuſtinere onus: quę actio eſt in rem, & competit cuilibet ex dominis inſolidum, ſicut in aliis ſeruitutibus. Bartolus.

C

Etiam de ſeruitute quæ oneris ferendi cauſa impoſita erit, actio nobis competit: vt & onera ferat, & ædificia reficiat ad eum modum qui ſeruitute impoſita comprehenſus eſt. & Gallus putat non poſſe ita ſeruitutem imponi, vt quis facere aliquid cogeretur: ſed ne [i] me facere prohiberet. Nam in omnibus ſeruitutibus refectio ad eum pertinet, qui ſibi ſeruitutem adſerit: [k] non ad eum cuius res ſeruit. Sed euáluit [*] Seruij ſententia in propoſita ſpecie, [l] vt poſſit quis defendere ius ſibi eſſe cogere aduerſarium reficere parietem ad onera ſua ſuſtinenda. Labeo autem hanc ſeruitutem non hominem debere, ſed rem, denique licere

D

E

domino rem derelinquere [m] [n] ſcribit. [n] Hæc autem actio [o] in rem magis eſt quàm in perſonam: & non alij competit, [p] quàm domino ædium, & aduerſus dominum: [q] ſicuti cæterarum ſeruitutium intentio. [r] Si ædes [ſ] plurium dominorum ſint, an in ſolidum agatur, [t] Papinianus libro tertio quæſtionum tractat: & ait ſingulos dominos inſolidum [u] agere: ſicuti de cæteris ſeruitutibus, excepto vſufructu. [x] ſed non idem reſpondendum inquit, [y] ſi communes ædes eſſent quæ onera vicini ſuſtinerent. Modus autem refectionis [z] in hac actione [a] ad eum modum pertinet, qui in ſeruitute impoſita continetur: fortè vt reficiat lapide quadrato, [b] vel lapide ſtructili, vel quouis alio opere quod in ſeruitute dictum [c] eſt.

In hac actione veniunt fructus. item paries poteſt effici melior, non deterior. Bartolus.

Veniunt & fructus in hac actione, id eſt commodum quod haberet ſi onera ædium eius vicinus ſuſtineret. Parietem autem meliorem quidem quàm in ſeruitute impoſitum eſt, facere licet: deteriorem ſi facit, aut per hanc actionem, aut per operis noui nunciationem prohibetur. [d]

In hac actione per officium iudicis fit reſtitutio rei, & præſtatur cautio: & contra non reſtituentem iuratur in litem. Barto.

VII. PAVLVS *libro viceſimoprimo ad Edictum*.

Harum [e] actionum [f] † euentus hic eſt, vt victori officio iudicis [g] aut [h] res præſtetur, aut cautio. Res ipſa hæc eſt, vt iubeat [i] aduerſarium iudex emendare vitium parietis, & idoneum præſtare: Cautio hæc eſt, vt eum iubeat de reficiendo pariete cauere, neque ſe neque ſucceſſores ſuos prohibituros altius [k] tollere, [l] ſublatúmque habere. Et ſi

o *Hæc autem actio*. confeſſoria, quæ proponitur pro ſeruitute oneris ferendi.

p *Competit*. directa, ſed vtilis ſic, vt not. ſupra eod. l. ij.

q *Et aduerſus dominū*. noli repetere, non: ſed dicas quòd aduerſus quemlibet qui ſeruitutem impedit, datur cōfeſſoria: vt .j. eod. l. ſi quis diuturno. §. ſi.

r *Intentio*. id eſt actio.

ſ *Si ædes*. quib[9] ſeruit.

t *Agatur*. pro ſeruitute oneris ferendi.

u *Inſolidum*. licèt æſtimatio ad id quod intereſt reuocetur, vt .ſ. eodem. l. loci. §. ſi fundus. Accurſius.

x *Excepto vſufructu*. qui eſt diuiduus, ideoque pro partibus petitur: ſed aliæ ſeruitutes ſunt indiuiduæ, vt .j. ad. l. fal. l. j. §. ſi vſuſfru. & .ſ. de vſufruc. vſuſfructus & ab initio. Accur.

y *Inquit*. quod .ſ. dictū eſt in vſufructu, ſi cōmunes ędes. idē tamen quod in cæteris ſeruitutibus, vt .ſ. eo. l. loci. §. ſed ſi dominorū. quę eſt contra. vel vt ibi.

z *Refectionis*. parietis pro onere ferēdo. Acc.

a *Actione*. qua agitur pro hac ſeruitute, vel opere vt fiat. Acc.

b *Lapide quadrato*. [a] aliàs lapide quadrato. & aliàs, lapide manu ſtrato.

c *Dictum*. ſeruatur ergo dictum, vt hîc, & .ſ. eo. loci. §. ſi quis mihi. ſi nihil eſt. dictum, ſeruatur conſuetudo: vt .j. de aqua plu. arcen. l. ſi prius. §. placuit.

d *Prohibetur*. & hęc nūtiatio habet cauſā impoſitiuā: vt .j. de ope. noui nun. l. de pupillo. §. & bellè Sextus. ſecus in ruſtica: vt .j. de ope. no. nun. l. qui viā. Acc.

Harum.] CASVS. Debes mihi onus ferendi ſeruitutem. teneris quidē ad duo: vt reficias parietē, & patiētiam. Item vt caueas de tenendo in futuro, & patiendo. ſed ſi non præſtes, iurabo in litē.

e *Harum*. adhuc ſuperiorem materiam proſequitur.

Græci ex hoc loco probari putant, ſeruitutem oneris ferendi eſſe diuiduam.

a] De lapide quadrato pulchre Bu. l. ſicut. .j. eo.

† Glo. 2. .ſ. c. duo ſimul. extra de offi. iud. ordi. adducit hāc l. in argu. quod qui eſt in poſſeſ. alicuius rei, debet in ea defendi. Bolog.

f *Actionum*. quibus agitur de pariete faciendo, & quibus agitur de patientia præſtanda.

g *Officio iudicis*. hoc poſt litem conteſt. ſecus ſi ante, vbi tantum cautio interponitur: vt .j. de ope. no. nun. ſi prius. Accurſius.

h *Aut*. pro &.

i *Iubeat*. ſcilicet, præciſè, vt ſupra. l. proxi. §. etiam. & ſupra de rei vind. l. qui reſtituere.

k *Altius tollere*. ſcilicet parietem, etiam imponere ei, & ibi tenere onera: vt infra. l. proxi. §. ij. vel altius tollere ædificium cui debetur ſeruitus, niſi plus grauet: vt ſupra de ſeruit. vrba. prædi. l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum.

l *Tollere*. ſimilis cautio eſt ſupra de vſufruct. l. cuiuſcunque. §. ſi

fundus.ſed an hic vtramque ſimul prꝑſtet,ſcilicet de reficiendo, & quòd non prohibeat?Reſpon.ſimul vtramque à prin.prꝑſtat: licèt à principio non venerit dies reficiendi:vt ar. ſupra vſufruc. quemad.ca.l.j.j.reſpon.&.§.an autem.&.ſ.de iud.l.in omnibus.

cauerit, abſoluetur. [a] ſi vero neque rem præſtat, neque cautionem, tanti condemnet, [b] quanti actor in litem iurauerit.

Quando paries ſeruiens reficitur, fultura ne domus dominans corruat, ad dominum eius pertinet.h.d.& eſt notabilis caſus.Bar.

VIII. VLPIANVS *libro octauo decimo ad Edictum.*

SIcut autem refectio parietis ad vicinum [c] pertinet, ita fultura ædificiorum vicini cui ſeruitus debetur,quãdiu paries reficietur, ad inferiorem vicinum nõ debet pertinere. [d] Nam ſi nõ vult ſuperior fulcire, deponat: * & reſtituet [e] cum paries fuerit reſtitutus. Et hic quoq; ſicut in cęteris ſeruitutib⁹ actio cõtraria dabitur:hoc eſt, ius tibi non eſſe me cogere. [f]

Iuriſconſultus hic aliqualiter mutat materiam: & breuiter hoc intendit: Actio confeſſoria competit pro ſeruitute tigni immittẽdi: in qua dominus non cogitur reficere parietem.& in hoc differt à ſeruitute oneris ferendi.Bart.

Competit mihi actio [g] aduerſus eum qui ceſſit mihi talem ſeruitutem, vt in parietem [h] eius tigna immittere mihi liceat: ſupráque ea tigna verbi gratia porticum ambulatoriam facere: ſupérque eum parietem columnas ſtructiles † imponere: quæ tectũ D porticus ambulatoriæ ſuſtineant.

Diſtant autẽ hæ actiones [i] inter ſe,quòd ſuperior quidem locũ

a] Collige ex iſta gloſ. ſecundũ Bal. quod abſolutoria ab obſeruatione iudicij, eſt interlocutoria. ad hoc ſemper allegatur. & facit infra de accuſa.l. cum Titia.

a *Abſoluetur.* [a] ſententia interlocutoria à cautione.vnde omne iudicium abſolutoriũ dicitur, ſi ante ſententiam definitiuam cauerit: vt inſtit. de perpe. & temp.acti.§.fin.

b *Condemnet.* ſcilicet iudex: idem dicas etiã ſi cautio præſtetur:res autem nõ ſupereſt. eſt enim in rem actio pro ſeruitute, in qua iuratur in litem: vt.ĩ.de in lit.iur.l.ij.&.l. in actionibus.Sed quid ecõtra ſi res, non cautio præſtatur, an propter cautionem iuretur in litẽ? Reſpon.nõ: ſed captis pignoribus coërcebitur ad cautionem iudicis officio: vt inſtit. de ſatiſd.tuto.§. ſciẽdum. non enim iurari poteſt in litem: quia ad cautionem neque act. bo. fin. neque in rem agi poteſt: ſed iudicis officio tantum.

* Per ironiã hoc dici quidã putant, vt ĩ l. cum quidã. ĩ. de leg. 3. Alciat. lib. 4. ĩ. de ver. ſignifi.

SIcut.] CASVS. Debes mihi ſeruitutẽ oneris ferẽdi.ſicuti debes reficere: ſic interim dum reficis parietem, debeo prouidere mihi ne ruat domus mea: & cõtra me ages vt interim non te impediam, cogendo te ad fulturam: vel ages contraria, ne te de ſeruitute tali inquietem dum reficis.[COMPETIT.] Cõſtituiſti mihi ſeruitutem vt in pariete tuo apponerem tigna,ſuper quibus facerem porticum coopertam ſuper columnis. bene valet:& agere cõtra te potero,ſi ego meis ſumptibus hoc faciam.licèt in ſuperiori ſeruitute, id eſt oneris ferendi,ſit ſecus: quia reficit qui debet onera ſuſtinere. §. ſequens planus eſt. [ARISTO.] Neque dominus inferioris domus fumum, neque dominus ſuperioris aquam in domum inferiorem poteſt immittere iure ſeruitutis, niſi conſtituta ſit:neque fragmenta lapidũ.Si ergo aliquis ædem ſuperiorem conduxit: quaſi liceat iure ſeruitutis ei immittere fumum,agit cõtra locatorem ad intereſſe: & fumum immittere prohibetur actione negatoria.ſicut & ſi debetur, cõfeſſoria agitur contra ſuperiorem, niſi patiatur immitti. Item ſi quis ſit in poſſeſ.talis ſeruitutis,ſcilicet immittendi: agit vti poſſidetis: vt qui melius probabit ſe poſſidere, ille obtineat. [APVD POMPO.] Si conuenerit inter me & Titium per pactum, vt in meo, de quo ſua non intereſt, liceat facere fumum: non valet ſeruitus.ſicut ſi conceſſi vt liceat ſedere vel lauare mihi in meo: vel non liceat. ſed contra hoc valet, vt per fundum tuum viam habeam: vel cuniculum,id eſt riuum coopertum.Viuianus.

† Columnæ ſtructiles ſunt, quæ aut lapide quadrato aut laterculis extructæ ſunt, quæ pilæ etiam dicuntur. Bud. hîc.

c *Ad vicinum.* qui debet ſeruitutẽ: vt.ſ.eo.& ſi fortè.§. etiam.

d *Pertinere.* non ergo dabit ei columnam ad fulciendam interim domum ſuam. Accurſius.

e *Et reſtituet.* id eſt reficiet. Et not. quòd ironicum conſilium dare videtur. Accurſius.

f *Cogere.* id eſt fulcimenta præſtare ad ſuſtinendum.Accur.

g *Competit mihi actio.* ſcilicet confeſſoria.Accurſius.

h *Parietem.* id eſt in quem tignum immiſi.

i *Hæ actiones.* id eſt cõfeſſoria de ædificio vel onere ſuſtinendo in pariete tuo:vt.ſ.in prin.huius.l.&.l.& ſi fortè.§. etiam.& cõ- A feſſoria de tigno immittẽdo in parietẽ vel ædificium tuum. nam licèt vtrobiq; ſuſtineatur onus,tamẽ quia in prima ſpecialiter de onere ferẽdo dicitur.non in ſecunda:in prima ſeruitutem reficere,in ſecunda pati immiſſionẽ,ſi ædificatum habet,cogitur.Azo.

habet etiam ad compellendũ vicinum reficere parietẽ meum: [k] hæc verò locum habet ad hoc ſolum vt tigna ſuſcipiat: quod non eſt contra genera ſeruitutium. [l]

Si tigna ſunt immiſſa, dicitur quis eſſe in quaſi poſſeſſione ſeruitutis: ſinautem, dicitur eſſe aduerſarius in quaſi poſſeſſione libertatis. Bartolus.

B Sed ſi quæritur, quis poſſeſſoris, [m] quis petitoris partes ſuſtineat:ſciendum eſt poſſeſſoris partes ſuſtinere, ſi quidem tigna immiſſa ſint, eum qui ſeruitutẽ ſibi deberi ait.ſi verò nõ ſunt immiſſa, eum qui negat. Et ſi quidẽ is obtinuerit qui ſeruitutẽ [n] ſibi defendit, [o] non debet ei ſeruitus cedi: ſiue rectè pronuntiatum eſt, quia habet: ſiue perperã, quia per ſententiã non debet ſeruitus cõſtitui, C ſed quæ eſt declarari. [p] Planè ſi non vtendo amiſit [q] dolo malo domini ædiũ poſt litem conteſtatã,reſtitui ęi oportet,quemadmodum placet in domino ædium. [r]

Dominus partis inferioris non poteſt in ſuperiores iure ſeruitutis fumum immittere. & dominus partis ſuperioris non poteſt in inferiores immittere aquam: niſi aliud actum ſit. & pro his competunt hæ actiones, & etiam interdicta poſſeſſoria. Bartolus.

D Ariſto Cerellio Vitali reſpondit, non putare ſe ex taberna caſearia [ſ] fumum in ſuperiora ædificia iure [t] immitti [u] poſſe: niſi

k *Meum.* id eſt mihi ſeruientem. & ita aliquid dicitur meum. ſic infra eo.quod cum eo. l.j.in prin.Accur.

l *Seruitutum.*id eſt generalitatẽ, vel regulã. ſed prima ſic, vt. ſ. de ſeruit.l. quotiens.&.ſ. eo.& ſi forte.§.etiam.

m *Poſſeſſoris.* prodeſt autẽ ad multa haberi pro poſſeſſore. Primò, quia habebit maiores inducias: vt.ſ.de ſer.l. fiſcali.Secũdò,quia nõ iurabit prius de calum. vt.C. de iura. calum.l. ij.in prin.Itẽ quia non habet neceſſe prouocare ad iudiciũ: ſuſtinet verò partes actoris, vt debeat probare ſibi conſtitutã ſeruitutem.cum enim conſtet hanc domũ aliquando fuiſſe liberam, & nunc prꝑſumitur,niſi contra probetur:vt.C.de proba. ſiue poſſidetis. & C. de pign. actio.l.nec creditores.§.fi.Sed cõtra eſt ar.ĩ.de proba.l. circa. vbi probat ſe ingenuum, qui poſſidetur vt libertus. quare ergo ſecus poſſet etiã dici ipſum eſſe loco poſſeſſoris. Si quæratur,an dominus fuerit, necne qui cõſtituit: vt ſ.ſi vſusfru.peta.l. vtifrui. ibi, ꝙ ſi fortè,&c. Item ſi quæratur an ſit dominus eius rei cui dicit deberi ſeruitutẽ, nõ tenebitur probare. quamquam ſi nõ eſſet in poſſeſſione ſeruitutis,id probare cogeretur:vt.ſ.eo.l.ij.§.hæc autẽ.ſecundũ Azo.

n *Seruitutem.* dicens ad ſe pertinere.

o *Defendit.* per confeſſoriam,non perſonali.

p *Declarari.* Sed nonne vbicumq; agitur perſonali actione pro ſeruitute,agitur vt cõſtituatur per ſentẽtiam: & ſic conſtituitur quæ non erat:vt.ſ.de ſer.l.Papinianus. [b] & de ſerui.ruſti.prædi. & Atilicinus.in fin.&.ĩ.eo.is cuius.quæ ſunt contra.Sol.hîc defendebat ſe habere ſeruitutẽ:non ſibi de nouo conſtitui:ſicut & qui dicit ſe dominũ rei:vt.ſ.de rei vin.l.ex diuerſo.§.j.ſecus autẽ ſi nouam conſtitui prætenderet:vt dixi.& arg.ſ.de iudi.l. qui ſe.

b] Aliàs illa lex incipit. ſitã anguſti.

E q *Amiſit.* ſcilicet ſeruitutem. Accurſius.

r *In domino ædium.* ſcilicet reſtituendo finito tempore præſcriptionis poſt litem conteſt. vt inſti.de offi.iud.§.ſi ad exhibendũ. &.C.de præſcrip.long.temp.l.nec bona.Sed quomodo ſeruitus quæ cenſetur immobilis: vt.C.de ſer.l.ij.vel dominium rei immobilis prꝑſcribitur poſt lit.conteſt.vt.C.de rei vind.l.moræ.licet vſucapio finiatur iure iſto: vt ſupra de rei vindi.ſi poſt? Reſpon.hîc fuit conteſtata in alium, non contra præſcribentem, quem ſuppoſuit præſcribens:vt & ſupra de dolo.l.fi.Accur.

ſ *Caſearia.*in qua fiebãt caſei:vbi & fumigari ſolẽt.Col.li.7.c.8.

t *Iure.* ſcilicet ſeruitutis:vt ſuperior cogatur ſuſcipere fumum: & propter hoc feneſtras dimittere: ſuſcipit tamen,ſicut naturaliter aſcendit, niſi inferior faciat animo iniuriandi: vt infra de iniur.l.fin.& muniat ſe ſicut poteſt. ſed non ſic econtra de aqua, quæ rectè proiicitur: at fumus naturaliter diuertit.

u *Immitti.*non iure:quia illi licet ſe munire.& quod infra dicit,

agíque

ei rei ſeruitutem talem admittat.[a] Idémque ait, & ex ſuperiore in inferiora non aquam, non quid aliud immitti licet. In ſuo enim alij hactenus facere licet,[b] quatenus nihil in alienum immittat: fumi autem, ſicut aquæ, eſſe immiſſionem.[c] poſſe igitur ſuperiorem cum inferiore agere, ius illi non eſſe id ita facere.[d] Alfenum denique ſcribere ait,[e] poſſe ita agi[f] ius illi non eſſe in ſuo lapidem cædere, vt in meum fundum fragmenta cadant.

Dicit igitur Ariſto, eum qui tabernam caſeariam à Minturnenſibus conduxit, à ſuperiore prohiberi poſſe fumum immittere: ſed Minturnenſes ei ex conducto[g] teneri, agíque[h] ſic poſſe dicit cum eo qui eum fumum immittat, ius ei non eſſe fumum immittere.[i] Ergo per contrarium[k] agi poterit,[l] ius eſſe fumum immittere. quod & ipſum videtur Ariſto probare. Sed & interdictum vti poſſidetis[m] poterit locum habere, ſi quis prohibeatur qualiter velit ſuo vti.[n]

Non valet pactum, vt alicui liceat facere quod de iure communi facere poterat. ſecus ſi de iure communi facere non poterat. Bartolus.

Apud Pomponium dubitatur libro quadrageſimoprimo lectionum, an quis poſsit ita agere,[o] licere fumum non grauem,[p] puta ex foco, in ſuo[q] facere: aut non licere.[r] Et ait,[ſ] magis non poſſe[t] agi: ſicut agi non poteſt, ius eſſe in ſuo[u] ignem facere: aut ſedere: aut lauare.[x] Idem[y] in diuerſum probat.[z] nam & in balineis, inquit, vaporibus[a] cum Quintilla[b] cuniculum pergentem[c] in Vrſi Iulij * inſtruxiſſet: placuit potuiſſe tales ſeruitutes imponi.

Natura confeſſoriæ eſt, vt per eam deſtruatur quicquid eſt factum cõtra debitam ſeruitutem. ſed ſi ædificium ius ſeruitutis extinxit, de dolo agitur. Bartolus.

IX. PAVLVS *libro vicenſimoprimo ad Edictum.*

SI eo loco per quem mihi iter debetur, tu ædificaueris, poſſum intendere ius mihi eſſe ire agere: quod ſi probauero, inhibebo opus tuum. Item Iulianus ſcripſit, ſi vicinus in ſuo ædificando effecerit ne ſtillicidium meum reciperet, poſſe me agere de iure meo, id eſt ius eſſe immittendi ſtillicidium: ſicut in via[d] diximus. Sed ſi quidem nondum ædificauerit,[e] ſiue vſumfructum ſiue viam habet,[f] ius ſibi eſſe ire agere vel frui intendere poteſt. Quòd ſi iam ædificauit dominus: is qui iter & actum habet, adhuc poteſt intendere ius ſibi eſſe: fructuarius autem non poteſt: quia amiſit[g] vſumfructum. & ideo de dolo actionem dandam[h] hoc caſu Iulianus ait. Contra ſi in itinere quod per fundum tibi debeo ædifices, rectè intendam ius tibi non eſſe ædificare, vel ædificatum habere: quemadmodum ſi in area mea[i] quid ædifices.

Per vſum partis retinetur ſeruitus tota. Bartolus.

Qui latiore via vel anguſtiore vſus eſt, retinet ſeruitutem:[k] ſicuti qui aqua ex qua ius habet vtendi, alia[l] mixta vſus eſt, retinet ius ſuum.

* In Vrſi Iulij. Addiderunt hîc quidam, hortis vel hortos: ſed hi nõ intellexerunt hoc Græco dicẽdi genere vſurpari, vt apud Ciceronẽ, per Varronis, p Locuſtæ, in Saturni, ad Concordiæ. Anto. Augũ. lib. 2. ca 1.

agíque &c. ſcilicet ſe muniendo, ſecundum R. alij dicunt agi negatoria vtili: & ideo vtilis: quia nulla fuerat ſeruitus conſtituta. Ad quod ſupra de ſeruitutib. vrbanorum prædiorum. l. quidam. & infra eod. fiſtulas. & l. ſiquando. Ioan. dixit etiam directam dari, licèt nulla vnquam fuerit: & magis nunc, quàm tunc quando aliquãdo fuit ſeruitus. Accurſius.

a *Admittat.* ſcilicet ſuperior domus. nã tunc & feneſtras dimittere, & aliis modis debet recipere, ſicut in ſeruitute conſtituenda actum eſt.

b *Facere licet.* Not. in ſuo facit quod vult q-libet, non in alieno: vt hic, & Cod. de religio. ſtatuas. & ſupra de ſeruitutib. vrbanor. prædio. fiſtulá. circa princi. & infra de aqua pluuia arcen. l. j. §. de eo opere. Sed contra infra de dam. infect. l. fluminum. §. fina. vbi etiam alienam aquã aufert. Sol. ibi in ſuo tantùm fodiebat, nõ in alieno: & non animo nocẽdi, ſed tibi proficiendi: vt infra de aqua pluu. arcend. l. j. §. idem ait, aquam.

c *Immiſſionem.* vt neutrum liceat iure ſeruitutis: ſed alterum licet naturaliter, alterum non.

d *Id ita facere.* id eſt iure ſeruitutis. Accur.

e *Scribere ait.* ſimilitudinem ponit.

f *Agi.* per pactũ: vel dic actione negatoria.

g *Ex conducto.* quia cũ eo conuenerunt, vt ei præſtarent facultatem immittendi fumum in ſuperiores ædes.

h *Agíque.* quia locatores agent, non conductores. Accurſius.

i *Fumum immittere.* quando ſeruitutẽ non debet, ſed etiam iniuriarum poterit agere: vt infra de iniur. l. fina. Accurſius.

k *Per contrarium.* quãdo ſcilicet debet ſeruitutem. nam ſicut poteſt agi negatoria, ſeruitute non conſtituta: ita & confeſſoria, ea conſtituta.

l *Agi poterit.* per pactum. Accurſius.

m *Vti poſſidetis.* ſcilicet vtile: vt. ſ. de ſerui. l. penult. Et argu. j. de iniur. l. ſanè. & infra de vi & vi ar. l. vim facit. & j. vti poſſide. lege, ſi duo. §. hoc interdictum. Hîc ergo datur pro quaſi poſſeſſione ſeruitutis, vel libertatis. Vel dic quòd pro vera poſſeſſione rei, quæ inquietatur pro ſeruitute quam non debet. Et econtra pro vera poſſeſſione rei dominantis, quæ inquietatur eo quòd ſeruitute debita vti non permittitur.

n *Suo vti.* id eſt ſeruitute debita. Vel dic, poſſeſſione vera rei, vt referas ad eum qui non debet ſeruitutem.

o *Agere.* per pactum.

p *Non grauem.* in hoc videtur ſeruitus.

q *In ſuo.* ſcilicet eius qui promittit ſeruitutem, quòd non dirigatur in tuum.

r *Non licere.* ſcilicet econtra vllo modo. & neutro caſu intereſt: quia non immittebatur in eum.

ſ *Ait.* ſcilicet contra. Accurſius.

t *Non poſſe.* contra. j. eo. ſiquando. §. j. Solu. vt ibi. Item hoc, niſi aliquis me prohibeat: quia tunc ago etiam iniuriarum: vt. j. de iniur. l. iniuriarum. §. ſi quis me prohibeat.

u *In ſuo.* alij non domino. vel dic, domino: quia neutrum valet iure ſeruitutis.

x *Aut lauare.* quia magis perſonales, quàm prædiales ſeruitutes dicerentur: vel nullæ, ſi agam vt facias, vel nõ facias grauem vel non grauem fumũ in tuo. nec enim aliquid eorũ mihi expedit: vt ſupra de ſerui. quotiens. agi tamen poteſt, vt non immittas ignẽ, vel fumum, vel quidaliud in meum: vt ſupra ea. l. §. idémque.

y *Idem.* ſcilicet Pomponius. nõ dicas, idem ius: quia hoc falſum eſſet.

z *Probat.* quod ſequitur: probat quidem in contrario caſu, contrarium ponendo ad primũ: ſi mihi permittas vt in tuo quid faciam. tenet enim ſeruitus, licèt ſupra vbi in meo promitto me facturũ vel non facturum, nõ teneat. & hoc, quia intereſt ne contradicat præcedentibus.

a *Vaporibus.* id eſt flãmis. Accurſius.

b *Quintilla.* proprium nomẽ dominę loci ſeruientis.

c *Pergentem.* deriuatũ.

*Si eo.*] CASVS. Per agrum tuũ debetur ſeruitus mihi itineris. tu ædificas in loco ſeruiente. poſſum te prohibere ne ædifices, ſi probem dictam ſeruitutem, agendo confeſſoria. Idem in ſeruitute vrbana, quam mihi debes, quia ſimiliter agam contra te, ne in loco ſeruiente ædifices. ergo in vtraq; ſeruitute ſi ædificet dominus loci ſeruiẽtis, poteſt agi confeſſoria, ne opus faciat. Idẽ in ſeruitute perſonali. ſ. vſufructu, quia agi poteſt contra dominum ædificij confeſſoria. Et ſi ædificas tu dominus loci ſeruiẽtis: agitur vt deſtruas, in primis duobus caſibus: in tertio verò agitur de dolo: quia vſusfructus extinctus eſt. [ITEM IVLIANVS.] Nũc ponit contra. pone: debebam tibi ſeruit. tu ædificas in loco tibi ſeruiẽte: poſſum te prohibere agendo negatoria. & adducit ſimile: quia ſi ædificares in area mea quæ tibi ſeruitutẽ non debet, poſſum te prohibere. [QVI LATIORE.] Lex ſtatuit qualiter debet eſſe modus vię. ſ. de ſer. ruſt. præ. l. via. Si ergo vtar maiore aquęductu quàm mihi debeatur: vtroq; caſu retineo mihi ſeruitutẽ.

d *Sicut in via.* id eſt itinere: vt in princi. huius legis.

e *Aedificauerit.* dominus loci ſeruientis.

f *Habet.* quidam alius.

g *Amiſit.* rei mutatione. Accurſius.

h *Dandã.* de hoc plenè dixi. ſ. qui. mo. vſusfr. amit. l. repeti. §. fi.

i *Mea.* non ſeruiente.

k *Retinet ſeruitutem.* quia niſi tota perdi non poteſt: vt. ſ. de ſeruit. ruſti. præd. l. vna.

l *Alia.* cum ea quæ ſeruit: aliàs amittitur: vt. j. tit. j. is cui. Acc.

**S** *I quis.*] CASVS. Duxi aquam per agrum tuum.x.annis:acquiro mihi ſeruitu.& agere potero amodo confeſſoria, nec teneor titulum demonſtrare.ſatis eſt enim me præſcripſiſſe: quia hoc præſumitur,niſi contra probetur:vt ſupra de ſeruitu. vrba. præd.l.ædes.[AGI.] Per agrum tuum debebas mihi ſeruitutem aquæ ducẽdæ.ſi impedias me quo minus mihi liceat aquam ducere:agam contra te:etiã & contra alium prohibentem aquam.Viuia.

a *Et.*pro id eſt.

b *De iure.*id eſt titulo: vt ſubiicit. & ſic not. ſpeciale ĩ ſeruitutibus: vt ſine tit. præſcribantur: vt hîc, & infra de aqua plu.arcen.l.j.§.fi. &.l.fin. & infra de itiner.actũq; priua.l. apparet. & argu. infra de vſur. l. cum de in rem ver. Alij dicunt quòd eſt neceſſarium allegari titulum: non autem neceſſe eſt probari directo: ſed per vſum.x. an.Argu.infra de vſur. l. cum de in rem ver. Item in eo quòd dat vtilem poſt præſcri. no. arg.quòd præſcriptione nõ quæritur dominium:vt.C.de præſcri. xxx.an.ſi quis emptionis.§.j.

* Titulũ eſſe neceſſarium ad ſeruitutẽ acquirendã, docet Duar. 1.diſputa.ca. 24.quem vide.

† In vulga. deerat negatio, quæ & Flo.& in ma nuſcr.eſt, & rectè. l. impediunt, ſeu faciũt vt nõ ducatur.

c *Forte tot.* Sed quot? Reſpõ.x.inter præſentes, &.xx. inter abſentes exemplo rerum immobilium:vt.C.de ſerui.& aqua.l.ij.habet enim perpetuã cauſam: vt ſupra de ſeruit. vrb. prædio.l.foramen.§.fi. Alij dicunt,tanto tempore, quòd non extet memoria:vt argu.j.de aqua plu.arcend.l.j.§. pen. ſed prima verior eſt. Item contra. j. de aqua quotid. & æſti. l. hoc iure.§. ductus. ſed ibi in ea quæ nõ habet perpetuã cauſam: hîc ſic.Vel ibi in ea quę ex flumine publico: hîc ex loco priuato.

* num poſſit

d *Impediunt.* ſ. me. Et no.quòd quidam libri habent,non ducere, id eſt impediunt vt non poſſim ducere. Alij ſine nõ:& tũc plana eſt.

e *Potero.*non refert ergo,ſit dominus rei qui prohibet, vel non: vt infra de iti. actũq; priua.l.iij.§.idem Iulianus.& infra de aqua quoti.& æſti.l.j.§.com petit.Accurſius.

In præſcriptione ſeruitutũ realium non adquiritur titulus. Bartolus.

X. VLPIANVS *libro quinquageſimotertio ad Edictum.*

**S**I quis diuturno vſu &[a] longa quaſi poſſeſſione ius aquæ ducendæ nanctus ſit: non eſt ei neceſſe docere de iure[b] quo aqua conſtituta eſt, veluti ex legato, vel B alio modo: ſed vtilẽ habet actionem, vt oſtendat per annos fortè tot[c] vſum ſe non vi non clam, nõ precario poſſediſſe.

Confeſſoria competit contra quẽlibet qui vſum ſeruitutis impedit.Bartolus.

Agi autem hac actione poterit non tantùm cum eo in cuius agro aqua oritur, vel per cuius fundum ducitur, verùm etiam cum omnibus agi poterit, quicũque aquam non† ducere impediunt,[d] exemplo cæterarum ſeruitutium. Et ge C neraliter quicumque aquam ducere impediat, hac actione cum eo experiri potero.[e]

Vnus ex ſociis poteſt alium ædificantem impedire iure coniunctionis,non iure ſeruitutis.Barto.

XI. MARCELLVS *libro ſexto Digeſtorum.*

**A**N vnus ex ſociis in communi loco inuitis cæteris iure ædificare poſſit, id eſt an ſi prohibeatur à ſociis, poſsit cum his ita experiri, ius ſibi eſſe ædificare: & an ſocij cum eo ita agere D poſsint, ius ſibi prohibendi eſſe, vel illi ius ædificandi non eſſe: & ſi ædificatum iam ſit, non poſſit[f] * cum eo ita experiri, ius tibi non eſſe ita ædificatum habere, quæritur. & magis dici poteſt, prohibendi[g] potius quàm faciendi eſſe ius ſocio: quia magis ille qui facere conatur, vt dixi, quodammodo ſibi alienum quoque ius præripit, ſi quaſi ſolus dominus ad ſuum arbitrium vti iure communi velit.[h]

In negatoria cogitur victus ca E uere quòd in futurum ſeruitute non vtatur. Bartolus.

XII. IAVOLENVS *libro ſecundo Epiſtularum.*

**E**Gi ius illi non eſſe tigna in parietem meum immiſſa habere.an & de futuris non immittendis cauendum eſt? Reſpondi, iudicis officio contineri puto, vt de futuro quoque opere caueri debeat.[i]

Non poteſt quis habere canalem in ſuo, per quem aqua proiiciatur in alieno.Bart.

XIII. PROCVLVS *libro quinto Epiſtularum.*

**F**Iſtulas quibus aquam duco, in via publica habeo,[k] & hæ ruptæ inundant parietem tuum.puto poſſe te mecum rectè agere,[l] ius mihi non eſſe flumina ex meo in tuum parietem fluere.[m]

Qui tigna immittit vltra quàm ſtatutũ ſit, actione negatoria tollere cogatur.Bartolus.

XIIII. POMPONIVS *libro trigeſimotertio ad Sabinum.*

**S**I cum meus proprius eſſet paries, paſſus ſim te immittere tigna[n] quæ antea[o] habueris, ſi noua[p] velis immittere, prohiberi à me potes: imò etiam agere tecum potero vt ea quæ noua immiſeris, tollas. Si paries cõmunis opere abs te facto in ædes meas ſe inclinauerit, potero tecum agere, ius tibi non eſſe parietem illum ita habere.[q]

Si adminiſtrator minoris faciat contra debitam ſeruitutem, tenetur tutelæ: & etiam competit cõfeſſoria.Bartolus.

XV. VLPIANVS *libro ſexto Opinionum.*

**A**Ltius ædes ſuas extollẽdo,[r] vt luminibus domus[ſ] minoris annis vigintiquinq; vel impuberis,cuius curator vel tutor erat, officiatur, efficit, quamuis hoc quoque nomine actione[t] ipſe heredéſque teneantur, quia quod aliũ faciẽtem prohibere ex officio neceſſe habuit, id ipſe cõmittere

**A** *N vnus.*] CASVS. Duo ſumus ſocij fundi. quæritur ſi vnus vult ædificare.& alter vult prohibere:an poſſit:Et quia potior eſt conditio prohibentis,quàm facere volentis. Secundò,ſi iam ædificauit:an poſſit alter agere vt remoueat:Et dicit ꝙ non.

f *An poſſit.* Quidam libri habent,num poſſit:& tunc plana.alij habent,non poſſit:& tunc lege ſimiliter interrogatiuè, propter id quod dicit,quæritur. Non ſoluitur hæc ſecunda quæſtio. Tu tamen dicas non poſſe agi vt deponatur: vt infra communi diuidun.Sabinus.

g *Prohibendi.* non tamen ſeruitutis iure:vt ſupra de ſeruitu. vrbanorum prædiorum.l.in re communi.

A h *Velit.*reficere tamẽ inuito alio poteſt:vt.C.de ædi.pri. l. ſi vt.

**E** *Gi ius.*] CASVS. Quidam habebat tigna ſua immiſſa in parietem meum indebitè: poſſum agere vt remoueat:& vt caueat de non immittendo deinceps.Viuianus.

i *Debeat.* cauetur[a] ergo pro futuro: vt.ſ.de ſer.vrb.præd. qui ædificium.Idem in vſufructu, vt etiã in futurum bene vtatur:vt.ſ.de vſufructu.ſi cuius.§. ſed ſi plures. Idẽ in actio. aquæ plu.arcend.l.j.§.ſeteius.§.pen.Idem in actio.arbitraria quãdoque: vt.j.de eo quod cer.lo.l. quòd ſi Ephe-ſi.§.interdũ.Idẽ in colono:vt.C.in qui.cau. co.l.j. Sed contra.j.de vſu.l.j.vbi dicit pro vſuris futuris nõ cauendum. Sol. iſtud eſt hîc ideo, quia nunc mihi ius cõpetit vt non immittas nunc nec in futurũ:at pro vſuris futuris nullum ius habeo.

a] No.quòd ad cautelam futurorum, propter ius de præſenti præſtatur cautio. concord.& facit bene text.in cap. licet de elec. text. in c.1.de ſeruis nõ ordi. extra. text. in l.harum.ſu-pra eod.

**F** *Iſtulas.*] CASVS. Si inſtrumẽta habeo quibus aquã duco per viam publicam,& tuũ parietẽ inundo: negatoria poteris agere cõtra me.

k *Habeo.*ſ.ꝑ me.Azo.

l *Agere.* arg.pro nobis in eo quod no.ſ.e. l.ij.in fi.j.reſpon.

m *Fluere.* vt.ſ.de ſer. vrba.præd.l.fiſtulam.

**S** *I cum.*] CASVS. Precibꝰ tuis fui paſſus te immittere quædã in pariete meo quãdiu velim: & ideo nec noua imponere potes: nec me inuito primis remotis alia ſubſtituere potes.SI PARIES. Dic hîc caſũ vt ſcripſi j.e.ſi quando. in prin.

n *Immittere tigna.*ideo-q; tu ĩ quaſi poſſeſſiõe ſeruitutis es: vt &.ſ.e. & ſi fortè.§.ſciendum.

o *Antea.*hęc tigna cõcedo immittere. ſecꝰ ſi dicas, ſeruitutem tigni immittendi concedo: nõ addendo numerũ.

p *Noua.*addendo numerũ, vel alia ſupponẽdo,& hæc detrahendo.nã ſufficit ſi cui vel in paucis,&c. vt. C.de nego.geſt.l.tutori.

q *Ita habere.* ſ. negatoria. ſi tamẽ ſocius cõtendat iure ſeruitutis ita habere:aliàs qualiter haberet locũ negatoria?ſic.j.e.ſi quando.in princ.&.ſ.de ſer.vrb.præd.l.ſed & ſi inter.Accurſius.

**A** *Ltius.*] CASVS. Domus mea debebat ſeruitutem altius non tollendi,vel ne luminibus officeret domui illius, cuius tutor vel curator eram.& ſi exalto illam domum meam,competit illi pupillo actio cõfeſſoria:& pupillo actione tutelæ teneor, & ſtatim poteſt agere confeſſoria pupillus contra me. Viuianus.

r *Extollendo.*ſcilicet tutor vel curator:vt ſubiicit.

ſ *Luminibus domus.*cui ſeruitutem debebant ædes tutoris,vel curatoris.

t *Actione.*ſcilicet tutelæ.

*Non debuit*

a *Non debuit*.multo magis,quod eſt notabile: vt.C.de in lit.dá. tut.l.an tibi.& in decre.diſtinct.lxxxvij.c.diuinæ.& dixi infra de condict.indeb.l.frater à fratre.§.porro.
b *Poßidentem*.tutorem vel curatorem.
c *Actio*.ſcilicet negatoria:vt hîc ſcripſerunt quidam. Sed certè imò danda eſt cõfeſſoria: quia minori ſeruitus debebatur: vt.ſ̃.e.ſi eo. Et dabitur in hac cauſa contra tutorem vel curatorem quidam curator pupillo vel adulto:vt inſti.de auct. tut.§.fi.Accurſius.

SI à te.] CASVS. Conceſſiſti mihi ſeruitutem ſtillicidij, pro eo quia dedi tibi.x. & te patiente habeo act. & excep. propter dictam ſeruitutem.

† Ad iſtã.l. vide Bart. in l.3.in prin in 7.col. in.3.q. principali. C.de pig.

d *Emptionis*.prædictæ, vel ſimili cauſa. alioquin ſi nulla eſſet cauſa,repellar: vt.ſ̃.eod.ſi cum meus. niſi longo tempore habuerim: vt ſ̃.eo.ſi quis diuturno.
e *Immiſſum*.ſcilicet ſtillicidium.Accurſius.
f *Vſurum*.vt.C.de acquir.poſſ.l.ij.

SIquando.] CASVS. Inter meam & tuã domũ erat paries communis: qui opere à te facto inclinabat ſuper me.agam contra te, vt non facias inclinare. [CVM IN DOMO.] Ad feneſtram vbi legebas, ibi iuxta erat area tua.tu conceſſiſti mihi ſeruitutẽ, vt nõ ponas ibi aliquid: agam etiã ſi turbitas vel moleſtes ibi. [SECVNDVM.] Iuxta parietem meũ feciſti opus:aut in publico:&agam interdicto, ne quid in loco publico fiat, & quod factũ eſt, tollatur. aut in loco priuato: & agã negatoria, ſi quid paſſus ſum,& etiã ſi fuerã ſtipulatus de dãno infecto: agã ad damnũ ex prædicta ſtipulatione. Viuianus.

* Vẽter quot modis accipiatur: Alc. lib. 6. parer. ca.7.

† Sic Flo.ſed vulga.editio habebat, & teneras & cucumellas. manuſcript⁹ bonus,labra ænea & cucumellas. Cont. In quibuſdã codicib. reperitur crateras. vide Alcia. lib.12. Parer.ca.2.

non debuit, [a] tamen & aduerſus poſſidentem [b] eaſdẽ ædes danda eſt impuberi vel minori actio: [c] vt quod nõ iure factum eſt, tollatur.

Ex titulo & quaſi poſſeſsione ſeruitutis conſequitur quis actionẽ & exceptionem.Bartolus.

XVI. IVLIANVS *libro ſeptimo Digeſtorum.*

SI à te † emero vt mihi liceat ex ædibus meis in ædes tuas ſtillicidium immittere, & poſtea te ſciente ex cauſa emptionis [d] immiſſum [e] habeã: quæro an ex hac cauſa actione quadam vel exceptione tuendus ſim. Reſpondi, vtroque auxilio me vſurum. [f]

Si ædificium vicini ſuper meum inclinatur, per negatoriam actionem tollere cogetur. Bart.

XVII. ALFENVS *libro ſecundo Digeſtorum.*

SIquando inter ædes binas [g] paries eſſet;qui ita vẽtrẽ * faceret, vt in vicini domũ ſemipedem aut amplius procũberet, agi oportet, ius non eſſe illum parietẽ ita proiectum in ſuum eſſe inuito ſe. [h]

In loco qui debet ſeruitutem nihil faciendi, non poſſunt ſiluę vel herbæ exceſcentes poni. Bart.

Cum in domo Gaij Seij locus [i] quidã ædibus Annii ita ſeruiret, vt in eo loco poſitum habere, ius Seio nõ eſſet, [k] & Sei⁹ in eo ſiluã [l] ſeuiſſet,in qua labra [m] & † (tenes) cucumellas [n] poſitas haberet: Annio conſilium omnes iuriſperiti [o] dederunt, vt cum eo ageret, [p] ius ei nõ eſſe, in eo loco ea poſita habere inuito ſe.

Nõ licet parieti alterius aliquid imponere propter quod paries deterior fiat. Bartolus.

Secũdũ [q] cuius [r] parietẽ vicinus

g *Binas*.duorum,quarum vna vnius,altera alterius eſt.
h *Inuito ſe*.vt & ſupra eo.ſi cum meus.§.j.Accurſius.
i *Locus*.id eſt quædam pars domus.
k *Non eſſet*.vt ſic luminibus admittendis non officiatur.&id eo nec ædificando nec ferendo nocere debet:vt hîc,&.ſ̃.de ſer.vrba.prædi.ædificia. &.l.ſi arborem. Si verò hoc tantum eſſet dictum,ne in certo loco quid poſitum haberet, quod alterius nõ intereſſet,non valet:vt.ſ̃.eo.ſicut.§.apud.&.ſ̃. de ſer. quotiens. quæ ſunt contra.Accurſius.
l *Siluam*.hortulariam.
m *Labra*.loca vnde extrahebatur aqua.vel genus herbæ, quod dicitur labrum aſininum.Accurſius.
n *Cucumellas*.id eſt cucurbitas:vel melones,& ſimilia.
o *Omnes iuriſperiti*. ab eo conſulti.ſic & ſupra qui ſatiſda. cog. l. interomnes.
p *Ageret*.ſcilicet actione confeſſoria. Et not.ſic contra. P.quia hîc proponitur confeſſoria verbis negatiuis.
q *Secundum*.id eſt iuxta.Accurſius.
r *Cuius*.id eſt alicuius.Accurſius.
ſ *Per interdictum*.ſ.ne quid in loco publico fiat: vt.ĩ.ne quid in lo.pub.l.ij.ſecũdũ quoſdã.Imò per ſecũdũ,quod eſt vt factũ deſtruatur:vt.ĩ.ne quid in loc.pub.l.ij.§.ait prætor,quod in via.
t *Sed ſi in priuato*.ſcilicet eius cui nocetur.Accurſius.
u *Agere*.ſcilicet negatoria.& in hoc nihil eſt contra. Sed in eo quod ſubiicit,ſtipulationẽ damni infecti cõmitti,ſi fuerit interpoſita propter huiuſmodi factum,eſt cõtra ĩ.de aqua plu.arc.l.iij. §.ſi vicinus.vbi dicit ꝙ propter damnũ quod euenit ex aſſidua irrigatione,nõ committitur hęc ſtipulatio.Sol. ibi agrũ ſuũ irrigabat: hîc autẽ videtur in alienum humorẽ immittere, ex quo madeſcit paries,ſecũ dũ quoſdã. ſed certè imò ſecundũ Azo.& eſt verũ. hîc in alienũ fecerat ſterquiliniũ: alioquin in ſuo liceret: licèt alius inde ſentiret humorẽ: vt.ſ̃. eo.ſicuti.§.idem ait. & ſ̃.de ſer.vrba. præd.fiſtulam.j.reſpon.Potes etiã dicere ideo in.l.cõtraria non cõmitti ſtipulationẽ dãni infecti: quia vitio hominis,nõ loci,dãnũ dari videtur: vt.ĩ.de dam.infe.l.fluminum.§.pręterea.hîc autẽ vitio mali parietis. Sed media ſolutio verior eſt:agitur etiam locati,ſi conductor talia facit: vt.ĩ.loca.qui domum.

ſ. Vetus.

* Sic Fl. ſed manuſcri. & vulg.ſterquilinium.

† poſſe.

ſterculinum * fecerat,ex quo paries madeſcebat, conſulebatur quemadmodum poſſet vicinum cogere vt ſterculinũ tolleret. Reſpondi,ſi in loco publico id feciſſet,per interdictum [ſ] cogi poſſe. ſed ſi in priuato, [t] de ſeruitute agere [u] oportere. ſi dãni infecti ſtipulatus eſſet,poſſit † per eam ſtipulationem ſi quid ex ea re ſibi damni datum eſſet,ſeruare.

Lex iſta legitur duobus modis: Vno modo, quando agebatur actione perſonali:& iſtã lect.tangit ſecunda gl.hîc poſita. Alio modo quando agebatur reali:&iſtã tangit glo.maior hîc poſita.& iſta ſecunda eſt vera: ſecundũ quã breuiter hoc intẽdit: Qui agit cõfeſſoria pro ſeruitute &intereſſe,reo contumace mittitur in poſſeſsionem omniũ bonorũ: à qua nõ recedit niſi fuerit integrè ſatisfactũ. h.d.Diuide.primò ponit quod ſit officiũ iudicis contra reum cõtumacẽ in confeſſoria. ſecundò reſpõ. tertiò quod ſit officiũ iudicis poſtea reo reuertẽte ad purgandã contumaciã.Secunda ibi,reſpondi.tertia ibi,& non ante.Bart.

XVIII. IVLIANVS *libro ſexto ex Minicio.*

IS cuius * familia vicinum prohibebat [x] aquam ducere,ſui poteſtatem non faciebat,ne ſecũ agi poſſet. quærit actor quid ſibi faciendum eſſet.Reſpondi,oportere prætorẽ cauſa cognita [y] iubere bona [z] aduerſarij poſsideri: & nõ antè inde diſcedere,quàm is actori ius aquæ [a] ducendæ conſtituiſſet, [b] & ſi quid, [c] quia aquam ducere prohibitus eſſet, ſiccitatibus [d] detrimenti cepiſſet,veluti ſi prata arborésve exaruiſſent.

IS cuius.] CASVS. Teſtator legauit ſeruitutẽ aquæ. & cũ agerẽ cõtra heredẽ vt pateretur me ducere,abſentabat ſe, & me impediebat eius familia.quęritur quid mihi ſit faciẽdũ?Et reſp.ꝙ ſum mittẽdus in poſſeſſionem bonorũ abſentis. nec ante diſcedã q̃ ſeruitus cõſtituatur, & damnũ reſtituatur qđ habui propter ſiccitatẽ.Viu.
x *Prohibebat*. domini voluntate.Accurſius.
y *Cauſa cognita*.ſ.ſummatim:vt ar.ĩ.de Carbo.edict.l.iij.§. cauſæ.

* Bar.hîc in lec. noua habet hanc. l. pro difficili: pro cui⁹ intelligẽtia vide Baldũ in auth. ei qui. C de bo. au. iudi. poſ. in verſi.quæro qualiter fiat miſſio in ſeruitutibus. in 7.col.in ver. quæro de intellectu. l. is cuius. in. 12. &.13.col.

z *Bona*.omnia olim:vt.ĩ.qui.ex cau.ĩ poſ.ea.l.j. hodie verò pro mẽſura debiti declarati ĩ perſonalib⁹:vt ĩ auth.de exhi.§.ſi verò. col.v.hîc autẽ in poſſeſſione ſeruitutis, ſi ageretur cõfeſſoria, ſicut in actione in rẽ,in poſſeſſionẽ rei petitæ:vt.C.de pręſcr.xxx. an.ſi quis emptionis.§.fi.licèt ibi perſonali non reali fuit actũ.
a *Aquæ*. quã cõſtitui ſibi actor petebat actiõe ex ſtipulatu, vel ex teſtamẽto:vt ſtatim ſubiicit:vbi dicit ꝙ de nouo cõſtituitur.
b *Conſtituiſſet*.ſ.de nouo.& ſic eſt cõtra.ſ̃.e.l.ſicut.§. ſed ſi quæritur.Sol.vt ibi.Itẽ hæc conſtitutio fit ad tẽpus, & cautio de nõ impediẽdo,ſcilicet donec egerit negatoria,& probauerit ius nõ eſſe ducẽdi:vt.ĩ.de oper.no.nun.l.ſi prius.&.ĩ.de dam. infec.l.à quo fund⁹.Itẽ cauebit de dãno,ſi quod poſt cautionẽ cõtingat.
c *Et ſi quid*.ſupple reſarcire,ſi quid &c.Accurſius.
d *Siccitatibus*.primum autem debet reſtitui ſtatim antequam ad agendum negatoria admittatur:vt hîc ſubiicit. Et ſic not.quòd efficitur de poſſeſſore petitor,propter coutumaciam:vt.C.quomodo & quando iudex.l.conſentaneum.

Cõtumacia facit de poſſeſſore petitorem.

SI de cõmuni.] CASVS. Ego & Titius habebamus fundũ commune cui ſeruitus debebatur ex prædio vicini. egi pro ſeruitute:& ſuccubui.ſi quidem mea culpa,nõ nocet Titio: an dolo.

& nō nocet ſimiliter: quia de dolo teneor ei ad omne dānū. Viu.

a *Damno*. propter culpam agentis: aliàs & victoria prodeſt, & amiſſio nocet etiam aliis: vt. ſ. e. loci. §. ſi fundus. & de aqua plu. arc. l. ſupra. §. Caſſius.

b *De dolo*. ſcilicet contra ſocium. nam contra aduerſarium præiudicat ſententia: vt. j. de aqua plu. arcē. l. ſupra. §. Caſſius. niſi in ſubſidium: vt arg. ſ. de eo per quē fac. erit. l. fi. Et quod dicit, de dolo: dic, id eſt communi diuidun. nomine doli: vt dicto. §. Caſſius. & j. fami. ercif. & puto. §. ſed ſi dolo. Alij dicunt neg. geſt. nomine doli: vt &. ſ. nego. geſt. qui aliena. §. vno. &. j. cōmuni diuidun. l. arbor. §. ſi per eūdem. Alij dicunt, eum qui egit hîc, alterius proc. fuiſſe. nā eo exiſtēte non ſoluendo, agitur cōtra aduerſariū de dolo: vt. ſ. de dol. & elegāter. §. pen. Vel dic ſecundum R. dari contra victorē actionem de dolo, id eſt replicationem intētata actione prima. hæc placet. Accurſius.

T *Eſtatrix*.] CASVS. Mulier habebat domos, & fundū. per quem conſueuit ire ad domum. habeo legatū directū vel fideicōmiſ. fundi. & ſi domus remanſit heredi, poterit heres ſeruitutē in fundo retinere, vt ad eas vadat per eundem.

[PLVRES.] Cuiuſdam villę homines à quodā magnate ius tātum ſeruitutis tale emerūt, vt liceat ſingulis de villa paſcere in nemore magnatis beſtias ſuas. poſtea aliquis de villa vēdidit omnes poſſeſſiones quas habebat in villa, vel tibi legauerat. quæritur an ius comitatur emptores, & legatarios? Et dicit ꝙ ſic: ſiue ſit actum ſiue non actum in contrarium. Viuianus.

Sententia lata contra vnum ex ſociis, non præiudicat cæteris ſi eius culpa acciderit. ſecus ſi dolo. Bartolus.

XIX. MARCIANVS *libro quinto Regularum*.

SI de communi ſeruitute quis bene quidem deberi intendit, ſed aliquo modo litem perdidit culpa ſua, non eſt æquum hoc cæteris damno [a] eſſe. B ſed ſi per colluſionem ceſſit litem* aduerſario, cæteris dandam eſſe actionem de dolo [b] Celſus ſcripſit: idq; ait Sabino placuiſſe.

* lite.

Qui negat rem, videtur velle vt ei concedatur ſeruitus per aliam rem propriā prout ipſe vtebatur. Bartolus.

XX. SCAEVOLA *libro quarto Digeſtorum*.

TEſtatrix fundo [c] quem legauerat, caſas iunctas habuit. quæſitum eſt, ſi hæ fundo legato non cederent, C eúmque [d] legatarius vindicaſſet, an iſte fundus aliquā ſeruitutē caſis deberet: aut ſi ex fideicommiſſi [e] cauſa cùm ſibi dari legatarius deſideraret, heredes ſeruitutem aliquā caſis excipere deberēt. Reſpōdit, deberi. [f]*

* debere.

Prædiū vniuerſitatis poteſt ſeruire prædiis ſingulorum: & ius ſeruitutis tranſit cū prædio domināte, quocunque titulo cōcedatur: niſi ſpecialiter ſit exceptum. Bart.

Plures ex municipibus [g] qui diuerſa prædia poſſidebant, D ſaltum communem, vt ius compaſcendi haberent, [h] mercati ſunt: idq; etiā à ſucceſſoribus eorum eſt obſeruatum: ſed nōnulli ex his qui hoc ius habebant, prædia illa ſua propria venumdederunt. Quæro an in venditione etiam ius illud ſecutum ſit prædia, cum eius voluntatis voluntates fuerint, vt & hoc alienarent. Reſpondit, id obſeruandum quod actum inter contrahentes eſſet. Sed ſi voluntas cōtrahentium manifeſta non ſit, & hoc ius ad emptores tranſire. [i] Item quæro, an cum pars illorum propriorum fundorum legato ad aliquem tranſmiſſa ſit, aliquid iuris ſecum huius compaſcui traxerit. Reſpondit, cum id quoque ius fundi qui legatus eſſet, videretur, id quoque ceſſurum legatario. [k]

Poteſt agi vt aqua inueniatur, & inuenta ducatur. Bartolus.

XXI. LABEO *libro primo Pithanon à Paulo Epitomatorum*.

SI qua aqua [l] nondum apparet, eius iter ductus conſtitui non poteſt. [m] Paulus. Imò puto idcirco id falſum eſſe, quia cedi poteſt vt aquam quæreres, & inuentam ducere liceret.

## QVEMADMODVM ſeruitutes * amittuntur. TITVLVS VI.

* In indice tit. eſt, amittantur.

Ratione dominij confunditur ſeruitus. Bartolus.

I. GAIVS *libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale*.

SEruitutes prædiorum confundūtur, ſi idē [n] vtriuſque prædij dominus eſſe cœperit.

Propter vſum partis quo ad cōmoditatem tota ſeruitus retinetur. Bartolus.

II. PAVLVS *libro viceſimoprimo ad Edictum*.

QVi iter [o] & actū habet, ſi ſtatuto tempore tātum ierit, [p] nō periſſe actum, ſed manere Sabinus, Caſſius, Octauenus aiunt, nam ire quoque per ſe eum poſſe qui actum haberet.

c *Teſtatrix fundo*. per quem ſolebat ire ad caſas. Ir.

d *Eúmque*. ſcilicet fundum.

e *Aut ſi ex fideicommiſ*. ſupra ergo directò, hic per fideicommiſ. fuit relictus. præterea & ſupra vindicauerāt viam: hîc petit nūc. E

f *Debere*. ad vtrumq; reſpondet. & facit. j. de lega. j. ſeruum. §. ſi. Sic eſt argu. contra. ſupra de ſerui. ruſti. præd. l. fin. Solu. ibi non legauerat fundi proprietatem: ſed in eo ſeruitutem: vnde nō poteſt dici debere ſeruitutem alij rei eiuſdem domini. Accur.

g *Plures ex municipibus*. vt quia illi qui præerāt municipibus, ſcilicet conſules, vel ſimiles.

h *Haberent*. ſcilicet ſinguli de vniuerſitate: vt hæc ſeruitus debeatur prædiis.

i *Tranſire*. tranſit ergo ſiue ſit dictum, ſiue in contrarium non ſit dictum: vt hîc, & infra de act. emp. l. creditor. §. fin. & de contrahen. emp. in vendendo. §. j. &. ſ. de vſufru. ſi pendentes. §. fin. &. C. de relig. ſi ſepulchrum. §. prophana. &. ſ. eo. l. ij. in fin. & l. iij. de ſer. ruſti. præd. l. via. §. ſi fundus. Accurſius.

k *Legatario*. ſed quale eſt hoc ius? nam aut ſeruitus prędialis: aut perſonalis? prædialis non: quia ſaltus iſte erat municipum: & ſic res ſua ei ſeruire nō poterat. eadem ratione nec perſonalis: vt. ſ. ſi vſusfructus pe. l. vtifrui. A non ergo aliquod ius debet ſequi emptorem? Reſpon. duobus modis. Primo: quia ſaltus municipum licèt ſit municipū, non tamē eſt cuiuſlibet de municipio, vt in liberto vniuerſitatis dicitur. vnde ſingulis de municipio poterat debere ſeruitutē. Ar. ſ. de in ius voc. ſed ſi hac lege. §. qui manumittitur. &. j. de quæſt. l. j. §. ſeruū. Vel dic ſecūdò, ſaltū nō fuiſſe etiā municipū: ſed ius paſcēdi in ſaltu. Et quod dicit ſaltū communē, dic, id eſt ius paſcēdi in ſaltu. arg. §. de ſeruitu. ruſtic. prædio. l. qui duo.

S *I qua*.] CASVS. Cōceſſiſti vt aquā initio quæreres: & poſtea ducerem: quęritur an teneat conceſſio? Et dicitur quòd ſic. ſed Paulus & alij contra.

l *Si qua aqua*. aliàs incipit lex, & aliàs non.

m *Conſtitui non poteſt*. h. d. Labeo. ſed ſibi videtur eſſe cōtrarius: vt ſ. de ſer. rūſt. præd. l. Labeo, quæ eſt cōtra. H. Sol. hoc intelligitur. ſ. vt ſtatim valeat: & ſit ſeruitus: in futuro autē eſſe poterit: vt ibi, & hîc ſubiicit. &. ſ. de ſeruitu. vrb. præd. l. ſi ſeruitus. §. fin. & ideo minus bene à Paulo reprehenditur hic.

QVEMADMOdum ſeruitutes amitt. *Sed non etiam quib. modis vſusfructus interit, & ſeruitutes. nam confuſione tantum intereūt, id eſt adquiſitione dominij vtriuſque prædij, & non vtēdo, ſiue vſucapione libertatis, & ceſſione. Cuiacius.*

S *Eruitutes*.] CASVS. Quidam Titius cœpit eſſe dominus illius fundi cui ſeruitus debebatur, & etiā ſeruientis. quæritur an ſeruitutes confundātur & extinguantur? Et reſp. ꝙ ſic cōfūdūtur. i. cōfuſione quadā amittūtur. Viu.

n *Si idem*. qui debebat alij ſeruitutem: vel econtra cui debebatur, vel tertius quidam cœpit eſſe vtriuſque prędij dominus, ſeruientis ſcilicet, & eius cui ſeruitur. & hoc ſiue ſimul ſiue ſeparatim, dummodo inſolidum. ſecus ſi pro parte, quia tunc non extinguitur ſeruitus: vt ſupra de ſer. l. vt pomum. §. j. Item contra ſupra de ſer. ruſti. præd. l. tria. Vel ibi non amittitur: ſed in medio tantùm retinetur. Accurſius.

Q *Vi iter*.] CASVS. Habebam iter, quantum ad commoditatem, quod eſt intelligendū: non quod habeo actum, quātum ad ſeruitutem. quæritur ſi. x. an. vſus fui itinere ſciens, non actum autem egi, an pereat actus: Et reſpon. quòd non: quia qui actum habet, iter habere videtur quo ad commoditatem. Viu.

o *Qui iter*. quo ad commoditatem. nam ſtatim qui habet actū, habet & itineris commoditatem: vt inſti. de ſer. §. j.

p *Ierit*. ſciens ſe actum habere. aliàs periret, vt ſupra quib. mod. vſusfruct. amit. l. is qui vſumfructum.

I *Vra*.] CASVS. Licèt moriatur, vel capite minuatur dominus prædij dominantis, non ideo extinguitur ſeruitus ruſtici vel vrbani prædij. Item ſi quis nō vtatur itinere ad ſepulchrum, non ideo

non ideo extinguitur ſeruitus illa. Viuianus.

a *Iura prædiorum*.ruſticorum & vrbanorum.& facit.ſ.de ſeruit. ruſti.præd.l.pecoris.Accurſius.

b *Iter. Amittitur*.ſpeciale, ſicut & in via publica: quæ ſimiliter non perit nõ vtendo: vt infra de via pub.l.viam.ſed per pactũ ſic: vt ſupra de ſeruitut.l. ſeruitutes. §. j. Accurſius.

*Seruitus*.] CASVS. Si mihi ſeruitus debebatur: quicunque ea vtitur, nõ amittitur ſeruitus: ſed retinetur. ſed opponitur ad legẽ iſtã j.eo.l.vlti.Solu.illa loquitur quo ad ſeruitutem acquirendam: vel quo ad retinendã. Vel dic quòd illa ſecundũ iſtam intelligitur. Viu.

c *Per ſocium*. vt infra eo.l.aquam; §. quòd ſi plurium. &.ſ. de vſufru.l.arboribus.§.vſusfructus.

d *Bonæ fidei*.ſed & malæ fidei:vt.j.eo.l.pen.

e *Nam ſatis. Nomine*.opponitur.j. l.finali. Solu.ibi in acquirendo: hic in retinendo.

f *Tempore ceſſaueris*. x. vel.xx.an.Accurſius.

g *Amiſeris*. & certè nõ:vt.ſ.l.proxi.& hoc ſi indiuiſus erat fundꝰ cui ſeruitꝰ debebatur: alioquin ſecus,vt infra ſubiicit ibi, ſi diuiſus &c.Accurſius.

h *Liberauerit*.hãc quæſtionẽ ſoluit infra ibi, ſed ſi is fundus &c.

i *Reſpondit*. proſequitur primã quæſtionem quando ſeruitus debetur fundo plurium. Et vt totum. §. plane intelligas, dic quòd via debetur quandoque ab vno pluribus: quandoq; à pluribus vni. Si ab vno pluribus, aut hi plures diuiſerunt,aut non.ſi nõ:vna ſeruitus eſt vni prædio plurium debita: & aut tota amittitur ſi nullus fuerit vſus: aut tota retinetur, ſi omnes fuerint vſi: vel etiam vnus ſolus: vt ſupra.l.proxi.in prin.huius.l.Si autem diuiſerunt: quæ erat ſeruitus vna ab initio,ſpargitur in duas:vt ſupra de ſerui.ruſt. prædio.l. via conſtitui. §. quæcunque. Nec poterit quæri qui prius vnam,nunc autem plures debet ſeruitutes: quia in alio releuatur. nam ante diuiſionem etiam per vnum ſocium, vt diximus, ſeruitus retinebatur:non autem poſt diuiſionem: ſed vnuſquiſque ſibi vſurpat & deperdit:vt hîc. cum autẽ à pluribus vni debetur,ſi quidem plures non diuiſerũt:vna ſeruitus eſt.& aut tota amittitur,ſi in nullo eſt vſus:aut tota retinebitur: vt.ſ.l.proxi.Si autem diuiſerunt:aut via erat cõſtituta per certum locum: aut ita vt haberet ſeruitutem vbicunque vellet,& quandocũque vellet mutare quod poſſet. Si per certum locum debebatur via,& diuiſio fundi facta eſt:aut hæc diuiſio facta eſt per longitudinem viæ:aut per latitudinem.Per longitudinem fit,quando totius longitudinis viæ vnuſquiſque ſociorum partem habet à principio viæ vſque ad finem.per latitudinem,quando vnus ſolus ſolidam viam habet vſque ad certum terminum æqualiter, vel inæqualiter poſitum : & alter ab eo termino vſq; ad finem. ſic fit diuiſio per longitudinem:vt.ſ.& per latitudinem ita. Alij verò dicunt contrarium, ſcilicet fieri per latitudinem, quando ipſa longitudo diuiditur.Item per latitudinem,quãdo latitudo. ſi illa via per longitudinem,ſicut diximus,diuiſa fuerit:aut tantum eſt ſpatij in cuiuſlibet prędio,quod ſufficit ad viã:aut non. Primo caſu duæ erunt ſeruitutes,perinde ac ſi in duobus fundis conſtitutæ eſſent ab initio. Secundo caſu vna tantũ remanebit.Si verò per latitudinem,vna remanet ſeruitus.Ratio diuerſitatis quare hîc dicatur vna, in ſuperiori caſu dicantur duæ, in

† Iſte tex. eſt ar. ſecundũ Bald. hic ꝙ ſi vnus collegarũ vtitur iuriſdictiõe, omnes vidẽtur vti,& eſſe in quaſi poſſeſſione.

Via multifaria deberi poteſt.

Via multifariam deberi poteſt.

III. GAIVS *libro ſeptimo ad Edictum prouinciale.*

Iura prædiorum [a] morte & capitis deminutione non perire, volgo traditum eſt.

IIII. PAVLVS *libro vicenſimoſeprimo ad Edictum.*

Iter ſepulchro debitum non vtendo nunquam amittitur. [b]

Seruitus retinetur per quemcũque retinentẽ nomine fundi. Bar.

V. IDEM *libro ſexageſimoſexto ad Edictum.*

Seruitus † & per ſociũ [c] & fructuarium & bonæ fidei [d] poſſeſſorem nobis retinetur:

Si vna eſt via, indiuiſibilis eſt: & ideo vel tota amittitur, vel tota retinetur. ſed ſi de vna fiant duæ, poteſt vna amitti, & alia retineri: & econtra. h. d. vſque ad finem. Bartolus.

VI. CELSVS *libro quinto Digeſtorum.*

Nam ſatis eſt fundi nomine [e] itum eſſe. Si ego via quæ nobis per vicini fundum debebatur, vſus fuero, tu autem cõſtituto tempore ceſſaueris, [f] an ius tuum amiſeris? [g] Et ecõtrario ſi vicinus cui via per noſtrum fundum debebatur, per meam partem ierit egerit, tuam partem ingreſſus nõ fuerit, an partem tuam liberauerit? [h] Celſus reſpondit: [i] Si diuiſus eſt fundus [k] inter ſocios regionibus: quod ad ſeruitutem attinet quæ ei fundo debebatur, perinde eſt atque ſi ab initio duobus fundis debita [l] ſit: & ſibi quiſque dominorum * vſurpat [m] ſeruitutem, ſibi non vtendo deperdit:nec amplius [n] in ea re cauſæ eorum fundorum miſcentur: [o] nec fit vlla iniuria [p] ei cuius fundus ſeruit, [q] imò ſi quo melior, [r] quoniam alter dominorum vtendo, ſibi, non toti fundo proficit. [ſ] Sed ſi is [t] fundus qui ſeruierit, ita † diuiſus [u] eſt, pluſculum dubitationis ea res habet.nam ſi certus ac finitus viæ locus [x] eſt: tunc ſi per longitudinem eius [y] fundus diuiſus eſt, eadem omnia ſeruanda erunt, quæ ſi initio conſtituendæ eius ſeruitutis ſimiliter hîc duo [z] fundi fuiſſent.Si verò per latitudinem [a] viæ fundus diuiſus eſt (nec multum [b] refert æqualiter id factum eſt, an inæqualiter) tunc manet idem ius ſeruitutis, quod fundo indiuiſo fuerat:nec aut vſu detineri,aut nõ vtendo deperire, niſi tota [c] via poterit : nec ſi fortè inciderit [d] vt ſemita quæ per alterum dumtaxat fundum erit, vteretur, idcirco alter fundus [e] liberabitur:quoniam vnum atque eodem modo [f] indiuiduũ vię ius eſt.Poſſunt tamen [g]

* i. vſu retinet.

† rectè ſic legitur, nõ autem ſemita diuiſus eſt. Cuia. lib.14. Obſeru.c.11.

promptu eſt : quia vbi per latitudinem diuiſa eſt in certa parte, quæ proxima eſſet fundo cui ſeruitus debetur, non poteſt eſſe ſeruitus,niſi eſſet in ſequenti.nam in ruſticis prædiis &c. vt.ſ.de ſerui.ruſt.præd.l.qui ſella.in fi.ideoque cum vnum ius ſine altero eſſe non poſſit:meritò in vnũ corpus & anima creantur. Vbi verò per lõgitudinem eſt facta diuiſio, nullũ medium prædium impedit ſeruitutem:& in vna parte poteſt ſeruitus conſiſtere, etiam ſi nõ conſiſtat in altera: ideoq; meritò duæ appellari poſſunt. Cum verò cõſtituta eſt ſeruitus, vt per quãlibet partem fundi viam haberet, & vt etiam mutet: nõ facta diuiſione eundo per vnam partem, retinet ſeruitutẽ in omnibus aliis partibus fundi.Cũ verò facta fuit diuiſio: perinde obſeruatur, ac ſi in duobus fundis duę ſeruitutes eſſent conſtitutæ: ideo poteſt altera amitti tẽpore,altera vſurpari.Nec lugeat ruſticus cui ſeruitus debebatur, quòd facto dominorum ſit conditio ſua facta deterior: cum prius, id eſt ante diuiſionem, vna parte vtẽdo,totius fundi retineret ſeruitutẽ: quia hoc commodũ ei obuenit vt nunc duas habeat vias:& earũ commoditatem.

k *Fundus*. primò dominans.Accurſius.

l *Debita*.primò erat vna,modò ſunt duæ: ſiue à duobus diuerſis debetur, ſiue ab eodẽ: vt.ſ.de ſeruitu.ruſtic.prædio.l.ij.§.penul.& de ſerui.l.viæ.

m *Vſurpat*.id eſt per vſum retinet:vt.j.de vſucap.l.ij.Azo. ſic & aliàs vnus tenet,& alter repudiat: vt in heredibus vnius legatarij:vt infra de leg.j.l.legatarius.

n *Nec amplius*.ſcilicet ex tempore diuiſionis.

o *Miſcentur*.id eſt non coniunguntur,vt per vnam partem retineatur & in alia ſeruitus:ſicut fiebat ante diuiſionem.

p *Iniuria*.id eſt deterior conditio.

q *Seruit*.quod videtur:quia duas debet ſeruitutes.

r *Melior*.non dicas,iniuria : ſed id quod nomine iniuriæ incluſit,ſcilicet conditio.

ſ *Proſpicit*. ſcilicet poſt diuiſionem:quod nõ eſſet ante diuiſionem:vt.ſ.l.proxi.& hac eadem.l.in prin.§.j.

t *Sed ſi is*.nunc ſecundæ quæſtioni reſpondet.

u *Ita diuiſus*.vt diximus in dominante.Accurſius.

x *Locus*.id eſt locus ita determinatus eſt,vt mutari nõ poſſit inuitis dominis prædij ſeruientis.

y *Eius*.ſcilicet viæ.

z *Duo fundi*.non tamen ſequitur:ergo duæ ſunt viæ:vt ſupra de ſerui.ruſt.præd.vna eſt.ſed oportet ad hoc vt duæ ſint vię,quòd vtrumq; prędium ſit proximum ei cui ſeruitus debetur,& quòd tantum ſpatium vtriuſque ex diuiſione cedat, quòd ſufficiat ad viam:vt.j.ea.l.§.certe.Azo.& ſic coniungitur illa litera cum iſta vſque illuc:cæterum &c.

z *Duo fundi*.ex quibus debetur ſeruitus.

a *Per latitudinem*.quia via diuidatur.

b *Nec multum*.interpoſitio eſt.

c *Niſi tota*.ſed tota & admitti,& detineri poteſt.

d *Inciderit*.id eſt contigerit.Accurſius.

e *Alter fundus*.per quem non iuit.

f *Eodem modo*.ſicut & ante diuiſionem.

g *Poſſunt tamen*. ſcilicet alter ex his qui debet ſeruitutem: & cui

debetur, ſecundum Azo. Et ſic not. hîc quòd aliquid eſt quod non poteſt tempore acquiri: poteſt tamen per conuentionem remitti. ſic ecõtra. C. de agri. & cen. quemadmodũ. &. ǰ. de di. & temp. præſcri. l. longe. &. C. de ſer. fugi. l. j. etiam in eo quòd non vtatur longiſſima præſcriptione. ſed alienatio ſic: vt. C. de pla. l. in fuga. &. ſ. de ſer. vrba. prædio. ſed ſi inter me. Arg. contra in eo. titu. ſi ædes.

Conuẽtione remittitur, quod nullo tempore acquiritur.

a *Certè.* hoc quod ſubiicit, melius refertur ad præcedentẽ caſum, vbi ſcilicet per longitudinem viæ ſit diuiſio, ſecundum Ioan. alij ad alium. Accurſius.

b *Ea re.* id eſt propter eam rem.

c *Si modò.* ſi id eſt quia. vel melius propriè ſi exponas lege. i. pacto. Azo.

d *Lege.* id eſt pacto: vt ǰ. depo. l. j. §. ſi conueniat. verè minor: quia hîc ſic fuit magna conſtituta, quòd ex ea ſiũt duæ. Quod autẽ dicit, quòd minor potuit cõſtitui: verũ eſt, dũmodo vehiculum inde ire poſſit. alioquí erit iter, non via: vt. ſ. de ſeruitu. ruſt. prædi. l. via cõſtitui. Vel dic, lege. xij. tab. vt. ſ. de ſeruitu. ruſti. præd. l. viæ.

e *Sufficiat via.* quæ eſt octo pedum in porrectũ. & xvj. in anfractũ: vt. ſ. de ſeruitut. ruſtic. præd. l. viæ.

f *Liberabitur.* quãtum ad commodum viæ. in eo autem quod ſupereſt, an habet iter ſi poteſt ire, vel agere? Reſpõ. videtur quòd nõ: vt. ſ. quib. mod. vſuſfr. amit. l. is qui. Sed reſp. aliud in ſeruitute: vt ſu pra titu. j. ſi eo. §. fina.

g *Cæterum.* quaſi dicat, hoc quod dicit ſupra, verum eſt quando via erat certa cõſtituta, & diuiſio fundi per longitudinẽ, & in reſiduo non ſupereſt ſpatium ſufficiens ad viam, cæterum &c. Azo.

alterutrum fundum liberare: ſi modò hoc ſpecialiter conuenit. Certè[a] ſi is cui ſeruitus debebatur, alterum ex ea diuiſione fundum redemerit, num ideo minus ea re[b] fundi alterius ſeruitus permanebit? Nec video quid abſurdè † conſecuturum ſit eam ſententiam, fundo altero manente ſeruo: ſi modò[c] & ab initio potuit anguſtior conſtitui via, quàm lege[d] finita eſt: & adhuc id loci ſupereſt in eo fundo cui remiſſa ſeruitus non eſt, vt ſufficiat viæ.[e] quòd ſi minus loci ſupereſt quàm viæ ſufficiat, vterque fundus liberabitur:[f] alter propter redemptionem: alter quia per eum locum qui ſupereſt, via conſtitui non poteſt. Cæterùm[g] ſi ita conſtitutum eſt ius viæ, vt per quamlibet partem fundi ire agere liceat, idque vel[h] ſubinde mutare, nihil prohibet: atque[i] * ita diuiſus eſt fundus[k] † ſi per quamlibet eius partem æquè ire atque agi poſſit: tunc perinde obſeruabimus, atque ſi ab initio duobus fundis duæ ſeruitutes iniunctæ fuiſſent: vt altera retineri, altera non vtendo poſſit deperire.[l] Nec me fallit,[m] alieno facto ius alterius immutatu iri:[n] quoniam antè ſatius fuerat per alteram partem[o] fundi ire agere, vt idem ius ei in altera parte fundi retineretur. Contra,[p] illud commodum acceſſiſſe ei cui via debebatur, quòd per duas pariter[q] vias ire agere poſſit: bíſque octo nos in porrectum, & ſenos denos in anfractum.

† abſurdi.

* aut ſi ita.

† vt per.

h *Idque vel.* aliàs velit. & aliàs ſi velit: & ſubaudi, & conſtitutũ ſit, vt ſi velit &c. & quod ſubiicit. nihil prohibet, quò minus mutet, ſicut & mutat vbi ſibi non fuit data expreſſe poteſtas: vt ſtatim ſubiicit.

i *Atque.* i. ſicut, ſi ita &c. Sed contra. ſ. de ſer. l. ſi cui. vbi dicit, quotidie non poſſe mutare, quando ſimpliciter eſt conſtituta. Sol. hîc de rigore, ſecundũ Ot. Vel ſupra ſimpliciter via fuit cõceſſa: hîc autem quãdo fuit dictum vt per quamlibet partẽ poſſit ire, licet nõ fuerit dictum hoc. ij. reſpon. quòd poſſit mutare. Sunt ergo tres caſus: quia aut ſimpliciter conſtituitur: & tunc nõ poteſt mutare, vt ibi. Aut eſt dictum, vt per quamlibet partẽ poſſit ire, & quòd poſſit mutare. Item quando ſolum fuit dictũ poſt conſtitutionẽ vt poſſit per partem quamlibet ire: vt hîc.

k *Fundus.* ſupple ſcilicet ille qui ſeruitutem debet talem, vt per quamlibet &c. aliàs eſt, ſi per quamlibet.

l *Deperire.* nec diſtinguitur à Celſo per longitudinem vel latitudinem diſtinguatur ager hoc caſu.

m *Fallit.* quia illud ſcio. non autem deceptus videtur &c. vt. ǰ. de act. emp. l. j. in fine.

n *Immutatu iri.* non enim in deterius mutatur ius eius cui debetur ſeruitus, quod videbatur, quoniam ante &c.

A o *Per alteram partem.* nam in hoc magis quàm in illo non potuit retineri: eſt ergo melius in vtroque, vel vtraque parte retineri, quàm in nulla: vt arg. ǰ. de fideicom. liber. l. generaliter. Accur.

p *Contra.* id eſt contra illud incommodum hoc commodum ei præſtatur. Vel contra, id eſt econtrario. Accurſius.

Seruitus quæ non habet quotidianum vſum vtendi, amittitur tẽpore conſtituto duplicato. Bartolus.

VII. PAVLVS *libro tertiodecimo ad Plautium.*

B SI ſic* conſtituta ſit aqua, † vt vel æſtate ducatur tantùm, vel vno menſe: quæritur quemadmodum non vtendo amittatur: quia non eſt continuum tempus, quo cum vti non poteſt, non ſit vſus. Itaque & ſi[r] alternis annis vel menſibus quis aquam habeat, duplicato conſtituto[ſ] tempore amittitur. Idem & de itinere cuſtoditur. ſi verò alternis diebus, aut die[t] toto, aut tantùm nocte, ſtatuto legibus tempore amittitur: quia vna ſeruitus eſt.[u] Nam C & ſi alternis horis, vel vna hora cottidie[x] ſeruitutem habeat, Seruius ſcribit, perdere eum non vtendo ſeruitutem: quia id quod habet, cottidianum ſit.

Qui permittit ædificari in loco ſeruiente, ius ſeruitutis amittit. Bartolus.

VIII. IDEM *libro quintodecimo ad Plautium.*

SI ſtillicidij immittendi ius habeam in aream tuam, & permiſero ius tibi in ea area ædificandi, ſtillicidij immittendi ius amitto.* Et ſimiliter ſi per tuum D fundũ via mihi debeatur, & permiſero[y] tibi in eo loco per quem via mihi debetur, aliquid facere, amitto ius[z] viæ.

Per vſum partis loci ſeruientis, vel ad partẽ loci dominantis, tota ſeruitus retinetur. h. d. cum. l. ſeq.

q *Pariter.* i. ſimul, quod non poterat ante diuiſionem: & hoc ex vi pacti, vt poſſit mutari. Accurſius.

SI ſic.] CASVS. Conceſſiſti mihi vt ex fundo tuo liceat mihi aquã ęſtate ducere: vel vno menſe tantũ anni. quæritur, quãto tẽpore perdã nõ vtendo: Et dicit duplicato: vt pro x. an. xx. ponãtur inter præſẽtes, & pro. xx. an. xl. ponãtur inter abſentes. ſecus eſt ſi modicũ interuallum: puta ſi alternis dieb⁹, vel horis: tunc enim nõ duplicatur: ſed. x. an. inter pręſentes, &. xx. inter abſentes ſufficiant. Viu.

* De ipſa ſeruitutis præſcriptione te remitto ad ea quæ plene voluit In no. in ca. de quarta de præſcrip.

† Coniunge l. ſi prius. de aqua plu. arc.

r *Et ſi.* ex hac copula, &. colligo ſic reſpõderi ad quæſtionem præmiſſã, ſicut ad ſimiles ſtatim reſpõdetur: vt. ſ. tempus duplicetur.

ſ *Conſtituto.* i. vicennio inter præſentes, & abſentes quoq;: vt hîc, & C. eod. l. fin. nam nulla pręter hypothecariam extẽditur ad. xl. an. ſecundũ Io. alij in vtroque caſu dicunt duplicari tempus.

t *Die.* q. d. non nocte.

u *Vna ſeruitus eſt.* melior eſſet ratio, quia interualla breuiora habet: vnde maior negligẽtia fuit petẽtis, ꝗ ibi vbi ſunt lõgiora interualla: vtrobiq; tamen vna ſeruitus eſt: vt hîc, &. ǰ. de vſufru. leg. l. cũ vſuſfructus. Sed cõtra ǰ. de aqua plu. arcẽ. l. ſi prius. in prin. vbi dicitur ꝙ altera eſt ſeruit⁹ aquæ æſtiuę: & altera hyemalis. Sol. ibi diuerſæ fuerũt cõceſſiones: hîc vna, & vno tẽpore. Itẽ quod hîc dicit. vnã præſcriptionẽ ſufficere, eſt ſec⁹ in vſufr. vt. ſ. qui. mo. vſuſfr. amit. l. j. §. vſq;. Sed illud ideo, quia poteſt cõſtitui ex tẽpore, & ad tẽpus: & ſic ſunt plures vſuſfru. vt. ſ. de vſufruc. l. iiij. aliæ ſeruitutes non: vt. ſ. de ſerui. l. ſeruitutes. & ideo quaſi pura ſit continua, currit præſcriptio. Nec diſtinguo, an ille cui debetur via, ſciuerit vel neſciuerit E viam ſibi debitam, vel non: vt. ǰ. eo. partem. §. j. vnde patet quòd amittitur etiam ſi non poſſit alicui imputari negligentia: licèt de æquitate fortè per reſtitutionem ſubueniatur: vt. ſ. de ſeruit. ruſtic. prædio. l. & Atilicinus. Item hoc in ruſticis ſeruitutibus. In vrbanis autem non ſufficit me non vſum: ſed te præſtare impedimentum: vt. ſ. de ſer. ruſti. præd. l. hoc autem. Accurſius.

* Per actum cõtrariũ videtur quis ius ſuum deſerere, ſecũdum Bald. hic, qui refert Innoc. ad hoc allegare iſtum tex. in. c. ſuper hoc. de renun. ad qđ cõcor. & facit textus in. cum M. Ferrarienſis. extra de cõſti.

x *Hora quotidie.* Sed quid ſi in ſeptimana? Reſpon. potius idem, quod in menſe, quàm in die: quia odia reſtringenda ſunt: vt. ǰ. de lib. & poſthu. l. cum quidam.

SI ſtillicidij.] CASVS. Ius ſtillicidij recipiẽdi in area tua, vel ius eũdi per fũdũ tuũ mihi permiſiſti. ſi ædificas ĩ area, vel ĩ fũdo me volẽte & permittẽte, ſeruitutẽ amitto tacitè: & remittere videor: ſecus eſt ſi parte itineris vtor: quia totũ ius retineo. Viuia.

y *Permiſero.* animo donandi: vt. ſ. commu. præd. l. ſi precario.

z *Amitto ius.* ſola conceſſione. Sed contra ſupra de ſer. vrb. prędio. ſi domus. Solu. vt ibi. Accurſius.

Itineris.

Is qui per partem itineris it, [a] totum ius vſurpare [b] videtur.

IX. IAVOLENVS *libro tertio ex Plautio.*

AQua† ſi in partem [c] aquagij* influxit, etiam ſi non ad vltima loca peruenit: omnibus tamẽ partibus vſurpantur. [d] †

In diuiduis retinet quis per ſocium quod per ſe non poteſt. Bartolus.

X. PAVLVS *libro quintodecimo ad Plautium.*

SI communem fundum ego & pupillus haberemus, licet vterque [e] non vteretur, tamẽ propter pupillum & ego [f] viam retineo.

Qui vtitur alio tempore quàm quo ſibi debetur ſeruitus, ſeruitutem non vtendo amittit. Barto.

Si is qui nocturnam aquam habet, interdiu [g] per conſtitutum ad amiſſionem tempus vſus fuerit, amiſit nocturnam [h] ſeruitutẽ, qua vſus nõ eſt. Idem eſt in eo qui certis horis aquæductum habens, aliis vſus fuerit, nec vlla [i] parte earum horarum.

Qui vtitur ſeruitute plus debito, ſeruitutem retinet. Bartolus.

XI. MARCELLVS *libro quarto Digeſtorum.*

IS cui* via vel actus debebatur, vt vehiculi certo genere [k] vteretur, alio genere fuerat vſus. videamus ne amiſerit ſeruitutem, [l] & alia ſit eius conditio, qui amplius oneris quàm licuit vexerit. magíſque [m] hic plus quàm [n] aliud egiſſe videatur, ſicuti [ſi] latiore itinere vſus eſſet, aut ſi plura iumenta egerit quàm licuit, aut aquæ admiſcuerit aliam. ideóque in omnibus iſtis quæſtionibus [o] ſeruitus quidem non amittitur: non autem cõceditur plus quàm pactum eſt in ſeruitute habere.

Reſoluto iure concedentis, reſoluitur ius ſeruitutis conceſſæ ab eo. Bartolus.

Heres, cum legatus eſſet fundus ſub conditione, impoſuit ei ſeruitutes. [p] extinguentur [q] ſi legati conditio exiſtat. Videamus an adquiſitæ ſequantur legatarium. Et magis dicendum eſt vt ſequantur.

Seruitus retinetur per quemcũque vtentem, & etiam per aquam naturalem currentem. Bart.

XII. *Celſus libro vicenſimotertio Digeſtorum.*

QVi fundum † alienum bona fide emit, itinere quod ei fundo debetur, vſus eſt. retinetur [r] id ius itineris: atque [ſ] etiam ſi precario, aut vi deiecto domino poſsidet. Fundus enim qualiter* ſe habens, [t] ita cum in ſuo habitu [u] poſſeſſus eſt, ius non deperit: neque refert, iuſtè nécne poſsideat qui talem eum poſsidet. Quare fortius & ſi aqua per riuum ſua ſponte perfluxit, ius aquæ ducendæ retinetur. [x] quod & Sabino rectè placuit, vt apud Neratium libro quarto Membranarum ſcriptum eſt.

Medius locus non ſeruiens, ſeruitutẽ interpellat, non extinguit: & ideo ante finitum tempus pręſcriptionis poteſt reſtaurari. Bartolus.

XIII. MARCELLVS *libro ſeptimodecimo Digeſtorum.*

SI quis ex fundo cui [y] viam vicinus deberet, vendidiſſet locum proximum ſeruienti fundo non impoſita ſeruitute, [z] & intra legitimum tempus quo ſeruitutes pereũt, rurſus eum locum adquiſiſſet, habiturus eſt ſeruitutem quam vicinus debuiſſet. [a]

Si fundo flumine occupato alluuione ſeruitus extinguatur, ſeruitus reſtituitur. Bartolus.

XIIII. IAVOLENVS *libro decimo ex Caßio.*

SI locus per quem via aut iter aut actus debebatur, impetu

a *Itineris*. id eſt v adit.

b *Vſurpare*. id eſt retinere. hoc autem verum, ſi vnus eſt dominus vię. idem ſi plures pro indiuiſo: ſed pro diuiſo diſtinguitur: vt. ſ. eo. l. nam ſatis. §. ſed ſi fundus.

S*I in partem*.] CASVS. Adquiſiui totali fundo meo ſeruitutem aquęductus: quamuis in aliqua parte agri fluxit illa aqua: nihilominus aliis partibus, quibus ſeruitus debebatur, retinere ius aquæ ducendæ.

c *Si in partem agri*. non diuiſi: alioquin cõtra. ſupra. l. nam ſatis.

d *Vſurpatur*. id eſt vſu retinetur. & hoc quo ad ſeruitutem, vel quo ad cõfeſſoriam: vt hîc & ſupra. l. proxi. in fin. Et arg. j. de adquiren. poſſ. l. iij. §. j. nõ autem quo ad poſſeſſoriũ iudiciũ, quod pro ſeruitute datur: vt. j. de itine. actúque pri. l. j. §. Iulianus ait. quæ eſt contra.

S*I communem*.] CASVS. Ego & pupillus habemus fundum communem. nemo noſtrũ vtitur hoc propter ætatem. non perdit nõ vtendo. certè & eius auxilio non perdã non vtendo. [SI IS.] Aliquis fortè cõſtituit talem ſeruitutem, vt liceret ei ducere aquã tantùm in nocte. ille vſus fuit per. x. an. in die, nõ in nocte: amittit ſeruitutem. Viuianus.

e *Vterque*. id eſt neuter. Azo.

f *Et ego*. quia indiuiduum eſt: ideóque aut tota retinetur, aut tota amittitur: vt hîc, &. ſ. de ſerui. ruſtic. præd. l. vna. Pars enim pupilli eſt inuſucapabilis: vt j. de adquiren. re. do. l. bo. fi. Itẽ no. hîc quod nõ poſſum per me, poſſum per aliũ: vt. j. quæ res pign. ob. poſ. l. Ariſto. Accurſius.

g *Interdiu*. i. in die.

h *Amiſit nocturnã*. nec ſibi tempore quæſiuit ſeruitutem diurnam: quia non habet perpetuam cauſam. ſed videtur quòd nec amittat: vt infra de aqua quoti. & æſti. l. cum conſtet. §. inter duos. Sed aliud in vno, vt hîc: aliud in pluribus, quorum quilibet vtitur pro alio eius volũtate. nam ille videtur vti, cum pro eo alius vtatur: vt arg. j. eo. l. vſu.

i *Nec illa*. vt infra eod. ſi quis alia. ſi autem illa eadem, tunc retinet: vt. j. l. proxi. Accurſius.

S*I is cui*.] CASVS. Certo modo habebam ſeruitutis actum per agrum tuum, puta biga: ſed decennio vſus fui quadriga. an perdam non vtendo, quia decennio non fui vſus biga? Et dicit quòd non: quia fui vſus plus, non alia ſeruitute. & addit ſimilia. [HERES.] Deceſſiſti, & me heredem inſtituiſti: & tuum fundum ſub conditione legaſti. an poſſim illi fundo ſub conditione legato ſeruitutem imponere, quæritur. Et reſpon. quòd non, quin extinguatur conditione adueniente. ſecus eſt contra: quia bene poſſum ſeruitutem illi adquirere fundo ſub cõditione legato: & conditione exiſtente ſequitur legatum. Viuianus.

k *Certo genere*. puta biga vel triga. & hoc pertinet ad modũ conſtituendæ ſeruitutis: vt. ſ. de ſeruitu. l. iij. §. modum. &. §. fi.

l *Seruitutem*. reſpon. ſic, vt. ſ. l. proxi. Accurſius.

m *Magíſque hic*. qui amplius quàm licuerit oneris vexit.

n *Plus quàm*. No. ergo quòd cũ ſit plus quàm fieri debet, videtur etiã ipſum fieri quod eſt faciendum: vt hîc, &. j. de re iu. ſi ſe. §. ſed & ſi pignori. &. ſ. de ſtatu ho. l. non ſunt liberi. & ſ. de ſer. vrb. prædio. ſi arborem. §. per contrariũ. &. j. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. itẽ quæritur. & l. cum conſtet. Sed ar. contra. j. manda. l. diligẽter. in prin.

o *Quæſtionibus*. quibus plus facit, non aliud. Accurſius.

p *Impoſuit ei ſeruitutes*. nam & alienare & obligare poteſt iure veteri: vt. j. de pig. grege. §. j. &. j. de fideicõ. liber. l. generaliter. in fi.

q *Extinguentur*. quaſi olim facto domino legatario: vt infra de peri. & commo. rei ven. l. neceſſariò. §. quòd ſi pendente. & facit. j. de condi. & demonſt. l. ſi fundum à te.

Q*Vi fundum*.] CASVS. Poſſideo fundum dominãtem: & vtor ſeruitute. non quidem perditur non vtendo: ſiue ſim dominus fundi dominãtis, ſiue bona fi. poſſ. ſiue mala fid. poſ. nam & ſi erat ſeruitus aquæ, vt interfluat per ſe, ſemper retinetur. Viuia.

r *Retinetur*. per bo. fid. poſ. iſtum: vt. ſ. e. ſeruitus. nã & per malæ fid. retinetur, vt ſubiicit, & j. eo. l. penul. Accur.

ſ *Atque*. ſcilicet verũ eſt vt retineatur.

t *Qualiter ſe habens*. id eſt qualitercũq; poſſideatur: vel qualitercũque ſit ei cõſtituta ſeruitus. Azo. vel, id eſt qualitate ſeruitutis habens ſe qualem. nã ſeruitus facit fundũ qualem.

u *In ſuo habitu*. id eſt ſuæ habitudine, id eſt ſeruitutis qualitate.

x *Retinetur*. vt. j. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. quæſitum. Accur.

S*I quis*.] CASVS. Vendidi vnum iugerum de fundo meo quod erat proximum ſeruienti: & non impoſui ei iugero ſeruitutẽ. Certè non poſſum vti ſeruitute quin medium quod non ſeruit impediat ſeruitutem. ſed ſi rem iterum emi antequam labatur decennium, reuertitur ſeruitus in priſtinum ſtatum.

y *Cui*. ſcilicet fundo.

z *Seruitute*. ei parti quem vendidit. Azo. & ſic non potuit vti interim ſeruitute: vt. ſ. de ſerui. vrban. prędi. l. qui ſella. §. fi. & de ſerui. ruſti. pręđi. l. via. §. fi. Accurſius.

a *Debuiſſet*. ceſſauit enim ſeruitus: non fuit extincta: vt ſupra de ſerui. ruſti. pręd. l. tria. &. ſ. titu. j. & ſi fortè. circa princi. Sed quid ſi poſt tempus? Reſpon. non reſtituitur, quia ſua culpa: aliàs ſecus: vt. j. l. proxi.

† Aliàs incipit, Si in partem.

* agri

† vſurpatur

* Si is cui

Poſſum per alium, quod per me non.

† Ad intellectũ iſtius l. vide Bar. in l. cũ ſeruus. in fine. j. de verb. obli. & quod not. p eũdem in. l. 1. §. ſi tibi fundũ j. de itin. act. priuato.

* Qualiter ſe habẽs. ſic j. de verbo. ſignif. l. quid aliud.

a *SI locus. Reſtituitur.* ipſo iure: vt &. ſ. quib. mo. vſusfru. amit. l. cum vſufru. &. l. ſi ager cuius. Azo.

b *Cogendus eſt.* ſcilicet ille cui adcreuit. & hoc per reſtitutionem in integrum: vt ſupra de ſeruitut. ruſticorum prædio. & Atilicinus. in fin. & infra de itin. actúque pri. l. j. §. ſi quis.

adcre. l. j. in fin. ibi, non vt proprietas. &c.

A k *Partis.* reſpectu aliarum: ſed tamen integræ remanent.

*LAbeo.*] CASVS. Conceſſiſti ius hauriendi aquam in fundo tuo: & ea vſus non fui tanto tempore quanto ſeruitus amittitur: nunquid & iter videor amiſiſſe? Et reſpon. quòd ſic.

fluminis occupatus eſſet, & intra tempus quod ad amittendam ſeruitutem ſufficit, alluuione facta reſtitutus eſt: ſeruitus quoque in priſtinum ſtatum reſtituitur.[a] Quòd ſi id tempus præterierit, vt ſeruitus amittatur, renouare eam cogendus eſt.[b] Cum via publica vel fluminis impetu vel ruina amiſſa eſt, vicinus proximus viam præſtare debet.

Redemptione vnius ex fundis ſeruientibus, non extinguitur ſeruitus debita per alios. Bart.

XV. IDEM *libro ſecundo Epiſtularum.*

SI cum ſeruitus[d] mihi per plures fundos deberetur, medium fundum adquiſiui, manere ſeruitutem puto: quia totiens ſeruitus confunditur, quotiens vti ea is ad quem pertineat, non poteſt. Medio autem fundo adquiſito poteſt conſiſtere, vt per primum & vltimum iter debeatur.

Si per eundem riuum aqua ad plura prædia ducitur, plures ſeruitutes ſunt, & poteſt vna amitti altera remanente: & quod vnus perdit, alteri non adcreſcit. Bartolus.

XVI. PROCVLVS *libro primo Epiſtularum.*

AQuam quæ oriebatur in fundo vicini, plures per eundem riuum[e] iure ducere ſoliti ſunt, ita vt ſuo quiſque die à capite duceret: primò per eundem riuum, cúmque communem: deinde vt quiſque inferior erat, ſuo quiſque proprio riuo:[f] & vnus ſtatuto tempore quo ſeruitus amittitur, non duxit. Exiſtimo eum ius ducendæ aquæ amiſiſſe: nec per cæteros qui duxerunt, eius ius vſurpatum eſſe.[g] proprium enim cuiuſque eorum ius fuit: neque per alium vſurpari potuit. Quòd ſi plurium fundo iter aquæ debitum eſſet, per vnum eorum omnibus his inter quos is fundus communis fuiſſet, vſurpari potuiſſet. Item ſi quis eorum quibus aquæductus ſeruitus debebatur, & per eundem riuum[h] aquam ducebant, ius aquæ[i] ducendæ non ducẽdo eam amiſit, nihil iuris eo nomine cæteris qui riuo vtebantur, adcreuit. Idque commodum eius eſt, per cuius fundum id iter aquæ[*] quod non vtendo pro parte vnius amiſſum eſt. libertate enim huius partis[k] ſeruitutis fruitur.

Qui perdit principale, perdit acceſſorium. Bartolus.

XVII. POMPONIVS *libro vndecimo ex Variis Lectionibus.*

LAbeo ait, ſi is qui hauſtum habet, per tempus quo ſeruitus amittitur, † ierit[l] ad fontem, nec aquam hauſerit: iter quoque eum amiſiſſe.

XVIII. PAVLVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

SI quis alia aqua[m] vſus fuerit quàm de qua in ſeruitute imponenda actum eſt, ſeruitus amittitur.

Tempus negligentiæ auctoris, coniungitur cum negligentia ſucceſſoris. Bartolus.

Tempus quo non eſt vſus præcedens fundi dominus cui ſeruitus debetur, imputatur ei qui in eius loco ſucceſſit.[n]

Non præſcribitur libertas in vrbanis ſeruitutibus, niſi factum domini prædij ſeruientis interuenerit. Bartolus.

Si cum ius haberes immittendi, vicinus ſtatuto tempore ædificatum non habuerit, ideóque nec tu immittere poteris, nõ ideo magis ſeruitutem amittes: quia non poteſt videri vſucepiſſe vicinus tuus libertatem ædium ſuarum, qui ius tuum non interpellauit.[o]

Actio perſonalis pro ſeruitute, non tollitur tempore quo amittitur ſeruitus conſtituta. Item ſola promiſsione inter viuos, ſeruitus non conſtituitur: ſed legato ſic, aditione ſecuta: nec poteſt repudiari ſi ad aliũ tranſitum fecerit. Bartolus.

c *Præſtare debet.* cuilibet de populo: vt in foſſatis huius ciuitatis fit, ſecũdum Azo. Sed an dato pretio à fiſco? Videtur quòd ſic: vt Cod. de ſeruis qui pro præmio lib. acc. l. ij. cõtra tamen obſeruatur.

*SI cum.*] CASVS. Quatuor erãt prædia continua quatuor dominorum, quorum vnum erat meum: per alia tria ſeruitutẽ eundi ad meum vltimum habebam. emi mediũ illorũ trium: & ſic ſeruitus medij eſt extincta. quæritur an impediar in aliis quæ non emi, quò minus nõ habeam? Et reſpon. quòd non eſt extincta ſeruitus. Videbatur contra: quia medium prædiũ quod non ſeruit, impedit ſeruitutẽ. ſ. de ſerui. vrb. præd. qui ſella. §. fin. & ſupra communia præ. l. in tradendis. Sed verius videtur id quod non eſt: vt dixi. Viuianus.

d *Si cum ſeruitus.* quatuor pone prędia, tria aliena, & vltimũ meũ cui debetur ſeruitus. & ego emi mediũ de tribus: licèt non ſeruiat iure ſeruitutis, tamen ſeruitutem non impedit. & facit. ſ. de ſer. ruſti. prædio. tria. & infra de aqua pluu. arcen. ſi prius. §. fin.

*AQuam.*] CASVS. Tres eramus qui habebamus aquam ex fundo vicini: & quilibet ad ſuum prædium trahebat. quæritur an ſi vnus non vtatur, aliis vtentibus retineat ſeruitutem? Et reſpon. quòd non: ſed bene amittit non vtẽdo. Sed cui acceſſit, nunquid aliis ſociis vtentibus adcreſcit? Et reſpondetur quòd nõ: ſed adcreſcit domino prædij ſeruiẽtis. Viuianus.

e *Per eundem riuum.* id eſt in principio aquæ. Accurſius.

f *Proprio riuo.* ſcilicet ducebat aquam.

g *Vſurpatum eſſe.* id eſt vſu retentum eſſe.

h *Riuum.* id eſt ſi quis eorum qui per eundem riuum &c.

i *Ius aquæ.* ſcilicet debebatur. & facit infra de bo. lib. l. communi liberto. arg. contra. Sed nunquid habet locum ius adcreſcendi inter eos quibus idem aquæductus eſt relictus? Reſpond. eſſe ius adcreſcendi: quia in. C. de cad. tol. generaliter dicitur in. §. vbi autem. eſſe ius adcreſcendi inter collegatarios. & aliud eſt hîc: quia dominus proprietatis præſcripſerat ſibi libertatem, ſecundum Azo. Item illud ab initio: hîc poſtea: vt ſupra de vſufruct.

l *Non ierit.* aliàs eſt nõ ierit: & aliàs non eſt non: & tunc dic quòd iuit tãtùm, ſed aquam non hauſit.

*SI quis.*] CASVS. Mihi conceſſiſti ius aquæ ductus: & nõ illa, ſed alia vſus ſum. an videar ſeruitutem amiſiſſe? Et certè ſic. [TEMPVS.] Conceſſiſti ſeruitutẽ fundo meo per fundum tuũ: ſteti per v. annos. quòd vſus nõ fui ea ſeruitute: & intra illud tempus vendidi: & ille emptor ſtetit per alios quinq; ꝙ non fuit vſus ea. quęritur an obſit eidem tempus quo vſus non fui? Et reſp. quòd ſic: quia cõputatur meũ quinquenniũ cum illo alio quinquẽnio: & ſic ſeruitutẽ amittit emptor. [SI CVM.] Titius ſeruitutẽ tigni immittendi in parietem ſuũ mihi cõſtituit. & ſteti per tempus quòd non immiſi: quia non potui: quia ille non ædificauit: an videor amiſiſſe ſeruit. & ille eam vſucepiſſe, quęritur? Et reſpond. quòd non. Viuianus.

m *Aqua.* vt. ſ. eo. l. ſi communem. §. j. & facit. j. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. illud autem. Accurſius.

n *Succeſſit.* vt inſtit. de vſucap. §. inter venditorem. Accurſius.

o *Interpellauit.* ſcilicet ædificando. hoc enim eſt neceſſe in vrbanis ſeruitutibus: vt hîc, & ſ. de ſeruit. vrba. præd. hæc autem iura. ſecus in ruſticis vbi ſufficit ſolùm quòd non vtatur: vt ſupra eo. l. ſi locus. Accurſius.

*SI partem.*] CASVS. Titius cõceſſit ſeruitutẽ per fundũ ſuum meo: & partẽ mei fundi dominantis iũctam fundo qui mihi ſeruitutẽ debet, vendidi eo pacto vt mihi aquam ducerem ad meum fundum per partem ei venditam pòſt de fundo Titij. ſteti per ſtatutum tempus à lege quòd riuum non feci, & ita aquam non duxi: quęritur an amittere videar ſeruitutem per partem venditam ei? Reſpond. quòd non: & hęc vera ſunt quando nondum riuum feceram. ſed ſi feciſſem, & eo vſus non eſſem: tunc bene amiſiſſem. Vel potes ita de plano ponere hîc caſum: quia vendidi prędium eo pacto, vt ſeruiret meo prędio retenta diſtin. vt ſupra in proxim. alio caſu. [SI PER FVNDVM.] Titius aliquem heredem inſtituit, & mihi ignoranti ſeruitutem vię legauit. adita hereditate per heredem, ſteti per ſtatutum tempus quòd non fui vſus via: an

* eſt.

† Perperam addebat Haloander negationem. Ant. Auguſ. lib. 4. cap. 17.

an amittam ſeruitutem? Et reſpon. quòd bene amitto. Secũdò dicit: pone quòd intra illud tempus vendidi meum fundum, cui erat legata via: & hoc ignorabam: & emptor vſus fuit reliquo tẽpore via: an ad emptorem via pertinet, quæritur? Et reſpon. quòd ſic. Viuianus.

XIX. POMPONIVS *libro trigenſimoſecundo ad Sabinum.*

SI partem [a] fundi vendendo, lege cauerim, vti per eã partẽ in reliquum fundum meũ aquam ducerem & ſtatutum tempus interceſſerit antequã riuum facerẽ, nihil iuris amitto, quia nullum [b] iter aquæ fuerit: ſed manet mihi ius [c] integrũ: quod ſi feciſsẽ iter, neque vſus eſſem, amittam. Si per fundum meum viam tibi legauero, & adita mea hereditate, per conſtitutum tempus ad amittendam ſeruitutem ignoraueris eam tibi legatam eſſe, amittes viam non vtendo. [d] Quòd ſi intra idem tempus antequam reſcires tibi legatam ſeruitutem, tuum fundum vendideris, ad emptorem via pertinebit, ſi reliquo tempore ea vſus fuerit, quia ſcilicet tua eſſe cœperat [e]: vt iam nec ius repudiandi legatum tibi poſſit contingere, cũ ad te fundus non pertineat.

Per quemcunque nomine fũdi vtentem ſeruitus retinetur. Bart.

XX. SCÆVOLA *libro primo Regularum.*

VSu retinetur ſeruitus, cũ ipſe cui debetur, vtitur, quíve in poſſeſſionẽ eius eſt, [f] aut mercenarius, aut hoſpes, aut medicus [g] quive ad viſitandũ dominũ venit, vel colonus, aut fructuarius: [h]

a *Si partem.* ſcilicet vẽditam.

b *Quia nullum.* bona ratio: nõ enim deſinit quod non fuit: vt ſupra quibus modis vſusfr. amit. l. j. §. fina. & ſupra de ſeruit. ruſti. prædio. l. itinere. Sed argumẽ. contra infra de condi. & demonſtra. l. ſi quis ita.

c *Ius.* id eſt actio perſonalis ex vendito: quę tanto tempore, ſcilicet decem vel viginti ann. non tollitur, ſed viginti tantùm: vt. C. de cõſtitu. pec. l. ij. §. j. Sed videtur etiam perſonalẽ actionẽ perire, ſicut ſeruitus: vt. C. de vſufru. l. corruptionẽ. quæ eſt contra. Solu. ibi loquitur quando iam cœperat ſeruitus vſusfr. hîc non.

d *Non vtendo.* ſed reſtitueris in integrũ vt ſupra de ſeruitu. ruſtic. prædio. l. & Atilicinus. Accurſius.

e *Cœperat.* ſic ergo legatum ignorãti adquiritur: vt hîc, &. C. quãdo di. leg. ce. l. fin. & infra de ac. & obl. l. ſi à furioſo. §. idémque. & infra de leg. ij. l. cum pater. §. ſurdo. & infra de teſta. filiusfamilias. in fine. & l. qui in domini. Itẽ not. dominiũ in legatis etiã ſine poſſeſſione quæri: vt infra de fur. l. à Titio. & infra de pecu. l. ſed & ſi damnum. §. ij. & dixi ſupra de rei vindi. l. ſi ager. Accurſius.

Dominiũ in legatis ſine poſſeſſione quæritu.r

VSu retinetur.] CASVS. Per fundum Titij mihi ſeruitus eſt relicta. vnde ſiue ego cui ſeruitus debetur vadam, ſiue alius meo nomine vel mei occaſione vadat, retineo ſeruitutẽ. Et multas perſonas enumerat per quas ſeruitus poteſt retineri: vt patet in. l. ſequenti vſque ad. l. fin. quæ continuatur cum iſta. Viuianus.

f *Eius eſt.* vt & de vſufr. dicitur: vt. s. quibus modis vſuſfr. amit. l. ſi mulieri. &. j. de iti. actúque pri. l. j. §. is cuius. &. §. penultimo.

g *Medicus.* aliàs amicus.

h *Fructuarius.* ſcilicet retinet.

i *Licet ſuo nomine.* ſcilicet vtatur, ratione iuris quod habet.

k *Siue ad fundum.* ſcilicet eundo. Azo.

l *Siue ex fundo.* ſcilicet recedendo. Io.

SEruitute.] CASVS. Si vſus fui per fundum via Titij ad meum per decem vel viginti an. an præſcripſerim ſeruitutem quæritur? Et diſtinguitur an vtebar vt mihi debita: & tunc præſcribo an non vt debita, ſed quia credens viam pulicam: & tunc non præſcribo. Viuianus.

m *Credidit.* inſpicitur ergo opinio vtentis. ſic & infra quod vi aut clam. l. ſi opus. §. ſi iuſſero. & de aqua quo & æſti. l. j. §. Ariſto. & infra pro empt. l. ſecũda. §. Celſus. Et quod dicit ſuo iure, dic, id eſt debito fundo. & ſic eſt plana. Vel dic ſuo iure, id eſt quod competat vtenti: & tũc reſtringes vtroque caſu quantum ad adquirẽdam ſeruitutem. Retineri autem poteſt etiam ſi ille qui vtitur, nõ vtatur nomine eius cui cõpetit, ſed ſuo: vt quia ſit ſocius vel fructuarius, vel ſimiles qui ſuo nomine vtũtur: & bonæ fidei poſſeſſ. vt s. eodem. l. ſeruitus. & l. nam ſatis. in prin. & s. l. proxi. vſu. cum ſequentibus. ad eã autem quærẽdam bona fides eſt neceſſaria: vt dictum eſt. & habes. j. de iti act. pri. l. j. §. penulti. [a] in fi. vbi de vſuc. ſer. dicit. Et econtra præſcribenti libertatem bona

a] Cõcor. & benefacit. l. ſi quis diuturno. s. ſi ſer. vind. not. per gl. iũcto text. in. l. 1. §. hæc interdicta. de aqua quo. & æſti. concor. etiam l. fin. de iti. ac. priua. j.

A fides eſt neceſſaria: tum ex eo quòd dicitur in vſucapione rerum corporaliũ: vt inſtitutio. de vſucapio. §. nouiſſime. in fine. §. quibus æquiparãtur hęc incorporalia: vt. C. de pręſcrip. lõg. tẽp. l. finali. in fin. tũ ex eo ꝙ expreſſe dicitur ſupra communia prædi. l. ſi precario. §. cæterũ. Itẽ facit ꝓ hoc qđ bona fides ſit neceſſaria. C. de præſcriptio. lõg. tẽpo. quę pro libe. l. j. & ij. Itẽ facit bene infra de itin. actuque priua. l. j. §. ſi quis autem. Et hoc in præſcriptione libertatis vrbanæ ſeruitutis. In præſcribenda autem libertate ſeruitutis ruſtice fortè aliud eſt: quia in ea non exigitur vt quis aliquid faciat: vt ſupra de ſer. vrbanorum prædiorum. l. hæc autem iura.

XXI. PAVLVS *libro quinto Sententiarum.*

FRuctuari⁹ licet *ſuo nomine, [i]

*vulg. incipit, Licèt ſuo no.

XXII. SCÆVOLA *libro primo Regularum.*

DEnique quicũque quaſi debita via vſus fuerit,

XXIII. PAVLVS *libro quinto Sententiarum.*

B SIue ad fundum [k] noſtrum facit, vel ex fundo: [l]

XXIIII. SCÆVOLA *libro primo Regularum.*

LIcèt malæ fidei poſſeſſor ſit, retinebitur ſeruitus.

In præſcribenda ſeruitute requiritur quòd bona fide quis vtatur iure ſeruitutis. Bartolus.

XXV. PAVLVS *libro quinto Sententiarum.*

SEruitute vſus nõ videtur niſi is q ſuo iure vti ſe credidit: [m] ideo que ſi quis ꝓ via publica vel ꝓ alterius ſeruitute vſus ſit, nec interdictũ [n] nec actio vtiliter [o] cõpetit.

C

n *Nec interdictum.* vt infra de iti. actúque priua. l. fina. Accurſius.

o *Vtiliter.* i. efficaciter.

# Digeſtorum

## ſeu Pandectarum liber nonus.

## SI* QVADRVPES PAVPERIEM feciſſe dicatur.

### TITVLVS I.

Actio de pauperie cõpetit, ſi animal nocuit non culpa hominis, & contra naturam ſui generis. ſed ſi culpa hominis, habet locũ actio.

SI QVADRVPES PAVPERIEM feciſſe dicatur.

*Dictum eſt de actione in rem: ſequitur de his quæ naturam realium imitantur, licèt ſint perſonales: Sed quia de pauperie eſt antiquior, quia ex lege xij. tabul. vt infra eodem. in princ. ideo de ea dicit prius vt inſtit. de re. di. §. ſingulorum. non autem hîc de maleficiis generaliter tractabit: quia ſpecialiter ponitur liber de eis infra de priua. deli. Accurſius.*

De Iudiciis liber quintus. libr. 60. βασιλ. ti. 2.

* Harmenopul. lib. 6. ti. 1. th. 3. & 4.

*Vindicationibus actiones noxales ſubiectæ ſunt non male. nã & hæ ſicut vindicationes dominis ſolis dãtur iure directo itemque aduerſus dominos, vt pleriſque videatur hæc earum*

D *formulæ incerta verba, Propter illũ ſeruũ tuũ aut propter quadrupedem illam tuam l. pen. De nox. act. & ſicut vindicaturo. ita acturo iudicio noxali datur actio ad exhibendum. l. 3. §. ſi quis noxali l. de eo. §. ſæpius. Ad exhibicum & noxium ducturus forſitan actor & habiturus ſit. Et hoc titulo primum proponitur de pauperie quadrupedum actio noxalis ex* XII. *tabul. id eſt de damno dato ſine iniuria (nec enim animal rationis expers, iniuriam feciſſe videtur) cuius ex formula hæc verba ſunt in. l. j §. Cum arietes, Aut noxam ſarcire aut in nexam dedere oportere. In noxam dedere, eſt animal tradere viuum. Morte enim extinguitur actio noxalis. & inde. l. 7. De nox. act. Si noxius viuat. Noxã ſarcire eſt damnum ſoluere, damnum præſtare, vt ad* XII. *Seruius Sulpitius interpretatur. Cuiacius.*

SI quadrupes.] CASVS. Equus tuus dedit mihi dãnum: quia ſeruũ meũ percuſſit: equũ, vel eius æſtimationẽ præſtare debes. Secundò dicit quòd noxia eſt ipſum delictũ. vnde verſus. Noxia delictum, delinquẽs noxa vocatur. Tertiò dicit qđ hæc actio quæ eſt in factum, aduerſus quadrupedes pertinet, ſi damnũ dederũt. [AIT PRÆTOR.] Primò vult exponere quid ſit pauperies. Secũdò dicit quòd ad hoc ꝙ detur hæc actio directa de pauperie, oportet qđ tria interueniãt: ſcilicet vt ſit quadrupes: & quod fecerit cõtra naturã ſui generis: & ꝙ hominis culpa non interueniat. ſi autem hominis culpa interueniat, ceſſat hæc actio: ſed tãtũ ille act. in factũ ſine. l. Aquil. tenetur. Qualiter hominis culpa fiat, ponit exẽpla de quibus vide vt in litera. Poſtea exponit quid ſit pauperies: & dicit quòd eſt dãnũ datũ ſine culpa faciẽtis. nec enim animal irrationale cõmittit culpã. & ponit exemplũ. quid autẽ ſi culpa in homine deprehẽditur: vt quia per loca aſpera ducebat mulos, vel nimis onerauit? Et dicit qđ nõ agitur ex hoc edicto: ſed habet locũ Aquil. Simile exemplũ ponit de cane. & ibi culpa in homine, ſiue infirmus fuerit: ſiue per eum locũ ducere non debuit: ſiue inſtigauit. Et aliud exẽplũ addit, vbi culpa eſt: vt in homine qui equum inſtigauit: ſed ſi ſuus equus meũ cõcitauit: & ita percuſſit bouẽ meũ: & ita dãnũ mihi dedit:

Noxia.

E

UNED

quis teneatur, queritur. Et reſpon. quòd Titius, id eſt dominus illius beſtiæ quæ aliū concitauit. [SIVE.] Titius bouem habebat. mihi dānū dedit. cuius eſt bos, mihi tenetur hac act. ſiue ille bos mihi dānū directò dedit ſua propria perſona: ſiue tetigit aliquid, & id quod tetigit damnū dedit: vt ecce ſi bos plauſtrum euertit, & aliquod damnū dedit. & cætera. [IN BESTIIS.] In hoc. §. queritur ſi fera beſtia dederit mihi damnū: an hec act. locū habeat queritur. Et reſpō. qđ nō: vt ecce ſi, & cætera.] CVM ARIETES.] Titius bouē vel berbitā habebat: ego ſimiliter bouē vel berbitā. boues iſti fecerūt luctam vel pugnā adinuicē, cū cornib^o: & ſic bos Titij meū accidit: queritur an mihi teneatur hac act.. Et certè eſt diſtinguendū: an qui mortuus eſt, primò inceperit: an qui ſupereſt. ſi ille qui ſupereſt, dominus vel viuentis animalis. [ET CVM.] Equus Titij mihi dānū dedit: & alterius tactus eſt, queritur quis eū debeat habere? Et dicitur, quòd ille cuius intereſt: quoniā noxa caput ſequit. [PLANE.] Equus alicui^o mihi dānū dedit: & antequā agā, mortuus eſt equus: an hæc act. ſit extincta, quæritur. Et reſpō. qđ ſic. [SI COMMVNE.] Plures animal habebāt: dedit dānum an quilibet inſolidum teneatur, quæritur. Et reſpō. qđ ſic. [INTERDVM.] Regula eſt que dicit, ꝙ ille cuius animal dānū dedit, poteſt illud dare pro noxa, ſi vult. que regula in hoc caſu fallit: vt ecce, animal alicuius dedit mihi damnū: agebā noxaliter cōtra eū: ipſe inficiatus fuit animal eſſe ſuum, cum interrogaui eum apparuit poſtea eius eſſe. an poſſit ſe liberare dando poſtea animal pro noxa, quæritur. Et reſpon. quòd non: imò inſolidum tenetur. [SI POST LIT. CONTEST.] Equus tuus mihi damnum dedit. ago contra te ex hoc edicto. & lit. conteſt. & pendente lite quidam occidit equum prædictum. Dicit quòd tu agis Aquilia, & venit totum tuum damnum, quod eſt in eo: quia nunc teneris præciſè emendare damnum, vel liberaris tu cedendo actio. [HANC.] Animal tuum meum occidit. deceſſi. an hæc actio competat heredi meo, quæritur. Et reſpon. quòd ſic. ſi autem tu deceſſiſti: an econtra contra heredes meos detur hæc act. Et reſpon. quòd ſic, ſi animal ad eos peruenit. & ſic habēt facultatem dandi animal pro noxa: non autem ex eo tenentur, quòd heredes ſint: ſed quòd domini. Viuianus.

Vide Exo. cap. 24. Pauſau Elticis & Bud. in poſte. annot.

† Et hoc dominus ignorante. aliàs ipſe videretur damnū dare, nō animal. Grec. ſcholiaſt.

* vtiliter.

l. Aquil. ſed ſi ſecundū naturalem feritatē ſine culpa hominis, omnis actio ceſſat. hoc dicit vſque ad. §. cum arietes. Bartolus.

I. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

SI quadrupes pauperiem feciſſe dicetur, [a] actio [b] ex lege duodecim tabularum deſcendit: quæ lex voluit aut dari id quod nocuit, id eſt animal quod noxiā cōmiſit: aut æſtimationē noxiæ offerre. [c] Noxia autē eſt ipſum delictū. [d] Quæ actio ad omnes quadrupedes pertinet. Ait prætor: *Pauperiem feciſſe.* Pauperies eſt dānū ſine iniuria [e] faciētis datū. Nec enim poteſt animal iniuria feciſſe, quod ſenſu caret. [f] Itaque (vt Seruius ſcribit) tūc hæc actio locū habet cū commota feritate [g] nocuit quadrupes: puta ſi equus† calcitroſus [h] calce percuſſerit: aut bos cornu petere ſolitus petierit: aut malæ propter nimiā ferociā. [i] Quod ſi propter loci iniquitatē, [k] aut propter culpā mulionis, aut ſi plus iuſto onerata quadrupes in aliquem onus euerterit, hæc actio ceſſabit, damnique iniuriæ [l] agetur.* Sed & ſi canis cum duceretur ab aliquo, [m] aſperitate ſua euaſerit, & alicui damnum dederit: ſi contineri firmius ab alio [n] poterit, vel ſi per eum locum induci non debuit, hæc actio ceſſabit: & tenebitur qui canem tenebat. [o] Sed & ſi inſtigatu alterius fera damnum dederit, ceſſabit hæc actio. [p] Et generaliter hæc actio locum habet, quotiens contra naturam [q] fera mota pauperiem dedit. Ideóque ſi equus dolore concitatus [r] calce petierit, ceſſare iſtam actionem. ſed eum qui equum percuſſerit, [ſ] aut vulnerauerit, [t] in factum magis quàm lege Aquilia teneri: vtique ideo, quia non ipſe ſuo corpore [u] damnum dedit. At ſi cum equum permulſiſſet [x] quis vel palpatus † eſſet, calce eum percuſſerit, erit actioni locus. Et ſi alia quadrupes aliam concitauit, vt damnum daret: eius quæ concitauit nomine agendum erit. [y] Siue autem * corpore ſuo pauperiem quadrupes dedit, ſiue per aliam rem quam tetigit quadrupes, hæc actio locum habebit: vt puta ſi plauſtro bos obtriuit aliquem, vel alia re deiecta. In beſtiis autem propter naturalem feritatem hæc actio locum non habet. [z] & ideo ſi vrſus fugit, & ſic nocuit, non poteſt quondam dominus conueniri: quia deſinit dominus eſſe vbi fera euaſit. & ideo etſi eum occidi, meum corpus † eſt. Cum arietes * vel boues commiſiſſent, [a] & alter alterum occidit, Quintus Mucius diſtinxit, vt ſi quidem is periſſet qui

a *Dicatur.* & verum ſit. ſic & ſupra de dolo. l. j. §. j.

b *Actio.* ſcilicet in factum: vel actio de pauperie dicatur: quæ actio, pro quadrupede directa, vtilis pro bipede datur: vt infra eod. l. penulti. ceſſat tamen vtraque in feris: vt infra eadem. l. §. in beſtiis quæ eſt contra.

c *Offerre.* damnum tamen tantum eſt in obligatione: ſicut & in ſeruis delinquentibus dicitur: vt infra de re iud. l. miles. §. primo. licèt vbi ſub alternatione aliquid debetur, eſt in obligatione vtrumque: vt dixi infra de conſti. pecu. l. illud. Item ex eo quod dicit ex. l. duodecim tabul. collige quòd ſit ciuilis: licèt prætor ſuper ea tractauerit: vt infra prox. §. Item ex eodem not. ſecūdum: Azo. quòd non eſt ex ma. fid. vel quaſi: vel ex cōtractu, vel quaſi ſed datiua à lege propter pauperiem.

Actio de pauperie, datiua.

d *Ipſum delictum.* noxa autem animal deliquens: vt inſtitutio. de noxa. §. primo. vnde verſus: Noxia delictum, delinquens noxa vocatur. Azo.

e *Iniuria.* id eſt culpa. & ſic bene ſequitur: itaque: quia in fine dicit quando culpa fuit in homine.

f *Caret.* naturaliter: vt in brutis. & pro talibus habet locum hæc actio. Cæterùm ſi caſu vel imbecillitate careat ſenſu, nō habet locum vt in furioſo, & in pupillo: vt. j. ad le. Cor. de ſi. l. infans. in fi. Quādoque tamē res inanimata dicitur cōmittere iniuriā, ſiue culpam: vt. j. cōmo. ſi vt certo. §. planè. Accurſius.

g *Feritate.* id eſt crudelitate contra naturam ſui generis: vt ſubiicit ī exēplis. cæterùm ſi ſecūdum naturā eſt crudele animal: ceſſat hæc actio, & habet locū vtilis: vt īſt. eo. §. j. &. §. fi. & infra tit. j. Quintus. & de præcript. ver. qui ſeruandarum. §. fi. &. C. ad leg. Aquil. l. fi. Accur.

h *Calcitroſus.* ſubaudi etiam propria ſua natura: ſed equorum genus manſuetum eſt. & idem in boue dicas, & mulis.

i *Nimiam ferociam.* id eſt propriam crudelitatem. & ſubaudi, etiam. nam multo magis hæc actio habet locum ſi etiam propria natura ſit manſueta. Accurſius.

k *Iniquitatem.* id eſt aſperitatem, & duritiā, & ſic culpa hominis ducentis.

l *Iniuriæ.* i. in factum, vel vtili Aquilia cōtra mulionem, vel eū cuius culpa dānū eſt datum. qui enim occaſionem &c. vt. j. tit. j. l. qui occidit. §. in hac. &. l. qua actione. §. ſi quis plus iuſto. Azo.

m *Ab aliquo.* qui neque fortis eſſet, neque nimium debilis: argu. infra de leg. j. legato generaliter.

n *Ab alio.* & ſic eſt culpa in homine.

o *Tenebat.* cuius debilitas, vel prouiſio deficiens interuenit. & ſic in actione ſubſidiaria legis Aqui. vel vtili Aquiliæ.

p *Hæc actio.* & datur Aquil. vel in factum: vt infra titu. j. item Mela. §. item & cum eo. Sed videtur de dolo danda: vt ſupra de dolo. l. & eleganter. §. ſi quadrupes. quæ eſt contra. Solu. vt ibi.

q *Naturam.* ſcilicet ſui generis: à ſe tamen commota, nō ab alio culpabiliter: vt ſubiicit.

r *Concitatus.* ab aliquo alio.

ſ *Percuſſerit.* & ſic culpa eſt in homine.

t *Vulnerauerit.* propter quod alij dedit damnum.

u *Suo corpore.* & ideo datur in factum: vt hîc, & inſtitu. ad leg. Aquiliam. §. finali.

x *Permulſiſſet quis vel palpatus eſſet.* hæc non eſt culpa. Accurſius.

y *Erit.* etiam directa. ſed ſecus ſi ab homine: vbi altero caſu directa, altero Aquil. vtilis vel in factum datur: vt not. ſupra ea. l. §. ſed & ſi inſtigatu.

z *Locum non habet.* vt inſtit. eod. §. j. ſed cōtra inſti. eo. §. fina. Sol. ibi vtilis datur, nō directa: vt hîc. vel poteſt dari directa in cane, ſi cōmotus fuerit cōtra communem naturam ſui generis: & conuenietur ædil. edict. ſimiliter: vt ibidem dicitur: & infra de ædil. edic. l. hi enim. §. deinde. in cæteris autem animalibus aliud eſt: vt hîc. Sed prima verior eſt. Vel hîc fugerat animal: vt ſubiicit, ibi non.

a *Commiſiſſent.* cornua.

† Addunt Græci, vel ſtrigilaſſet. rectè.

* Iſte tex. eſt no. ſecūdum Bal. ad hoc ꝙ ſi aliquis cadens deſuper equo occidit aliquē perinde punitur ac ſi occidiſſet gladio, vel ſuis manibus interemiſſet.

† nō autem prioris domini à quo fugit.

* Idem videbitis in. l. ſi ex plagis. §. tabernarius. j. e. titu. & cō cor. in arg. tex. in. c. lator. extra de hom. addo vidēdam gloſſ. in. c. ſi quos propter extra de fur. in fi.

Eum.

a *Eum.*cuius eſt bos aggrediens.Accurſius.
b *Sibi.*domino bouis ab alio aggreſſi.ſimilis diſtinctio eſt.ꝉ. titulo primo.l.ſi ex plagis.§. tabernarius.Sed quid ſi non apparet quis fuerit aggreſſus?Reſpon.neuter alteri tenetur: arg. infra ad legem Aquil.l.ſcientiam.§.cum ſtramenta.

adgreſſus erat, ceſſaret actio. ſi is qui non prouocauerat, competeret actio. Quamobrem eum [a] ſibi [b] aut noxam ſarcire, aut in noxam [c] dedere oportere.

Noxales actiones ſequūtur poſſeſſorem,& animal debet dari pro noxa viuum: & ratione mendacij perditur beneficium. Baldus.

B Et cū etiam in quadrupedibus noxa caput ſequitur, aduerſus dominū hæc actio datur, non cuius fuerit quadrupes cū noceret ſed cuius nunc [d] eſt. Planè ſi ante litē conteſtatam [e] deceſſerit animal, extincta [f] erit actio. Noxæ autem dedere, eſt animal tradere viuū. [g] Demum ſi commune plurium ſit animal, aduerſus ſingulos erit inſolidum [h] noxalis actio, ſicuti in homine. Interdum autē dominus in hoc non cōuenietur, vt noxæ dedat, ſed etiā inſolidū : vt puta ſi in iure interrogatꝰ an ſua quadrupes eſſet, [i] reſponderit non eſſe ſuā [k] nam ſi conſtiterit eſſe eius, inſolidum condemnabitur.

Interitus animalis pro quo eſt in alium regreſſus, nō liberat dominum ab actione de pauperie : ſed tenetur cedere iura h.d.vel ſic.Interitus ſpeciei quæ nō eſt in obligatione, ſed in beneficio ſoluēdi, nō liberat debitorē poſt litē conteſtatam.hoc dicit cū gloſa, & eſt §.notabilis,-ideo ſummaui. Bald.

D Si poſt litem [l] conteſtatam ab alio ſit animal occiſum: quia domino legis Aquiliæ actio cōpetit ratio in iudicio [m] habebitur legis Aquiliæ:quia dominus noxæ dedendæ facultatē amiſerit. ergo ex iudicio propoſito [n] litis æſtimationē offeret, niſi paratus fuerit actionē mādare [o] aduerſus eū qui occidit. Hāc actionē nemo dubitauerit heredi dari, cęteriſque ſucceſſoribus. Item aduerſus heredes cæteróſque non iure [p] ſucceſſionis, ſed eo iure quo domini ſint, competit.

II. PAVLVS *libro vicenſimo-ſecundo ad Edictum.*

HÆc actio non ſolū domino, ſed etiā ei cuius intereſt, cōpetit: veluti ei cui res cōmodata [q] eſt: item fulloni : quia eo quòd tenētur, dānū vidētur pati. Si quis aliquē euitās, magiſtratū † fortè, in taberna proxima ſe immiſiſſet, ibique à cane feroce læſus eſſet, nō poſſe agi canis nomine quidā putant: [r] at ſi ſolutus fuiſſet, contra.

III. GAIVS *libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.*

C EXhac lege iā nō dubitatur etiā liberarū perſonarū nomine agi poſſe: fortè ſi patrēfamilias aut filiūfamilias vulnerauerit quadrupes: ſcilicet vt nō deformitatis ratio habeatur, cū liberū corpus æſtimationē non recipiat: [ſ] ſed impenſarū [t] in curationē factarū, & operarū amiſſarū, quáſque amiſſurus quis eſſet inutilis factus.

IIII. PAVLVS *libro vicenſimo-ſecundo ad Edictum.*

HÆc actio vtilis competit & ſi non quadrupes, ſed aliud animal [u] pauperiem fecit.

V. ALFENVS *libro ſecundo Digeſtorum.*

AGaſo [x] cū in tabernā equū deduceret, mulā equus olfecit. [y] mula calcē reiecit, & crus agaſoni fregit conſulebatur, poſſétne cū domino mulæ agi, [z] quòd

c *Aut in noxam.*i. delictū ſeu delicti æſtimationem.
d *Nunc.* ſic & in ſeruo delinquente : vt inſtit. de noxa.§.omnis autē. Accurſius.
e *Ante lit.cōteſta.* ſecus ſi poſt:quia tunc nō liberatur:vt. ꝉ. de noxa. l.ſi pluriū.§. fin. ibi, & mortuo quoque ſeruo &c. Et maximè quādo ex eiꝰ morte habet cōtra alium actionē.l. Aquil.vt.ꝉ.ea.l.§.ſi poſt.
f *Extincta.* hoc intellige cū nō fuit in mora: vel ſine dolo eiꝰ periit: vt.ꝉ.de nox. electio. §. ſi is quē.&.ſ. §. proxi.
g *Viuum.* alioquin ſi mortuum ſit:aut nullo modo agitur:aut ſi agitur, dedi non expedit.
h *Inſolidum.*vt.ꝉ.familiæ eriſcun. l. heredes. §.ſi vnus.
i *Eſſet.*ad hāc quæſtionem debet reſponderi vt infra de inter.ac.l. ſi quis in iure.&ſi falſum dixerit, tenetur inſolidum:vt hîc ſubiicit,& ꝉ.de interro.ac.l. ſi ſeruus.ſic ergo ex ſuo mēdacio punitur: vt infra de re iudi. ſed hoc ita. &.ſ. de rei vin.l. in rē.
k *Non eſſe ſuam.* ſi non poſſidet, videtur quærēdum an velit defendere. aliàs enim nō tenetur:vt infra de noxa. quotiens.§.in poteſtate. & de dam. infect. l. prætor.§.ſecūdo. Acc.
l *Si poſt litē.*ſecus ſi ante quia tunc liberatus eſt interitu ſpeciei : vt ſupra.§.planè.& infra de noxa. l. electio. §. ſi is quem.
m *Ratio in iudicio.*q.d.in iudicio.l.Aquil.habetur ratio dāni ꝙ dedit quadrupes, vt in tantum condemnetur conuentus Aquil. in quantum tenetur actor alij à quo conuenitur de pauperie.
n *Propoſito.*ſcilicet de pauperie.
o *Mandare.*tunc enim liberatur cedēdo:vt &.ꝉ. de pecu.l. quod debetur.in fine.& in hac actione.l.Aquil. nō ad corpus mortuū fit æſtimatio tantùm:ſed ad damnum quod intilit quadrupes:vt ꝉ.titulo.j.l.liber homo.§.primo.
p *Non iure.*vt.ꝉ.de noxa.l.penultima.§.fin.ſic in actione in rem: & ad exhibendum:vt.ꝉ.ad exib.l.de eo.§.finali.

H*Aec actio.*] CASVS. Hæc lex generaliter loquitur primò: ſecundò deſcendit ad ſpeciem. Primò dicit, ꝙ non ſolùm domino hæc actio competit, ſed etiam ei cuius intereſt: vt ecce ſi aliquid commodaui: vel fullo veſtimenta mea perdat: an dāda ſit hæc actio cōtra illum cuius eſt animal quod dānum dedit? Et reſpon. ꝙ ſic. [SI QVIS.] Aliquis terrore magiſtratus qui eum ſequebatur, fugit, & intrauit locū quēdam vbi canis erat: qui canis illum momordit. quæritur an hæc actio nomine illius canis competat? Et diſtinguitur, an erat ligatus, vel nō. primo caſu nō poteſt agere: ſecundo poteſt agere. Viuianus.

q *Cōmodata.*aliud eſt in actione legis Aquil.vt.ꝉ.titu.j.l.itē Mela.§.eum cui.quia illa ſoli domino:vt in ea.l.§.legis. Vel dic vtilis A datur, vt hic: nō directa, vt ibi. ſed prima verior eſt.
r *Putant.*& bene.& eſt ratio:quia licet ſic publicè tenere canem in taberna. Vel illa eſt ratio:quia non videtur feciſſe canis cōtra naturā cum eſt ligatus: eſt enim tunc ipſa natura ferocior, quàm ſi eſſet ſolutus: vt hîc. puto tamen agi vtili actione : quia & pro vrſo ligato agitur : vt inſti.eo.§.fina.

E*x hac.*] CASVS. Titius animal habebat quod aliquē liberū hominem vulnerauit. quæritur an ille poſſit agere hac actione. Videbatur ꝙ nō : quia liberum corpus nō recipit æſtimationem : ſed poteſt agere nō pro æſtimatione perſonę, ſed ratione expenſarum amiſſarum. Viuianus.

ſ *Non recipiat.* vt. ꝉ. de iis qui deiec. vel effu.l. fin.& inſtitu.de ob. ex quaſi delic.§.ob hominē.Sed quid ſi eſt mortuꝰ à quadrupede? Rñ. idem ꝙ in vulnerato, vt ſui corporis nō fiat ęſtimatio &c.arg.ꝉ.tit. j.l. qua actione. §. ſi quis in colluctatiōe.& l.liber homo.in principio.

† vt verbi gratia, negotiator Ædilem. Græci.

t *Impenſarum.* hæ reddūtur:vt.ꝉ.tit..j.qua actione.j.rñ.Operarum autē amittendarum fit cōputatio ſecundū legē.ꝉ.ad leg. Falc.l. hereditatum.

H*Aec actio.*] CASVS. Gallina aliqua intrauit domū alicuius ſcholaris: aſcēdit librū illiꝰ ſcholaris : & eū in decē deteriorauit. quęritur an ſcholaris poſſit hac actione agere? Et reſpon. ꝙ ſic: vt aut ille cuiꝰ eſt gallina, det ei gallinam: vel damnū emendet à gallina datum. Vel pone in vna gallina, quæ aliam interfecit: vel anſere, qui alium interfecit. & idē eſt quod ſupra. Viuia.

u *Animal.*vt bipes.

A*Gaſo.*] CASVS. Titius mulio equū ducebat: intrauit domum aliquam in qua erant iumenta: equus poſuit naſum ad caudam alterius iumēti: & ipſum reiecit pedem: & percuſſit illū Titium: & fregit ei crus. an cū dño agi poſſit? Et rñ. ꝙ ſic. Viuianus.
x *Agaſo.*id eſt mulio, ſic dictus, quia agit, id eſt ducit mulos, ſeu alia animalia.
E y *Olfecit.*id eſt naſum ad culum poſuit.
z *Agi.*ſ.ab agaſone: vel eius domino, ſi ſeruus eſt.

## AD LEGEM AQVILIAM.

*Habito tractatu actionis in factum de pauperie, ſupponit le lege Aquil. non quia naturam actionis in factum ſortiatur: ſed quia damnum proſequitur, vt ſuperior. Accurſius.*

*Titulus ſuperior eſt de damno ſine iniuria dato, hic de damno iniuria dato: qua de re fuit etiam domino actio ex XII. tabul. l. quæcunque De obligat. & actionib. Hodie eſt ex lege Aquilia Ciuilis vtraque l. ſi heres inſtitutus. §. j. Ad. S. C. Treb. & noxalis etiam ex delicto ſeruorum. Primū caput legis Aquilie eſt de occiſo homine vel pecude. Tertium de vſto, fracto rupto. Secundū quod in deſuetudinem abiit videtur fuiſſe de quauis alia ratione damni dani dati etiam ſi non fuerit leſa res noſtra, ſed intercepta nobis forte vtilitas quedam, vt aduerſus piſcatorem ſocium à Plinio proditum eſt libro IX. naturalis hiſtoriæ, qui Anthiam conciliatorem capture & ducem, cœperat, cū is in macello agnitus eſſet à ſocio cuius iniuria erat damni dati editam for-*

UNED

*m ulam condemnatúmque, æſtimata lite* x. *libris. Conſtat enim ſocium ſocio teneri lege Aquilia. l.* XLVII. *Pro ſoc. Cuiacius.*

ea pauperiem feciſſet. Reſpondi, poſſe.

## AD LEGEM Aquiliam. †
## TITVLVS II.

Nota quòd lex poſterior derogat legibus prioribus. Baldus.

I. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

EX Aquilia omnibus legibus quæ ante ſe de damno [a] iniuria locutæ ſunt, derogauit, [b] ſiue duodecim tabulis, ſiue alia quæ fuit: quas leges nunc referre nō eſt neceſſe. quæ lex Aquilia plebiſcitum eſt, cum eam Aquilius tribunus plebis à plebe [c] rogauerit.

Nota quòd quando alternatiua ponitur inter genus & ſpeciē, exponitur pro id eſt: & ſic ponitur reſtrictiuè. Baldus.

II. GAIVS *libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.*

LEge Aquilia capite primo [d] cauetur, vt * *Qui ſeruum ſeruámve alienum alienámve, quadrupedem vel pecudem* [e] *iniuria occiderit: quanti id in eo anno* [f] *plurimi fuit, tantum æs* † *dare domino dānans eſto.* Et infra [g] deinde cauetur, vt aduerſus inficiantem in duplum actio [h] eſſet. Vt igitur apparet, ſeruis noſtris exæquat quadrupedes quæ pecudum numero ſunt, & gregatim habentur, veluti oues, capræ, boues, equi, muli, aſini. Sed an ſues pecudum appellatione continentur, quæritur. & rectè Labeoni placet contineri. Sed canis inter pecudes [i] non eſt. Lōgè magis [k] beſtiæ * in eo numero non ſunt: veluti vrſi, leones, pantheræ. Elephanti autem & cameli quaſi mixti † ſunt. nam & iumētorum [l] operam præſtant, & natura eorum fera eſt: & ideo [m] primo capite [n] contineri eas oportet.

III. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

SI ſeruus ſeruáve † iniuria [o] occiſus occiſáve fuerit, lex Aquilia locum habet. Iniuria occiſum eſſe, meritò adiicitur. nō enim ſufficit occiſum, ſed oportet iniuria id eſſe factum.

IIII. GAIVS *libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.*

ITaque * ſi ſeruum tuum latronem inſidiantem [p] mihi occidero, ſecurus ero. Nam aduerſus periculum naturalis [q] ratio permittit [r] ſe defendere. [ſ] Lex duodecim tabularum furem noctu † deprehēſum occidere permittit, [t] vt tamen [u] idipſum [x] cum clamore teſtificetur. Interdiu [y] autem deprehenſum ita permittit occidere, [z] ſi is ſe telo [a] defendat: vt tamen æquè cum clamore teſtificetur.

Nota quòd furem nocturnum licet occidere, & etiam diurnum, ſi ſe telo defendat. Bartolus.

V. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

SEd & ſi quemcunque aliū ferro ſe petentē [b] quis occiderit, non videbitur iniuria occidiſſe: [c] Et ſi metu quis mortis furē [d] occiderit, nō dubitabitur quin lege Aquilia nō teneatur. Sin autem cū poſſet adprehendere, maluit occidere, magis eſt vt iniuria [e] feciſſe videatur. ergo & Cornelia tenebitur. Iniuriam autem hîc * accipere nos oportet, non quemadmodum circa iniuriarum actionem contumeliam [f] quandā:

*LEx Aquilia.*] CASVS Multæ leges de damno dato tractauerunt: ſed omnibus derogauit l. Aquil. id eſt ſui tractatus. quæ lex Aquilia eſt plebiſcitū. lex autē Aquil. tria habet capita: vt hîc innuit: & inſti. eo. in prī. &. §. caput. primum & tertiū eſt in vſu: ſecundū non. in primo continetur, ꝙ ſi aliquis ſeruum vel ancillam meā occidit: ꝙ tenetur quāto pluris fuit in anno retro. Itē datur aduerſus inficiātē hæc actio in duplum: vt hîc, &. j̃. eo. inde Neratiꝰ. §. hæc actio. Secundo dicit, ꝙ ita ꝓ ſeruis noſtris occiſis agitur ex primo capite ſicut ꝓ quadrupede agitur Aquil. ex primo capite. hoc eſt verū ſi contineātur appellatione pecudis. & quæ cōtineantur, vel nō, dicit planè. Viuianus.

a *Damno*. ſ. dato.

b *Derogauit*. ſui ttactatus excellentia.

c *A plebe*. interrogauit enim plebem, an ei placeret: vt hîc & īſtit: eo. §. cæterum. & ſic ponitur. §. de adopt. l. ſecūda. §. finali.

d *LEge Aquilia capite primo*. Olim tria erāt capita ſiue capitula huiꝰ legis, hodie ſunt duo tātùm. ſ. primum, & tertiū. Secūdum autē in deſuetudinē abiit tertio in eius loco poſito: vt inſtit. eod. in prīci. &. §. caput. &. §. capite & de primo capite agitur hîc: de ſecundo & tertio agitur. j̃. eo. l. ſi ſerus uſeruum. §. huius legis. Ioan.

e *Vel pecudem*. vel pro id eſt: vt probatur hîc, &. j̃. eo. quēadmodū. §. hac actione.

f *Anno*. ſed quæ eſt ratio, ꝙ ex primo capite fit cōputatio retro per annum. ex tertio intra triginta dies tantùm: vt. j̃. eo. l. ſi ſeruus. §. tertio? Reſpō. ſecundū Ioan. ſoluat Apollo. ſed certè imò poteſt ſolui, ſecundum Azo. quia acrius eſt puniendus, qui magis delinquit: vt. s̃. de offi. præto. diuus. Conſtat autem quod magis delinquit, & magis dat dānum is qui occidit, quàm is qui duntaxat vulnerat: & ideo maioris fit temporis repetitio, ſecundum Azo.

g *Et infra*. id eſt in inferiori parte primi capitis. Azo.

h *In duplum*. vt. C. eod. l. contra negantem. &. j̃. de ſer. cor. l. doli. §. hæc actio. & duplatur quicquid erat ſimplandum: vt &. s̃. quod metus cauſa. l. ſi cum ex. §. primo. Probatio autē habet fieri per teſtes, non per iuſiurandum: vt in duplū teneatur inficiās: vt. j̃. de iureiur. l. eum qui. in principio.

i *Inter pecudes*. & ideo nec primo capite continetur: vt infra eo. quemadmodum. §. hac actione.

k *Longè magis*. longè intelligas magis, quàm canis.

l *Iumentorum*. quod nomen ſtrictius quàm pecudum accipitur: vt. j̃. de ædil. edicto. l. ædiles. §. iumentorum.

m *Et ideo*. quia iumentorum præſtant operam.

n *Primo capite*. præualente natura benigniore. Ir. eſt tamen argu. contra ſupra de poſtu. l. j. §. beſtias. imò eſt ſic. Accurſius.

o *SI ſeruus. Iniuria*. id eſt non iure: vt inſtitu. eodem. §. iniuria. & infra eo. l. ſi quis fumo. §. j. Accurſius.

*ITaque.*] CASVS Hæc lex ex ſuperioribus pendet. Pone ergo qđ ſeruus tuus mihi inſidiabatur diurnus latro. ſi eū occidi, nō teneor. ſed lex diſtinguit hîc: aut fuit nocturnus fur aut diurnus. ſi nocturnus eſt, ſufficit quòd clamet & ſufficit quocunque modo ſe defendit. ſi diurnus: oportet quòd ſe telo defendat, ſed cum clamore. Viuianus.

p *Latronem inſidiantem*. & ſic in perſona. idem in rebus: vt no. s̃. de iuſtit. & iur. l. vt vim.

q *Naturalis ratio*. id eſt ius gentiū: vt & ponitur. s̃. de iuſtit. & iur. l. omnes. §. ꝙ vero: permittit enim ius gentiū cuilibet ſui defenſionē vt. s̃. de iuſtitia & iure. l. tertia. &. C. vt vnicui. li. l. prima.

r *Permittit*. ſe id eſt quēlibet cui periculū imminet. Accurſius.

ſ *Defendere*. i. deprehēdere & occidere.

t *Permittit*. ſi eſt talis, cui ſine periculo parcere nō potuit: ſiue telo ſiue alio modo ſe tueatur: aliàs nō: vt. j̃. eod. l. ſi ex plagis. §. tabernarius. in fi. §. &. j̃. ad legē Corneliam de ſic. l. furē. quæ ſunt contrariæ. vel plenius vt in. l. furē nocturnum.

u *Vt tamen*. non eſt ergo differētia, niſi quòd in nocte, quocūq; modo ſe defendat vt non capiatur poteſt occidi, ſed in die ita demū, ſi telo. Et eſt ratio, qa in die poteſt cognoſci: & ſic dimitti debet, & poteſt accuſari: vt. j̃. de fur. bal. l. prima. Ex hac ſequit̃ alia: quia in die propter periculū rerū non poteſt occidi, licèt cū rebus fugiat: ſed in nocte ſic: vt d. l. j̃. ad legem Corn. de ſica. l. furem.

x *Idipſum*. quòd ſic capit & occidit: puta dicēdo, quilibet currat cōtra furē. ſimilis proteſtatio & cōuocatio hominum eſt. j̃. ad le. Iul. de adul. l. capite.

y *Interdiu*. id eſt in die. ſic & ſupra quemadmo. ſer. amit. l. ſi cōmunem. §. ſi is.

z *Occidere*. ſcilicet furem.

a *Telo*. ſed in nocte & ſi alio modo ſe tueatur: vt dixi: & facit. j̃. de fur. l. ſi pignore. §. furem. & ſupra quod metus cauſa. l. nec timorem. §. primo. Accurſius.

b *SEd & ſi. Petentem*. etiam ſi prius me non percuſſit. nam ſufficit terror armorū: vt. j̃. de vi & vi ar. l. idem. §. qui armati. licèt alij quidam contra. & de hoc not. C. vnde vi. l. prima.

c *Occidiſſe*. vim enim vi &c. vt. j̃. eo. l. ſcientiam. §. penul.

d *Furem*. nocturnum, vel diurnum, vt differat à primo reſpon. præallegato.

e *Iniuria*. i. non iure, ſed dolo, & ideo bene infert, quòd Cornelia teneatur: quia ſolus ille qui eſt in dolo tenetur, nō qui in culpa: vt. j̃. ad legem Corneliam de ſic. l. in lege. ſed in Aquil. venit culpa etiam leuiſſima: vt infra eo. l. in lege.

f *Contumeliam*. cum damno, vel ſine damno: vt infra de iniur. l. prima. in principio.

Iuxta hanc legem eſt ꝙ Hippodamus Mileſiorum legiſlator de tribus iudiciū dabat, damno, iniuria, cæde. Ariſto. lib. 2. Polit. cap. 6.

* vt, vacat, & in Pand. Flo. obelo transfigitur.

† Ex hoc verbo æs, & verbo Ero, quo vſa eſt lex non autē domino qđ à Caio eſt additū, liquet vetuſtiſſimā eſſe legē, & eo tempore factam quo plebs nondū cū patribus conueniebat vt & Theophilus rectè monet, quod tamen nondū cōtumacibus perſuadere potui. Contius.

* Feræ ſcilicet.

† i. mediæ naturæ, ſeu mixtę actionis, quia vicē iumentorū, i. νωτοφόρων prębent.

† Iſte text. eſt argu. ad ad ſtatutum diſponēs, ꝙ homicida ſit priuatus omni officio, an locū habeat in eo qui occidit iuſtitiā exequendo. de quo per Bal. hic.

* Hunc locū latè explicat Cice in orat. pro Milone.

† Verba legis. 12. tabu. refert Macrob. lib. 1. Sat. & Gel lib. 11.

* in 1. & 3. capite.

*Hoc eſt*

UNED

a *Hoc eſt.* ſola eſt iniuria, quæ eſt cõtra ius: licèt dicat Apoſtolus, Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Accurſius.

b *Contumeliæ.* quantum actor iurauerit taxatione facta: vt inſti. de iniur. §. pœna. Sed videtur ꝙ etiã in act. iniur. habeatur ratio damni: & ſic vna tantùm fiat condemnatio: vt. C. de iniur. l. dominum. quæ eſt cõtra. Sol. ibi habet ratio dãni: ſed nõ vt damni: ſed vt cõtumeliæ. Vel dic ꝙ pro atroci iniuria agitur ex lege Aquil. vt hîc & .d. l. dominũ. & agitur iniuriarũ: vt ibi, & .j. de iniur. l. itẽ apud §. ſi quis ſeruo. & ſic eſt ibi ſimplex relatio.

c *Noluit.* vt. j. eod. l. ſi ſeruus ſeruũ. §. ſi quis inſulã & . §. ſi fornacarius. & . l. ſcientiã. §. ſed ſi defendendi. §. ſi meũ & . l. ſi ex plagis. §. in cliuo.

d *Veriſſimum.* imputatur enim caſui: vt. j. de adminiſtr. tutu. l. fin. ſatis enim ipſo furore punitur: vt. ſ. de off. præſi. diuus. Azo.

e *Quemadmodum.* non per omnia ſimilis eſt furioſus quadrupedi: cũ ꝓ quadrupe detur actio de pauperie: pro furioſo nulla: vt. ſ. de rei vin. l. quod infans.

f *Quod ſi impubes.* non tamen infans.

g *Tenetur.* id eſt teneri poteſt. Azo.

h *Capax.* velnti ſi ſit proximus pubertati: vt infra de regulis iuris. l. pupillum. & . j. de fur. l. impuberem. & inſtit. de obliga. ex de. §. fin. & . ſ. de mino. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndũ.

i *Si magiſter.* ſutor, vel cerdo. ſ. Accurſius.

k *Parum bene facienti.* id eſt non bene facienti & c.

l *Demonſtrauerat.* ſcilicet magiſter. Accur.

m *Oculus.* cõſecutiuè.

n *Dubitat.* ſed. j. loc. non dubitat Iulia. l. itẽ quæritur. §. item Iulia. quia dixit competere: vel ſi dubitauit, ꝓ conſtanti poſuit. Ir.

o *Docenti.* ſic & marito vt. j. ſol. matr. l. ſi conſtãte. §. ſi marit᷑. & fructuario: vt & . ſ. de vſufruc. locũ. §. fin. & creditori: vt. §. de pign. act. eleganter. §. plane. Accurſius.

† Ergo in hac lege punitur inuoluntariũ crimen ſecundum l. 2. ſ. de legib.

* Tunc agitur in factũ l. ſ. § pen. j. et prox.

† Adde quã poteſtatem habeat pater in filiũ coërcendi: vide per doc. An. in c. cum cõtingat de fo. cõpe. & ibi etiam per eũ de poteſtate domini in ſuã familiã, & de poteſtate mariti in vxorem: vide in ca. placuit. 33. q. 2.

* l. 13. § Iulianus. j. locat.

ſed quod non iure factum eſt: hoc eſt a contra ius, id eſt ſi culpa quis occiderit: & ideo interdum vtraque actio concurrit, & legis Aquiliæ, & iniuriarum: ſed duæ erunt æſtimationes, alia dãni, alia contumeliæ. b Igitur iniuriam hîc damnum accipiemus culpa datum etiam † ab eo qui nocere noluit. c Et ideo quærimus, ſi furioſus damnum dederit, an legis Aquiliæ actio ſit. & Pegaſus negauit. quæ enim in eo culpa ſit, cum ſuæ mentis non ſit? Et hoc eſt veriſſimum. d Ceſſabit igitur Aquilia actio: quemadmodum e ſi quadrupes damnum dederit, Aquilia ceſſat: aut ſi tegula *ceciderit. Sed & ſi infans damnum dederit, idem erit dicendum. Quòd ſi impubes f id fecerit, Labeo ait, quia furti tenetur, g teneri & Aquilia eum. & hoc puto verum, ſi ſit iam iniuriæ capax. h Si magiſter i † in diſciplina vulnerauerit ſeruum, vel occiderit, an Aquilia teneatur, quaſi damnum iniuria dederit? & Iulianus ſcribit Aquilia teneri eum qui eluſcauerat diſcipulum in diſciplina. multo magis igitur in occiſo idem erit dicendum. Proponitur autem apud eum ſpecies talis: Sutor, inquit, puero diſcenti ingenuo filiofamilias parum bene facienti k quod demonſtrauerat, l forma calcei ceruicem percuſſit, vt oculus m puero perfunderetur. Dicit igitur Iulianus * iniuriarum quidem actionem non competere: quia non faciendæ iniuriæ cauſa percuſſerit, ſed monendi & docendi cauſa. An ex locato, dubitat: n quia leuis dumtaxat caſtigatio conceſſa eſt docenti. o Sed lege Aquilia poſſe agi non dubito:

A

VI. PAULUS *libro vicenſimoſecundo ad Edictum.*

Præceptoris †enim nimia p ſæuitia culpæ adſignatur.

VII. ULPIANUS *libro octauodecimo ad Edictum.*

B Qua actione patrem conſecuturum ait quod minus ex operis filij ſui propter vitiatum oculum ſit habiturus: q & impendia quæ pro eius curatione fecerit. Occiſum r autem accipere debemus, ſiue gladio, ſiue etiam fuſte, vel alio telo, vel manibus, ſi fortè ſtrangulauit eum, vel calce petiit, vel capite, vel qualiter qualiter. Sed ſi quis plus iuſto oneratus deiecerit onus, & ſeruum occiderit, Aquilia locum habet. fuit ſ enim in ipſius arbitrio ita ſe non onerare. C Nam & ſi lapſus aliquis ſeruum alienum onere preſſerit, Pegaſus ait lege Aquilia eum teneri: ita demum, ſi vel plus iuſto ſe onerauerit, vel neglegentius per lubricum tranſierit. Proinde ſi quis alterius impulſu damnum dederit, Proculus ſcribit, neque eum qui impulit teneri, quia non occidit: neque eum qui impulſus eſt, quia damnum iniuria non dedit. ſecundũ quod in factum * t actio erit danda in eum qui impulit.

D Non punitur ille qui in publica pugna percutit pugnantem: ſecus ſi non pugnantem, vel extra locũ pugnæ. Bartolus.

Si quis in colluctatione, u vel in pancratio, † vel pugiles dum inter ſe exercentur, x alius alium occiderit, ſi quidẽ in publico y certamine alius alium occiderit, ceſſat Aquilia: quia gloriæ cauſa z & virtutis, non iniuriæ gratia videtur damnum datũ. Hoc autẽ a

E

q *Habiturus.* vt. ſ. tit. j. ex hac. & . j. de ſer. cor. l. vt tantum. §. de filio.

r *Occiſum.* exponit principium ſecũdæ. l. & facit infra de libe. agno. l. necare.

ſ *Fuit.* q. d. potuit prævidere: ergo fuit in culpa ſi non fecit: vt. j. e. ſi putator. & . l. ſi ex plagis. §. in cliuo. & . ſ. titu. j. l. j. §. quòd ſi propter loci. Accurſius.

t *In factum.* ſ. ſubſidiaria. l. Aquiliæ: vt inſtit. e. §. fina. impulſus autẽ non tenetur: quia non ſua ſpõte fecit: vt. j. eodem. l. ſi ex plagis. §. in cliuo. Accurſius.

u *Si quis in colluctatione.* id eſt dum ſimul luctabãtur cum pugnis, vel calcibus: ſed pãcratiũ: quando cum fuſtibus. Vel verius dic colluctatio eſt, quãdo pugnantes nõ ſtant certo loco: ſed pãcratium ſit locus lignis circundatus: in quo loco ſtant pugnãtes: vt in pugilib᷒ videmus, de quib᷒ ſubiicit.

x *Exercentur.* ſcilicet armis. Accurſius.

y *In publico.* publicum appellamus ꝙ gratia publicę letitię fit: vt ludus graticulorũ & ludus torneamẽtorum. ſi autem non ſic fieret, & in eo prælio aliquis occideretur: ille patitur pœnã ſupplicij, qui dedit occaſionẽ tanto negotio: vt. C. ad. l. Iul. de vi publi. vel pri. l. quoniam.

z *Gloriæ cauſa.* per gloriam quis occiditur, vt hîc: & ideo poſt ꝑ gloriã viuere poteſt: licèt ſic mortuus dicatur: vt iſt. de excu. tut. §. ſ. j. Sed quid ſi data opera in publico certamine vn᷒ aliũ occidit? Reſpõ. tenetur: vt & . ſ. eo. ſed & ſi quemcunque. circa prin. ibi: ſin autem cum poſſet & c. & . j. e. item ſe obſtetrix. §. fin. itẽ ſi in publico certamine aliquo libero occiſo ceſſat Aquilia, vt hîc dicit: an ſi alibi occidatur, vel vulneretur, habet locũ pro libero homine? Bul. quòd non. & pro eo. j. e. huic. §. fin. & . j. de ædil. ædic. l. qua vulgo. quibus dicitur non fieri hominis liberi mortui æſtimationem. ſed R. & Azo contra. & dicunt ꝙ habet locum etiam libero homine mortuo & vulnerato vtilis Aquil. vt. j. e. liber homo. in prin. & hîc ſumitur argu. à contrario ſenſu: vt. ſ. tit. j. l. ex hac. & quod in legibus à Bul. inductis dicitur, intelligas pro æſtimatione ipſius corporis liberi hominis, pro qua non agitur. l. Aquil. ſed ad cætera damna ſic.

a *Hoc autem.* ſ. quòd ſi ſeruus vulneret, vel vulneretur, licèt in publico certamine, ꝙ Aquil. ceſſet. nam nõ ceſſat, quia immiſcuit ſe rei non pertinenti ad ſe: vt hîc ſubiicit, quoniã & c. & infra de regu. iur. l. culpa. & hoc ſecũdum quoſdam. Tu dic, hoc autẽ & c.

† In hãc ſententiam pulchrè Quintil. lib. 1. Inſti. orat. vbi diſcipulos non eſſe verberib coȝẽdos cenſet.

Colluctatio & pancratiũ differunt.

* Innominatus interpres Græcus vocat in duplũ i. vtilem Aquiliæ.

† Pancratiũ, certaminis genus eſt ex eo dictum quod aduocatis omnibus corporis viribus, omniũque neruorũ contẽtione tranſigitur. Calcibus enim etiam, & cubitus, nõ modò pugnis pancratiaſtę vtebantur, omnique impetendi præhendendique modo. Bud.

p *Præceptoris. Nimia.* & etiam domini: vt ſupra de his qui ſunt ſui vel alie. iul. ij. ſic & nimia negligẽtia: vt ſupra de offi. præſi. diuus. in fine. Accurſius.

*Qua actione.*] CASUS. pater pueri aget pro æſtimatione operarum amiſſarum, & pro impenſis: vt ſupra ti. j. l. ex hac. [SED ET SI QUIS.] Si quis portabat croſellum ita magnũ quod poſtea deiecit, tenetur Aquil. ſiue iuit cũ illo croſello per viam malam & labilem, ſimiliter tenetur Aquil. Itẽ tenetur impellens in factum non directa: ſed non impulſus. [SI QUIS IN COLLUCTATIONE.] In torneamento vnus miles occidit alium, nõ tenetur: quia gratia virtutis fecit. Secũdò dicit, ſerui nõ ſolent pugnare in talibus: ſed ingenui tantùm. Tertiò quòd filiifa. ſolent pugnare. Quartò, quòd ſi vnus miles alium iam cedentem & pugnare nolentem vulneret, tenetur. Item qui ſeruum extra certamen occidit: niſi dominus ſuus præbuit cauſam. & quòd ſi occiſus ſeruus fuit, vel cæſus: intereſt quantum ad actionem, non quantum ad pœnam: quia nihil intereſt. Cætera ſunt plana vſque ad. l. item ſi obſtetrix. Viuianus.

ſcilicet pugnare in publico certamine. Accurſius.

a *In ſeruo non procedit.* i. nō ſolet procedere: vt ſubiicit hîc, quoniam &c. ſi tamē ſeruus interueniat, idē quod in libero homine dicam, vt ceſſet Aquilia vt innuit. ff. à cōtrario ſenſu: ibi, aut ſi nō in certamine &c. Itē quia difficillè dignoſci poteſt liber à ſeruo: vt. ff. de cōtrahen. emp. l. quia ſi velis tueri primā, dic quòd loquitur hîc quando à ſciēte ſeruum fit. Accurſius.

b *Cedentem.* i. recedentem, & vlterius pugnare nolētem. & ad hoc. ff. de alea. l. ſolent.

c *Aut ſi non in certamine.* ſed extra certamen: ergo à contrario ſenſu, ſi in certamine vulneratus vel occiſus eſſet, ceſſaret Aqui. vnde malè exponūt quidam literam ſuperiorē, hoc autē &c. vt ibidē dixim⁹.

d *Niſi domino cōmittente.* hoc referūt quidam ad id qđ dixit hoc autē in ſeruo. ſ. vt ceſſet Aquil. niſi domino committente. i. permittēte ſeruus pugnet: qa tūc ſeruo occiſo ceſſaret Aquil. ſed tu referas ad ꝓximū dictū. Dixit enim quòd habet locū Aquil. ſeruo occiſo extra certamē. hoc eſt verū, niſi dominus pręſtitit cauſam mortis ſerui ſui, qa ipſe cauſam aggreſſionis præſtitit, ex qua ſecuta eſt occiſio: vt. d. l. C. ad. l. Iul. de vi. pu. l. quoniā. &. ſ. tit. j. l. [. §. cū arietes. Itē not. ꝙ ex hoc. §. colligunt quidā, ꝙ iure Romano duella nō ſunt ꝓhibita: & per id qđ dicitur C. quæ res pig. l. ſpē & ff. de re iud. l. cōmodis &. C. de athletis. per totū. ſed hoc quādo gratis: at ipſi nō faciūt gratis. Item faciūt contra deum, qui dicit: Nō tētabis dominū deū tuū. Itē quia & ius Lōbardorū dicit: Multos vidim⁹ ſub iuſto clypeo perire: vt in Lōbardia, qualiter quis ſe defē. ꝑ pub. l. iij.

e *Solet.* vt infra ad leg. Iul. de adul. l. nihil intereſt. in prin.

f *Multū intereſſe.* quātū ad ſubtilitatē iuris, nō quantum ad effectū: vt infra eo. l. qui occidit. §. in hac.

† Quaſi iam victum ſcilicet.

* In ore Græci.

† i. vtili Aquilia.

* quia ſuo corpore occidit.

Duellū iure Romano nō eſt prohibitum

in ſeruo non procedit: [a] quoniam ingenui ſolent certare. In filiofamilias vulnerato procedit. Planè ſi cedentem † [b] vulnerauerit, erit Aquiliæ locus: aut ſi nō in certamine [c] ſeruum occidit: niſi domino committente [d] hoc factum ſit. tunc enim Aquilia ceſſat. Sed ſi quis ſeruum ægrotum leuiter * percuſſerit, & is obierit rectè Labeo dicit lege Aquilia eum teneri: quia aliud alij mortiferum eſſe ſolet. [e] Celſus autem multum intereſſe [f] dicit, occiderit, an mortis cauſam præſtiterit: vt qui mortis cauſam præſtitit, non Aquilia, ſed in factum † actione teneatur. Vnde adfert [g] eum qui venenum pro medicamento dedit: & ait cauſam mortis præſtitiſſe: [h] quemadmodum eum qui furenti gladium porrexit. nam nec hunc lege Aquilia teneri, ſed in factum. [i] Sed ſi quis de ponte aliquem præcipitauit, Celſus ait, ſiue ipſo ictu perierit, aut continuo ſubmerſus eſt, aut laſſatus [k] vi fluminis victus perierit, lege * Aquilia teneri, quemadmodum ſi quis puerum ſaxo inliſiſſet. Proculus ait, ſi medicus ſeruum imperitè ſecuerit: vel ex locato, vel ex [l] lege Aquilia competere actionem.

Nota quod culpa poteſt committi tribus temporibus: ante factum, quando inſpicitur quod euenire poteſt: in facto: & poſt factum: vt ſi quis non proſequitur factum quod debet proſequi: nec vtitur eo vt debet vti. Baldus.

VIII. GAIVS *libro primo ad Edictum Prouinciale.*

IDem iuris eſt ſi medicamento perperā vſus fuerit. Sed & qui bene ſecuerit, & dereliquit curationem, ſecurus non erit, ſed culpæ reus [m] intellegitur.

Nota quod non debet quis attentare id ad quod eſt inſufficiēs, vel imperitus. Baldus.

Mulionem quoque ſi per imperitiam impetum mularum retinere non potuerit, [n] ſi eæ alienum hominem obtriuerint, vulgo dicitur culpæ nomine teneri. Idem dicitur & ſi propter infirmitatem ſuſtinere mularum impetum non potuerit. Nec videtur iniquum, ſi infirmitas culpæ adnumeretur: cum affectare quiſque non debeat in quo vel intellegit vel intellegere debet infirmitatem ſuam alii periculoſam futuram. [o] Idem iuris eſt in perſona eius qui impetum equi quo vehebatur, propter imperitiam † vel infirmitatem retinere non poterit. [p]

IX. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

ITem ſi obſtetrix [q] medicamentum dederit, & inde mulier perierit, Labeo diſtinguit, vt ſi quidem ſuis manibus ſuppoſuit, videatur occidiſſe. ſin vero dedit vt ſibi mulier [r] offerret, in factum actionem dandam. quæ ſententia vera eſt. magis enim cauſam mortis præſtitit, quàm occidit. Si quis per vim vel ſuaſum alicui medicamentum infundit vel ore, vel clyſtere, * vel ſi eum vnxit malo veneno, lege Aquilia eum teneri, quemadmodum obſtetrix ſupponens tenetur. Si quis hominem fame necauerit, in factum [ſ] actione teneri Neratius ait. Si ſeruum meum equitantem, concitato equo effeceris in flumen præcipitari, atque ideo homo perierit, in factum [t] eſſe dandam actionem Ofilius ſcribit: quemadmodum ſi ſeruus meus ab alio in inſidias deductus, ab alio eſſet occiſus. Sed ſi per luſum iaculantibus [u] ſeruus [x] fuerit occiſus, Aquiliæ locus eſt. Sed ſi cum alii in campo iacularentur, ſeruus per eum locum tranſierit, Aquilia ceſſat: quia non debuit [y] per campum iaculatorium iter intempeſtiue facere. qui tamen data opera in eum iaculatus eſt, vtique Aquilia tenebitur. [z]

X. PAVLVS *libro vicenſimoſecundo ad Edictum.*

g *Vnde aſſerit.* ſ. Celſus.

h *Præſtitiſſe.* ſcilicet dicit.

i *Sed in factum.* vtrobique tamen ita, ſi damnum ſecutum ſit.

k *Laſſatus.* id eſt feſſus.

l *Vel ex lege.* vel, pro &. nam vtraque tenetur: vt hîc, & inſti. eo. §. præterea. &. §. imperitia. &. ſ. de of. præſi. l. illicitas. §. ſicuti. & infra loca. ſi quis fundum. §. Celſus.

m *Idem iuris. Sed culpa reus.* Culpa ergo quandoque ineſt facto: vt ſupra eo. qua actione. §. pe. & ſi. quandoque præcedit factū: vt. ff. ſ. qui foueas. &. ff. de act. & obliga. l. j. §. is quoque. quādoque ſequitur factum: vt hîc dicitur. Itē no. ꝙ loquitur hîc de medico qui locauit operas ſuas: qui de culpa leui tenet. Sed quid ſi gratis operā dabat? Io. reſpon. vel vt quaſi procurator de leuiſſima: vt. C. mā. l. à procuratore. vel quaſi geſtor de leui: vt inſti. de ob. ex quaſi cōtractu. §. ſicut autē. ſecūdū Azo. quod eſt veri⁹: vt ar. ff. de reg. iur. l. cōtractus. Item nūquid ſi amittat tenetur qui gratis facit? Videtur ꝙ nō: vt. C. de nego. geſt. l. tutori. ſed dic eum teneri arg. ff. de admi. tu. l. tres §. itē & l. tutores. §. qui ſe. ſecundum. Azo.

n *Non potuerit.* ſi alius firmior retinuiſſet: vt inſti. eo. §. impetu.

o *Futuram.* not. ſic & C. de aſſeſ. l. fin. & iſtit. eo. §. iniuria. &. ff. loc. l. cum plures. §. ſeruū. & ff. de dam. infec. l. dāni. & infra de regu. iur. l. imperitia.

p *Non poterit.* ſed alius firmior retinuiſſet. Ac.

[*Item ſi obſtetrix.*] CASVS. Aut obſtetrix ſuis manibus ſupponit & tenetur. l. Aquil. direc. vbi autem dedit vt mulier ſibi offerret. tenetur in factum. [SI SERVVM.] Seruus me⁹ equitabat: quis cōcitauit eius equū: & ita cecidit de equo: & fregit ſibi cr⁹. an teneatur Aquil. quæritur. Et reſpon. quòd ſic, in factū ſ. & hoc ꝓbat per ſimile. Sed & ſi per luſum qui iaculabatur, & pro iiciebant palos & lapides, ſeruum meum interfecerūt: an ſit locus Aquil? Et reſpon. quòd ſic. Secūdò determinat hîc ꝙ dicit ſtatim. pone, in cāpo in quo cōſuetum erat ludere, ludebāt: & ſeruū meum interfecerunt trahēdo palos vel lapides: quæritur an ſit loc⁹ Aquil. Et rñ. qđ non ergo eſt diſtinguēdum, an in tali loco vbi eſt cōſuetū ludere an nō. primo caſu non tenetur: ſecūdo tenetur. Viuianus.

q *Item ſi obſtetrix.* id eſt Baila.

r *Vt mulier.* ſ. ipſamet.

ſ *In factum.* huic eſt cōtra. C. e. l. de pecorib⁹. vbi dat vtilem Aquil. Sol. ibi incluſit, vt fame necaret: hîc nō. Vel verius, hæc cū illa concurrit. Accurſius.

† Not. ſecūdum Bald. qđ ille qui neſcit equitare, nō debet equum aſcendere.

* Flo. criſtere. re. cluſtere.

t *In factum.* & vtilem Aquil. vt inſtitu. eod. §. penult.

u *A iaculantibus.* ſcilicet alicubi vbi conſuetum non eſt. & dicas quòd ibat iſte ſeruus per alium locum, non per campum iaculatorium. aliàs haberet locum inferior. §. ſed ſi cum alij.

x *Seruus.* qui nō erat de ludo. aliàs ſecus: vt. ff. eo. tit. ſi ex plagis. §. fin. Item in non ſolito loco ad ludum.

y *Quia non debuit.* ergo culpæ culpa compenſata diſſoluitur: vt infra de compen. ſi ambo. & infra ſo. ma. viro. Ioan.

z *Tenebitur.* quia dolus præponderat. Azo. Et ſic no. quòd hoc caſu

UNED

caſu ſolus dolus venit in Aquil.non culpa: vt infra eod. ſi putator.& infra de adquiren.re.do.homo liber.§.item.& eſt ratio,vt dixi,quia culpa culpam abolet:ſed nõ dolũ:vt.j̃.e. l. qui foueas. §.hæc actio.ſecundum.Ioan.

Culpa culpã abolet.

a *Nam luſus*.imò non eſt luſus,ex quo crimen oritur:vt.s̃.in proœmio circa fi.aliàs ſi eſſet p luſum nocitũ, dummodo ei qui eſt de ludo, ludo imputatur: vt. j̃. eo. ſi ex plagis.§.fi.Accur.

† Diſtinctionẽ noxij & iure cõceſſi ludi tradit Cic.lib.1.offic.

*Item Mela.*] CASVS. Titius & Mæuius ludebant ad pilam:& ita vnus illorum percuſſit manum cuiuſdã barberij,qui radebat ſeruum meum:& ita barberius incidit gulã ſeruo meo & eum interfecit.quæritur quis teneatur:percutiẽs cũ pila, vel barberius? Et reſpõ. quòd ille tenetur, qui percuſſit cũ pila : niſi ille qui radebat, ſit in culpa: quia tunc non agitur. [SI ALIVS.] Si vnus tenet, & ali⁹ interficit, an pœna æquali teneãtur?Et reſpõ. quòd ſic. vnde hîc nota qđ conſentienti & faciẽti par pœna incumbit. [SED SI PLVRES.] Planus eſt.[SI ALIVS MORTIFERO.]Aliquis ſeruum ad mortem vulnerauit : & incertum erat an mori deberet. vel non:& alius eundẽ ſeruum interfecit.quęritur quis teneatur? Et reſpon. qui interfecit, tenetur:prior non, niſi de vulnere.[SI PLVRES.]Erant plures qui trabẽ portabãt, & deiecerunt:& ſeruum interfecerunt. omnes Aquil.tenentur.[ITEM CVM EO.]Aliquis canem irritauit, vel incitauit, tenetur in factũ ſ.vtili.Aquil.legis.quęritur cui competat actio legis Aquil. Et reſpon. quod domino. [SI IN EO.]Vẽdidiſti mihi ſeruum vitioſum:& aliquis in eo dãnum dedit in decem.ago redhibitoria contra te.quæritur an illa decem debeam præſtare, vel reſtituere vel actione legis Aquil. quam habeo contra illum,pręſtare debeam?Et reſpon.quòd ſic. [SED SI SERVVS.]Seruum bona fide poſſidebam,qui vulneratus eſt.quęritur an mihi poſſeſſori Aquil.directa competat?Et reſpon.quòd non,ſed in factum.[EVM CVI.]Si commodo tibi veſtes,& poſtea ſcindantur:mihi nõ tibi cõpetit act.Aquil. [AN FRVCTVARIVS.] Fructuario & vſuario datur vtilis Aquil. non directa.Viuianus.

* Flo. habebat.
† Flo. adiecto.

NAm luſus [a] quoque noxius † in culpa eſt.

XI. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

ITem Mela ſcribit,ſi quum pila quidam luderent,vehementius quis pila [b] percuſſa in tonſoris manum eam deiecerit, & ſic ſerui quem tonſor radebat, * gula ſit præciſa adacto † cultello: in quocunque eorum culpa ſit, eum lege Aquilia teneri. [c] Proculus in tonſore eſſe culpam. Et ſanè ſi ibi tondebat vbi ex conſuetudine ludebatur, vel vbi tranſitus frequẽs erat,eſt quod ei imputetur. quanuis nec illud malè dicatur,ſi in loco periculoſo ſellam habenti tõſori ſe quis commiſerit, ipſum de ſe queri debere. [d] Si alius tenuit, alius interemit:is qui tenuit, quaſi cauſam mortis præbuit,in factũ actione tenebitur.

Ex pluribus qui homicidio interfuerunt, ille tenetur Aquilia, cuius ictu quis periit. ſed ſi non apparet, omnes tenentur : & vno ſoluente alter nõ liberatur in pœna.ſed ſi ex interuallo plures percuſſerunt,vltimus ſolum de occiſo tenetur hoc dicit quandoque percuſſerunt eodem tempore, diuerſis tamen ictibus : & hoc primò. quandoque percuſſerunt diuerſis temporibus : & hoc ſecundò. quãdoque plures vna percuſſione : &hoc tertiò. ſecunda ibi, Si alius. tertia ibi, Si plures. Baldus.

Sed ſi plures ſeruum percuſſerint, [e] vtrum omnes quaſi occiderint teneantur, videamus. Et ſi quidem apparet cuius ictu [f] perierit, ille quaſi occiderit teneatur. [g] quod ſi non apparet, omnes * quaſi occiderint teneri Iulianus ait. [h] Et ſi cum vno agatur, cæteri non liberantur. Nam ex lege Aquilia quod alius præſtitit,
B alium non releuat, cum ſit pœna. [i] Celſus ſcribit, ſi alius mortifero vulnere percuſſerit, alius poſtea exanimauerit: priorem quidem non teneri [k] quaſi occiderit, ſed quaſi vulnerauerit: quia ex alio vulnere periit: poſteriorem teneri, quia occidit.quod & Marcello videtur, & eſt probabilius. Si plures [l] trabem deiecerint,& hominem oppreſſerint, æquè veteribus placet omnes lege Aquilia teneri. Item cum eo
C qui canem irritauerat, & effecerat vt aliquem morderet, [m] quanuis eum non tenuit, [n] Proculus reſpondit Aquiliæ actionem eſſe. Sed Iulianus eum demum Aquilia teneri ait, qui tenuit & effecit vt aliquem morderet: cæterũ ſi non tenuit in factũ agẽdum.

Legis autem Aquiliæ actio * hero [o] † cõpetit,hoc eſt domino. Si in eo homine quem tibi redhibiturus eſſem, damnum iniuria datum [p] eſſet, Iulianus ait legis Aquilię actionem mihi cõpetere,
D méque cum cœpero redhibere, tibi reſtituturũ. [q] Sed ſi ſeruus bona fide alicui [r] ſeruiat,an ei [ſ] cõpetit Aquiliæ [t] actio ? Et magis in factum † [u] actio erit danda.

b *Pila*.illud quod proiicit vnus alij,dicitur pila.Vnde verſus.Pila terit pultes:in bellis pila geruntur.Eſt pila pes pontis : pila luſus pila taberna.Qui terit,eſt pilus:pilus eſt in frõte capillus. Ad tractum pili,mile ruere pili.

c *Teneri*.id eſt quicunque fuerit culpabilis,ille tenetur.

d *Queri debere*.cum ipſe hoc ſciuit:non ita ſi ignorauit:cæcus fortè vel peregrinus.Io.No.etiam hîc quòd imputatur ei qui ſe poſuit in periculum:vt.j̃.commo.l.fin.

e *Plures percuſſerint*.Sed quid [a] ſi vnus, & non apparet quis ? Reſpon.nullus.arg.j̃.de pœnis.l.abſentem.ibi,ſanctius enim &c.

a] No. quòd vbi vnus eſt interfectus ab vno de tribus:ſi dubitetur à quo,ratione

f *Cuius ictu*.ictus enim cuiuſlibet contemplari oportet : vt infra ad leg.Cor.de ſica.l.fi.Ir.

g *Tenetur*.alij autem tenetur,vt de vulnerato:vt.j̃.proxi.§. Acc.

h *Iulianus ait*. inſolidum ſcilicet, quod eſt notandum : ſicut &
A in actio.arbo.fur.cæ.vt.j̃.ar. furt. cæ.l.ſi plures. & in acti. quod me.cau.vt.s̃.quod me.cau.l.ſi cũ exceptione.§.fi.& in actio fur. vt.C.de condic.fur.l.j.Sed contra videtur , ſcilicet in dubio neminem teneri:vt.j̃.e.ſcientiam.§.cum ſtramenta. quæ eſt cõtra. Sol.ibi quando plures inter ſe damnũ dederunt:hîc quando alij.

dubitationis omnes debẽt euadere. cõcor. in ca. non æſtimemus. 13. q. 2. textus in ca. ſacris. extra de ſepul.vide quod not. in ca.nolite. 11. q.3.

i *Cũ ſit pœna*.bona ratio quod nõ liberet vnus alium : vt hîc, &. s̃. ne quis eũ qui in ius voc. l. fi. &. s̃. de iuriſ. om. iud.ſi quis id. §. fi.&. l. ſeq.&.j̃.de lib.cau.l.v-tiq;.&.j̃.ſi quis teſta.liber eſſe iuſ.l.j.§.fi. Sed econtra videtur ꝙ vno ſoluẽte alij liberentur. Azo.vt. s̃. de eo p quẽ fac. erit.l.j.§.ſi plures. quæ eſt contra. vbi de plurib⁹ qui dolo fecerũt quo minus in iudiciũ quis veniat, dicit. So.ibi ꝓſequitur,& agitur ad intereſſe: & ideo cęteri liberãtur,cũ ampli⁹ actoris nõ interſit : hîc ꝓſequitur pœnã.nã hęc actio eſt pœnalis , tã in duplo qđ p inficiationẽ creſcit, q̃ ex eo qđ creſcit ex repetitiõe facta retro:vt ĩſt. e. §. his autẽ verbis. & in tali pœna intellige hic,ꝙvnus aliũ nõ liberat. de ſimplo autẽ ſic: vt in cõdictiõe furtiua: vt.C.de cõdic. fur. l. j. multo magis hîc, ſicut & argumẽtatur.j̃.e. illud. Sic ergo etiam nõ obſt.ꝙ eſt.j̃.loca.ſi vulneraueris.quę eſt contra.vbi locati actio per hãc tollitur, & ecõtra. nec ob.j̃.cõmo.l.vnde quæritur.in fi. quæ eſt cõtra.Nã quãtũ ad pœnã vnus alterũ nõ liberat, ſed in eo qđ eſt rei pſecutio, ſic. præterea in.l.illa loca.vnus fuerat qui dãnũ dederat. Item contra.j̃. ſi fami. fur.fe.di.l.j.in fi.So.ibi familia pro vno habetur:vnde tãquam vnius nomine dominus tenetur:vt.j̃.e.l.illud.Itẽ contra.j̃.de act.& obli.l.qui ſeruũ.§.fi. vbi eundem commodatarium commodati &.l.Aquil.conueniri dicit:& alteram tolli per alterã.Sol.ibi damnum erat ab vno datum,& ideo ſimplo præſtito releuatur à pœna:quia ſimplũ præſtitit.hîc à pluribus:& ideo præſtito ſimplo,& pœna nihilominus alius tenetur.vel hîc tãtũ pœna pręſtita fuit.Itẽ cõtra.j̃.tit.j. l.& quidem inſolidũ.Sol.ibi non eſt pœna reſpectu accipientis.

* Si ſint liberi ſcilicet, ſecus ſi ſerui l.32.j̃ eod.

*Directa ſcilicet. Græci.
† Ergo hoc argumẽtum eſt legem vſum fuiſſe verbo Eri nõ autẽ domini: quod nomẽ apud latinos eſt recẽtius.

† i. vtilis, quia nondũ eſt dominus effectus.

k *Non teneri*.j̃.e.l.item vulneratus.§.j.contra.Sol.vt ibi.

E l *Si plures*.de hoc dixi plenè.s̃.§.ſed ſi plures.Accurſius.

m *Morderet*.quiaſuo corpore damnũ dediſſe videtur.& facit.s̃. titu.j.l.j.§.ſed & ſi.Sed contra.s̃.de dolo.l.& eleganter.§.ſi quadrupes.Sol.vt ibi.

n *Tenuit*.dum mordebat,vel cum immittebat.Accurſius.

o *Hero*.hoc eſt domino : vt infra eo. l. ob id. & ab hero dicitur heres,id eſt dominus:vt inſti.de here.qua.& dif.§. itẽ extraneus & quòd hîc dicit.dari domino,ſcilicet directa : vtilis autẽ etiam non domino:vt.j̃.ea.l.§.fin.

p *Datum eſſet*.à quodam tertio.Accurſius.

q *Reſtituturum*.aliàs enim non admittitur ad redhibitoriam : vt j̃.de ædil.edic.l.cum autem.§.fin.&.l.ſeq.

r *Alicui*.habenti in eo titulum.

ſ *Ei*.ſcilicet poſſeſſori.

t *Aquiliæ*.pro eo quòd ſeruus eſt vulneratus.Azo.

u *In factum*.vt.j̃.e.ſi dominus.quę ꝓpter operas quas bo.fi.poſ-

UNED

amiſit, dat̃: vt ar. ff. de ædil. edic. l. iuſtiſſimè. §. ſi. Sed cõtra aduerſus bo. fi. poſ. datur directa domino: vt. s. ſi de peti. here. ſi à patre. §. ſi poſſeſſor. & ff. e. ſi eo. Quid autem ſi hic poſſeſſ. titu. non habet: an ei dabitur? Reſpon. non videtur: vt arg. infra de reli. l. j. §. j. & de ſer. cor. l. j. §. j. Accurſius.

a *Nõ poſſe*. aliter de pauperie, de qua agitur, ſi interſit cõmodatarij: vt. s. ſi qua. pau. fe. di. l. ij. Alij dicũt quod hîc agit ſi interſit: argu. d. l. Sed hæc lex expreſſè eſt contra eos.

b *Vtile*. vt. s. de vſufr. locum. §. ſi. etiam ſi dominus fecerit damnũ: vt. ff. l. proxi. &. s. de dolo. l. arbitrio. §. ſi dominus &. ff. de vi & vi ar. ſi plures. §. deiectum. ſed contra. ff. arb. fur. cæſ. l. cædere. §. is cuius. vbi ſimpliciter fructuario actio denegatur. ſed ibi de directa intelligitur: vtilis autem actio dabitur: vt hîc, &. ff. de aqua plu. ar. ſi vſuſfru. Accurſius.

S *Ed & ſi*.] CASVS. Dominus proprietatis interfecit ſeruũ, in quo habeo vſumfr. an mihi dãda ſit actio cõtra dominũ? Et reſpon. quòd ſic in factum, ad exemplum. l. Aquil. ſcilicet pro parte mea, id eſt pro eo quod habeo in ſeruo. & non ſolùm damnũ meũ debet obſeruari: ſed etiã vſuſfr. futuri temporis. Viu.

† Cõcor. tex. in ca. ſi nõ ſi cet 23. q. 5.
* Hanc ſententiam copioſè explicat Auguſt. lib. 1. de Ciuit. dei.

c *Danda eſt*. vtilis ſcilicet ad exẽplũ directæ.

d *Pro portione*. id eſt nõ habita æſtimatione ꝓprietatis. Accurſius.

e *Meus*. id eſt quãti etiã prius valuiſſet vſuſfru. in ſeruo. Sed cur in infante non fit æſtimatio retro ante natiuitatẽ: vt. ff. eo. inde Neratius. §. ſi infans? Reſpon. quia ibi nulla in id tempus poſſet fieri æſtimatio.

Eum cui veſtimenta commodata ſunt, non poſſe, [a] ſi ſciſſa fuerint lege Aquilia agere Iulianus ait, ſed domino eam competere. An fructuarius vel vſuarius legis Aquiliæ actionem haberet, Iulianus tractat. Et ego puto melius, vtile [b] iudicium ex hac cauſa dandum.

XII. PAVLVS *libro decimo ad Sabinum*.

SEd & ſi proprietatis dominus vulnerauerit ſeruum vel occiderit, in quo vſuſfructus meus eſt, danda eſt [c] mihi ad exemplum legis Aquiliæ actio in eum pro portione [d] vſuſfructus, vt etiam ea pars anni in æſtimationem veniat, qua nondum vſuſfructus meus [e] fuit.

XIII. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Edictum*.

LIber homo ſuo nomine vtilem Aquiliæ habet actionẽ: [f] directam enim non habet: quoniam † dominus membrorum ſuorum * nemo [g] videtur. Fugitiui [h] autem nomine dominus habet. Iulianus ſcribit, ſi homo liber bona fide mihi ſeruiat, ipſum lege Aquilia mihi teneri. [i] Si ſeruus hereditarius occidatur, quæritur quis Aquilia agat, cum dominus nullus ſit huius ſerui. Et ait Celſus, legem [k] domino damna ſalua eſſe voluiſſe. dominus [l] ergo hereditas habebitur: quare adita hereditate heres poterit experiri. Si ſeruus legatus poſt aditam hereditatem ſit occiſus, competere legis Aquiliæ actionem legatario, ſi non † poſt mortem ſerui adgnouit legatum. quòd ſi repudiauit, conſequens eſſe ait Iulianus dicere heredi competere.

XIIII. PAVLVS *libro viceſimoſecundo ad Edictum*.

B SEd ſi ipſe [m] heres eum occiderit, dictum eſt, dãdam in eum legatario actionem.

XV. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Edictum*.

HVic ſcripturæ [n] conſequens eſt dicere, vt ſi ante aditam hereditatem occidatur legatus ſeruus, apud heredem remaneat Aquiliæ actio per hereditatẽ adquiſita. [o] Quòd ſi vulneratus ſit ante aditam hereditatem, in hereditate quidem actio remanſit: C ſed cedere [p] eam legatario heredem oportet. Si ſeruus † vulneratus mortiferè, [q] poſtea ruina vel naufragio vel alio ictu maturius [r] perierit: de occiſo agi non poſſe, ſed quaſi de vulnerato. ſed ſi manumiſſus vel alienatus ex vulnere periit, quaſi de occiſo agi poſſe Iulianus ait. Hęc ita tam variè. quia verum eſt eum à te occiſum tũc [ſ] cum vulnerabas: quod mortuo eo demum apparuit. in ſuperiore non eſt paſſa ruina apparere an ſit occiſus. Sed ſi vulneratum D mortiferè, liberum & heredem eſſe iuſſeris, [t] deinde deceſſerit, [u] heredem eius [x] agere Aquilia non poſſe: [y]

L *Iber*.] CASVS vſque ad. l. ſi dominus, ſic ponitur: Homini libero manus inciſa eſt. an ei directa Aquil. competat? Et reſpon. quòd non: ſed vtilis ſic. [FVGITIVI.] Seruus meus fugit à me ad te, & tu eum poſſidebas. quidam illum ſeruum vulnerauit: an mihi, vel tibi detur actio, quæritur. Et reſpon. quòd mihi. [SI HOMO.] Poſſidebam aliquem bona fide: & ipſe mihi damnum dedit in re mea. quæritur, an mihi Aquil. competat? Et reſpon. quòd ſic. Sed pone, Titius deceſſit: heredem inſtituit: hereditas nondum adita erat. ſeruus qui erat in heredi. vulneratus fuit. cui competit Aquil.? Et reſpon. quòd hereditati, cum vicem domini ſuſtineat poſtea heredi adita hereditate: ſed ante non: cum non ſit dominus niſi adita hereditate. [SI SERVVS.] In teſtamento tuo ſeruum tuum legaſti. poſt aditam hereditatem fuit occiſus. an mihi competat actio. l. Aquil. Et reſpon. quòd ſic ſi volo eum habere. Secundò dicit, quòd ſi repudiauit legatum: an heredi detur? Et reſpõ. quòd ſic. Tertiò dicit, quòd ſi heres occidit, an mihi legatario contra heredem detur actio? Et reſpon. quòd ſic. Quartò dicit, quòd ſi mortuus fuit ante aditam hereditatem: an competat heredi? Et reſpon. quòd ſic. Quinto dicit, qđ ſi vulneratus fuit ante aditam hereditatem: an heredi tantùm competat? Et reſpon. quod heredi: ſed heres debet eam cedere mihi legatario. [SI SERVVS VVLNERATVS.] Seruum meum vulneraſti: qui poſtea ruina vel naufragio periit de vulnerato, nõ de occiſo teneris. ſed ſi illum ſeruum quem vulneraſti: A vel alienaui, vel manumiſi: & poſtea periit ex tali vulnere: quæritur an mihi de occiſo cõpetat? Reſpõ. quòd ſic. Secus ſuperiori caſu: quia propter ruinam non potuit ſcire an ſit occiſus ab illo qui vulnerauit, an à ruina. [SED SI VVLNERATVM.] Seruum meum mortiferè vulneraſti: ipſum inſtituiſti & heredem, & liberum: & me mortuo fuit heres, & liber. quæritur, an poſſit agere pro dãno ſui ipſius? Et dicit quòd non, nec etiam heres liberti: quia ſi liber eſſet vulneratus, non agetur: nec modò agitur, licèt ſeruus erat cũ fuit vulneratus: quia eſt liber cũ agere vult: & ſic deuenit in eum caſum &c. Viuianus.

† Rectè Flor. & in Græca metaphraſi additur negatio, quæ perperam deeſt in vulgata editione.

f *Habet actionem*. vt ſupra eo. qua actione. §. ſi quis in colluctatione. Sed an agetur hîc ob futuras operas? Reſpon. non, ſecundum quoſdam: vt ar. infra. e. quemadmodum. §. idẽ Labeo. ſed hoc ceſſat in fructu immaturè collecto: vt infra eo. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi oliuam. nam habetur ratio futuri commodi, etiam in ſeruo inſtituto herede, qui occiditur ab alio: vt infra eodem. Inde Neratius. in princip. Item in opera etiam videtur idem, ꝙ agatur ex futura opera vt ſupra titu. j. ex hac.

* Flo. ea.
† Dicit hic Bal. quòd Odof. miles ille noſter malè fecit dum eſſet poteſtas Florentiæ, quia decapitari fecit antequã ipſe vulneratum eſſet mortu* & debuiſſet ipſe de homicidio puniri, ar. hui* litere: & ita fuiſſet, niſi quia poſtea dux venit Florentiam & eum liberauit.

g *Nemo*. quia liber homo nõ recipit æſtimationem: vt. ff. de his qui deie. l. j. §. ſed cum homo. Accurſius.

h *Fugitiui*. de fugitiuo ideo ſtatim ſupponit, quia videbatur ipſum poſſe agere, quaſi liber ſit: vt. ff. de ædil. edi. quis ſit. §. idẽ rectè ait.

i *Mihi teneri*. tamen nõ de leui culpa: vt infra de acquir. re. do. liber homo.

k *Legem*. ſcilicet Aquiliam. Accurſius.

l *Dominus*. id eſt, pro domino.

m S*Ed ſi ipſe*. facit. s. de dolo. & eleganter. §. item ſi. Accurſius.

n H*Vic ſcripturæ. Legatus*. & ſic nõdum erat legatarij: vt. d. l. de dolo. & de leg. j. ſi ſeruus legatus. §. cum homo. & ideo nec actio ei competere poteſt, & heres liberatus eſt, ſi ſine dolo ſuo hoc faciat.

o *Adquiſita*. & ſic cum lucro heredis moritur: vt infra de leg. j. filiuſfa. in ſi.

E p *Sed cedere*. in ſuperiori caſu nõ: quia interitu ſpeciei ſit liberatus, niſi heres occidat: vt. ff. de leg. j. quid ergo. §. ſi heres: tũc enim diſtinguitur: merentem, vel non: vt ibi dicit. hîc autem tenetur, quia vulneratum præſtare debet, quem habet.

q *Mortiferè*. vt putabatur, non tamen erat certum. & ſic non eſt contra infra eo. ita vulneratus.

r *Maturius*. quàm ex priore vulnere moriturus putabatur. Azo.

ſ *Tunc cum eum*. ſic poſtea factum retro trahitur: vt. ff. eo. ait. §. j. &. ff. de ſol. qui res. §. j. &. ff. de dam. infect. damni. §. Sabinus.

t *Iuſſerit*. ſcilicet dominus.

u *Deceſſerit*. ſ. dominus. vel dic, ſcilicet vulneratus.

x *Heredem eius*. ſcilicet libertum ipſum. Vel dic heredem liberti: vt infra eo. l. nam ſicut. §. ſi dominus. & tunc dic deceſſerit, ſcilicet vulneratus. Accurſius.

y *Non poſſe*. ad æſtimationem fortè: aget tamen ob impenſas, & operas, vt diximus. s. eo. l. qua actione. §. ſi quis in colluctatione.

*Quia*

UNED

XVI. MARCIANVS *libro quarto Regularum.*

QVia in eum caſum [a] res peruenit, à quo incipere non poteſt.

XVII. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

SI dominus ſeruum ſuum occiderit, bonæ fidei poſſeſſori, [b] vel ei qui pignori accepit, in factum actione tenebitur. [c] * [Si coniunctim duobus legetur Stichus, & alter eorum occiſum [d] repudiauerit, puto coniunctum ſolum poſſe Aquilia agere quia retro accreuiſſe [e] dominium ei videtur.]

B

XVIII. PAVLVS *libro decimo ad Sabinum.*

SEd & ſi is qui pignori ſeruum accepit, occidit eum, vel vulnerauit: lege Aquilia, & pigneraticia conueniri poteſt: ſed alterutra contentus eſſe debebit actor.

C

XIX. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

SEd ſi communem ſeruum occiderit quis, Aquilia teneri eum Celſus [f] ait. Idem eſt & ſi vulnerauerit:

XX. IDEM *libro quadrageſimoſecundo ad Sabinum.*

SCilicet pro ea parte pro qua dominus eſt qui agit.

XXI. IDEM *libro octauodecimo ad Edictum.*

AIt lex: *Quanti is homo in eo anno plurimi fuiſſet.* [g] quæ clauſula æſtimationem habet [h] damni quod datũ eſt. Annus autem retrorſus computatur ex quo quis occiſus eſt. Quòd ſi mortiferè fuerit vulneratus, [i] & poſtea poſt longum interuallum mortuus ſit, inde annum numerabimus ſecundum Iulianum, ex quo vulneratus eſt: licèt Celſus contrà ſcribat. [k] Sed vtrum corpus eius ſolũ æſtimamus quanti fuerit cùm occideretur: an potius quanti interfuit [l] noſtra non eſſe occiſum? Et hoc iure vtimur, vt eius quod intereſt [m] fiat æſtimatio.

XXII. PAVLVS *libro viceſimoſecundo ad Edictum.*

PRoinde [n] ſi ſeruum occidiſti, quem ſub pœna tradendum promiſi, vtilitas [o] venit in hoc iudiciũ. Item cauſæ corpori cohærentes æſtimantur, [p] ſi quis ex comœdis aut ſymphoniacis aut gemellis aut quadriga aut ex pari mularũ vnum vel vnã occiderit. non ſolùm enim perempti corporis æſtimatio facienda eſt, ſed & eius [q] ratio haberi debet, quo [r] cætera corpora depretiata ſunt.

---

a *Qvia in eum caſum.* mala ratio, ſecundum quoſdam, quia non eſt generalis: vt ſupra de act.& obli.l.quęcunque. & erit ſenſus: venit quidem in eum caſum: quia deceſſit vulneratus: qui ſi vulneraretur hodie, poſt mortem tunc agi non poſſet. Vel dic quòd ſi liber occideretur, vel vulneraretur, ſicut hic fuit, poſt vulnera heres eius non agit, ſecũdum Ioan.& ambæ ſecundum ſecundã poſitionem caſus. vel ſecundum primam poſitionem optima eſt ratio, & ſit ſenſus, vt diximus: quia liber ſui æſtimationẽ petere nõ poſſit. Eſt enim impoſſibile, quòd quis ſeruus vel liber aliquo caſu vel tempore vel modo poſſit petere æſtimationem ſuiipſius. & ſic nõ reprobatur hæc ratio per.l.illam, quæcunq;. quia ſeruo meo vulnerato, & manumiſſo, licèt tunc non poſſet incipere mihi competere actio, præſenti ſtatu inſpecto, nõ eſt tamen impoſſibile: quia poſſet redigi in meam ſeruitutem iterum. & ſic ibi loquitur in.l.quæcunque. & ſecundum hoc deceſſerit, ſcilicet dominus. Poſſet & alia ratio aſſignari, ſi hæc dicatur inſufficiẽs: quia ſit abſurdum, quòd aliquis ſui petat æſtimationẽ: vt infra eo.l.nam ſicut. §. ſi dominus ſeruum & ita hîc ſubauditur, maximè. Item not. hîc. argu. quod eſt hîc expreſſum: vt ſupra de ſeruit.l.pro parte.& infra de reg.iur.in ambiguis.§.j. Sed argu.contra inſtit.de leg.§.econtrario. & infra de conſtitu.pecu.item illa.§.quod adiicitur. Accurſius.

* Rectè Anto Aug. §. qui ſequitur ſi cõiũctim. quo coniuncta horum capitum ſententia perturbabatur Pãdectarum Florentinarum auctoritate ſuſtulit, lib. 3. emend. ca. 1. Sic & lib. 60. βασιλ. eo. tit. rectè adeſt, cum poſtea ſit poſitus in l. 34 & 35. j. eo.

SI dominus.] CASVS. Ex cauſa donatiõis, quia tibi fuit donatus vel quia tibi fuit obligatus: & ſic iuſto titulo ſeruũ meũ poſſidebas, illum ego interfeci. an tibi tenear? Et reſpon. quòd ſic in factũ act. [SI CONIVNCTIM.] Mihi & tibi Stichũ legauit aliquis. Titius interficit. tu repudiaſti. mihi inſolidũ Aquil. cõpetit.

b *Poſſeſſori.* qui habet titulum. Accurſius.

c *Tenebitur.* ſcilicet ad intereſſe. & ſic non meruit occidi: vt.j.de pig.l.ſeruum.&.s.eo.item Mela.§.ſi in eo.in fi.§.ſecus ſi meruit: vt.j.eo.qui occidit. Idem in actione furti, vt competat creditori: vt.j.de fur.itaque.§.ſed & ſi res. Accurſius.

d *Occiſum.* ſcilicet Stichum. Azo. poſt aditam hereditatem: vt ſupra eo.l.liber homo.§.vlti. Accurſius.

e *Accreuiſſe.* vt &.j.eo.l.Titio.&.l.nam ſicut. ſed certè imò magis non decreuiſſe: vt.C.de cadu.tol.§.pe. Accurſius.

SEd & ſi.] CASVS. Creditor occidẽs ſeruũ ſibi obligatũ, tenetur Aquil.& pigneratitia. Item ſocius tenetur pro parte ſocij ſui.

F

f *Celſus.* vt infra eo. ſi ſeruus ſeruum.§.j. & infra pro ſoc. ſed ſi ex cauſa furtiua.§.j.& infra communi diui.& ſi non.§.venit. Sed arg.cõtra infra de iniur.item apud Labeonem.§.ſi communem. ſed ibi in iniuria dicit. Accurſius.

AIt lex.] CASVS. In primo ſuo capite loquitur lex Aquil. quid teneatur occidẽs dare: & dicit ꝙ tenetur dare quanti plurimi fuit in anno retro. cõputatur autẽ annus à tempore vel die occiſionis, vel vulneris. [SED VTRVM.] Et ſit æſtimatio, quod noſtra intereſt. & de hoc ponit exemplum. Ecce vendidi ſeruũ: & promiſi illum ſub pœna.x.tradere: & antequã traderẽ, mortuus fuit. certè æſtimantur corpori cohærentia: vt puta vnũ ex comœdis meis, qui ſimul cantabant, & vnus ſine alio cantare neſciebat, occidiſti: an non ſolùm illius occiſi, ſed etiam alterius facienda ſit æſtimatio, quæritur. & reſpon. quòd ſic. Viuianus.

g *Fuit.* tantum dare domino damnas eſto: vt.s.eo.l.ij. Accur.

A

h *Habet.* id eſt continet.

i *Vulneratus.* quia tunc fingitur occiſus: vt ſupra eod.huic.§.ſi ſeruus. ibi, hoc ita tam variè, &c.

k *Scribat.* ſed malè. Azo.

l *Interfuit.* ſcilicet tempore occiſionis.

m *Quod intereſt.* tẽpore quo occiditur: vel intra annũ: vt.j.eo.l.pe.

n *PRoinde.* Sed an ſtipulatori hæc actio ceditur, ſcilicet Aquilia, & cedendo liberetur? Videtur quòd ſic: vt.s.eod.huic. Sed illa de vulnerato tantum loquitur: ſed ſeruo occiſo ante aditam hereditatem non ceditur, vt ibidem dicitur: quia heres liberatur interitu rei: & ſic hic. Sed quid ſi poſtea occidatur ſeruus heredis legatus, non teſtatoris: an cedit actio? Nihil ibi dicit: puto tamen quòd non: quia interitu ſpeciei eſt liberatus. ſecus ſi vulneratus tantùm: quia tunc cedet ſicut & in re vendita contingit: vt.j.de ac. empt. Iulianus. §.ſi fructibus. & facit ad hanc. l.infra de fur.inficiando.§. ſi tibi.& de verbo.oblig. liber homo.§.ſi.& infra de ſer. expor.l.ſeruus.

o *Vtilitas.* quæ mihi deficit ex eo, quòd ſeruum non poſſum ſoluere: & ideo ad pœnã teneor. & dic ꝙ fuit occiſus poſt moram: ſed ab anno citra non fuerat in mora, vt euitetur oppoſitio, quòd non videatur habere locum quod hîc dicit. aut eſt in mora, aut nõ. ſi eſt in mora tempore occiſionis, non cadit in pœnã ideo quia iam occiderat poſt moram: nec liberari poterat dando ſeruum: quia in mora fuit. ſi non fuit in mora, interitu ſpeciei liberatus videtur. Accur.

D

p *Aeſtimantur.* vt ſtatim ſubiicit exempla, ſi quis, &c.

q *Sed & eius.* ſ. cuius ſeruus eſt occiſus: vel eſt neutri dictio eius.

r *Quo.* id eſt inquantum. & facit in hoc, quòd habeatur ratio deteriorationis aliorum.j.de ædil.edic. ædiles aiunt. §.fin. &.l. ſequen.& inſtit.eo.§.item ſi quis. Sed contra.j.ad.l.Fal.l.prætia. &.j.eo.ſi ſeruus. vbi non ex affectione fit æſtimatio. Sol. nec hîc fit: ſed dicit haberi rationem eius.

INde Neratius.] CASVS. Hæc lex ex ſuperioribus pẽdet. & pone: Seruum meum Titius inſtituit. aliquis eum interfecit, antequam per eum here. acquirerẽ. id eſt ante aditam here. Dicitur hîc quòd corporis ſui & here. acquirendæ fiet æſtimatio. [IVLIANVS AIT.] Stichum ſeruum meũ inſtitui heredẽ, & liberum: quòd ſi heres nõ eſſet, Titiũ vel Mæuium ſubſtitui. Titius erat mihi agnatus proximus: & ſi nõ feciſſem teſtamentũ, Titius mihi ab inteſtato ſuccederet. & antequam decederẽ, quidam occidit dominum Stichi. tandem ego deceſſi. quæritur an ſubſtitutus, vel legitimus poſſit agere? Dicit quòd non pro æſtimatione here. & hoc, quia eam habẽt: ſed certè nec pro pretio ſerui: quia eſt potius proficuum, quam damnum ſubſtituto vel legitimo de morte Stichi. [IDEM IVLIANVS.] Inſtitutus fui, ſi Stichum ſeruum meum manumitterẽ: & antequã manumiſiſſem, occiſus fuit. Diſtinguitur: aut poſt mortem teſtatoris: & tunc nõ ſolùm corporis, ſed etiam here. fit æſtimatio. ſi ante, tantùm corporis. [IDEM IVLIANVS.] Seruo meo pictori pollicem præcidiſti. intra annum, & antequã finiretur annus, fuit occiſus. Dicitur hîc quòd æſtimatur pro eo tempore, quo fuit pretioſior. [SED ET SI.] Si ſeruus meus negotia mea geſſit, & malè: & antequã ſubiicerẽ eum quæſtionibus, fuit occiſus: dicitur hîc quòd nõ ſolum corpus ſerui æſtimatur, ſed etiã intereſſe ſerui venit, quod habeo

XXIII. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

INde Neratius ſcribit, * ſi ſeruus heres inſtitutus [a] occiſus ſit, etiã hereditatis æſtimationem [b] venire. [c] Iulianus ait: Si ſeruus liber & heres eſſe iuſſus, occiſus fuerit: [d] neque ſubſtitutum neq; legitimum [e] actione legis Aquiliæ hereditatis æſtimationem cõſecuturum, quæ [f] ſeruo competere non potuit. Quæ ſententia vera eſt. [g] Pretij igitur ſolummodo fieri æſtimationem: quia hoc intereſſe ſolum ſubſtituti videretur. Ego autem puto nec pretij [h] fieri æſtimationem, quia ſi heres eſſet, & liber [i] eſſet.

Conditio poteſtatiua quando impeditur per factum hominis, non habetur pro impleta: ſecus ſi impediretur per factum naturæ. Baldus.

Idem Iulianus ſcribit, ſi inſtitutus fuero ſub conditione, *ſi Stichum manumiſero*, & Stichus ſit occiſus poſt mortem teſtatoris, in æſtimationem [k] etiam hereditatis pretium me conſecuturũ: propter occiſionem enim defecit [l] conditio. Quòd ſi viuo teſtatore occiſus ſit, hereditatis æſtimationem ceſſare: quia retrorſum [m] quãti plurimi fuit inſpicitur. Idem Iulianus ſcribit, æſtimationẽ hominis occiſi ad id tempus referri, quo plurimi in eo anno fuit. Et ideo & ſi pretioſo pictori pollex fuerit præciſus, & intra annũ quo præcideretur, fuerit occiſus, poſſe eum Aquilia agere: pretióque eo æſtimandum, quanti fuit prius quàm artem cum pollice amiſiſſet. Sed & ſi ſeruus qui magnas fraudes in meis rationibus commiſerat, fuerit occiſus, de quo quæſtionem habere deſtinaueram, vt fraudium participes eruerentur: [n] rectiſſimè Labeo ſcribit tanti æſtimãdum, quanti mea intererat fraudes ſerui per eum commiſſas detegi: non quanti noxa [o] eius ſerui valeat. Sed & ſi bonæ frugi ſeruus intra annum mutatis moribus occiſus ſit: pretium id æſtimabitur quanto valeret prius quàm mores mutaret.

In ſumma, omnia commoda quæ intra annum quo interfectus eſt, pretioſiorem ſeruum facerent, hæc accedere ad æſtimationem eius dicendum eſt. Si infans † ſit occiſus nondum anniculus, verius eſt ſufficere hanc actionem, vt æſtimatio referatur ad id tempus quo intra annum vixit. [p] Hanc actionem & heredi cæteríſque ſucceſſoribus dari [q] conſtat: ſed in heredem vel cæteros hæc actio non dabitur, cum ſit pœnalis, niſi fortè ex damno [r] locupletior heres factus ſit.

Si dolo ſeruus occiſus ſit, & lege Cornelia [ſ] agere dominum poſſe conſtat: & ſi lege Aquilia egerit, præiudicium * fieri Corneliæ non debet. Hæc actio aduerſus confitentem competit in ſimplum, aduerſus negantem in duplum. [t] Si quis hominem viuum falsò confiteatur [u] occidiſſe, & poſtea paratus ſit oſtendere hominem viuum eſſe, Iulianus ſcribit ceſſare Aquiliam: quamuis confeſſus [x] ſit ſe occidiſſe. hoc enim ſolum remittere actori confeſſoriam [y] actionem, ne neceſſe habeat docere eũ occi-

ex eo, quòd non potui ſcire participes fraudis. Cętera ſunt plana vſq; ad. §. ſi dolo. [SI DOLO.] Non ſolum. l. Aquil. punitur, ſed etiam. l. Corne. agere poſſum pro ſeruo meo dolo occiſo: vt hîc & inſti. e. §. liberti. [HÆC ACTIO.] Si occidiſti ſeruum, & confiteris, teneris: & iudex amodo nõ inquiret vtrũ debeat condemnare, vel abſoluere: ſed examinabit quantum ſeruus valebat. [SI QVIS HOMINEM.] Audiui rumores, quòd Titius occiderat vnum ſeruum meum. veni, & cõueni Titium Aquil. & confeſſus eſt ſe occidiſſe. tandem offert ſeruum. quęritur an teneatur Aquil? Et dicit quòd nõ in hoc, quòd ſit ab aliquo occiſus. non enim omnimodo condemnãdus eſt, ſed oportet eum eſſe occiſum ab aliquo. Secũdò dicit, idẽ in vulnerato. Tertiò dicit in mortuo ſua morte quẽ Titius fuit cõfeſſus occidiſſe, nõ tenetur. [SI PROCVRATOR.] Titiũ ad ius vocaui. Seius procurator Titij cõfeſſus eſt Titiũ occidiſſe. certè ex hac cõfeſſione nõ fit præiudiciũ domino per procuratorẽ. Idem in tutore, vel curatore: quia ipſi ſunt qui tenẽtur: ſi modò cõſtat ſeruum per aliquem occiſum. Poſtea addit, ex quo confitetur quis ſe occidiſſe: iudex non quærit, quis occiderit, nec ſuper hoc probationes exiguntur: ſed bene inquirit quãtum valebat. Viuianus.

a *Inſtitutus*. ab extraneo.

b *Aeſtimationem*. nam ipſam hereditatem iure communi habet.

c *Venire*. vt inſtit. eo. §. illud. &. j̃. de fur. ſi quis vxori. §. ſi ſeruus. &. j̃. ad exhi. ſed & ſi. in princ. Accurſius.

d *Occiſus fuerit*. ſcilicet in vita domini. aliàs ſtatim eſſet heres, & liber, & ceſſarent ſubſtitutus & legitimi teſtatoris. vel dic quòd fuit ſub conditione inſtitutus.

e *Legitimum*. ſcilicet teſtatoris.

f *Quæ*. ſ. actio Aquil. vel quæ hereditas: vt. j̃. eo. §. quòd ſi viuo.

g *Vera eſt*. iure ergo communi habebit inſtitutus, vel legitimus, non per Aquil.

h *Pretij*. ſcilicet ſerui.

i *Liber*. maius autem damnum eſſet non eſſe occiſum, quia ſi viuus eſſet, liber & heres eſſet. & ſic hoc caſu nec legitimi nec ſubſtituti intereſt. ſecus ſi in partem tantùm ſit heres: vt infra eo. l. nam ſicut. in fin. Accurſius.

k *In æſtimationem*. ſcilicet damni: vt infra de condic. fur. l. iij.

l *Defecit conditio*. quid ſi occiſor ſoluendo non fuerit: an habeatur pro impleta? Arg. quòd ſic. s̃. de eo per quem fac. erit. l. fin. j. reſpon. Azo.

m *Quia retrorſum*. & quia mihi non videtur quæſitum, vel amiſſum, quod ex alieno pendet arbitrio: poſſet enim teſtator mutare voluntatem, ſecundum Azo. ſecus autem ſi naturaliter mortuus eſſet, cum per eum non ſtetiſſet quo minus conditio impleretur: quia habebit hereditatẽ: non tamen ab interfectore: vt. j̃. de condi. inſtitu. l. quæ ſub conditione. §. quotiens. quæ eſt contra ad hoc, & ſuperius reſponſum. ſecus tamen eſt quando mihi eſt relictum, & alij impoſita eſt condi. ita. ſcilicet lego tibi centũ, ſi tibi nupſerit filia, aut illi. tunc enim morte interueniẽte nihil cõſequor. ſecus ſi ſtet per factum ſuum: vt quia nolit: vt. C. de condi. inſer. l. legatũ. & de inſtit. ſub condi. fa. l. j. ſecũdum Io.

n *Eruerentur*. id eſt iudicarentur. Accur.

o *Noxa*. id eſt ipſe ſeruus qui eſt noxa. ſed ſi hoc velim conſequi, nõne probabo, & alios fraudem participaſſe? ſed ſi hoc eſt, quare nõ agam contra illos qui fraudem participauerunt? Reſpõ. licèt probem quoſdam fraudẽ participaſſe: non tamẽ conuenio eos qui deceſſerũt: & ſeruus mihi eos indicaſſet antequã decederet: vt ſupra de eden. l. argentarius. §. fin. ſecundum Azo.

p *Vixit*. s̃. eod. ſed ſi proprietatis. arg. contra. Sol. vt ibi.

q *Dari conſtat*. niſi in caſibus: vt ſupra eo. l. §. j. & infra eod. l. nam ſicut. §. ſi dominus.

r *Ex damno*. vt puta bouẽ occidiſti, & eius carnes heres tuus comedit.

ſ *Lege Cornelia*. ſcilicet de ſicariis. Et ſic not. etiam pro ſeruo habere locum. l. Cor. de ſic. vt hîc, & inſtit. eo. §. liberum. &. j̃. ad. l. Cor. de ſica. l. j. §. j. &. j̃. de præſcrip. ver. l. qui ſeruandarum. §. j. Itẽ not. non tolli criminalem per ciuilẽ: vt hîc ſubiicit, &. C. quando ci. ac. præ. cri. l. j. & ſic eſt cõtra. j̃. de publi. iudic. l. interdum. Sol. interim dum vna agitur, altera non intenditur: vt in l. contraria. &. j̃. vi bo. rap. l. ij. §. hoc edicto. eo autem finito ſic: vt hîc dicitur.

t *In duplum*. quid autẽ duplatur? Reſpõ. quicquid erat ſimplãdum: vt. s̃. eo. l. ait. in fi. &. s̃. quod me. cau. ſi cum. §. quadruplabitur. & j̃. de ſer. cor. l. in hoc. &. j̃. de lib. cau. l. non tamen. Sed argu. contra. j̃. de fur. l. in actione furti. j. reſpon. Dic vt ibi. Item nunquid pœnitere poteſt? Reſpon. videtur ꝙ ſic, vſque ad lit. conteſt. vt. j̃. de noxa. l. electio. §. neq;. Item no. hîc ex mendacio quem puniri in plus: vt. j̃. de iureiur. l. eum qui. in prin. &. C. eo. l. cõtra negantem. & de condic. inde. l. ea quæ. &. j̃. quod cum eo. ſed & ſi ex. §. interdũ. & in auth. de trien. & ſe. §. ſi quis autẽ. &. §. illud quoq;. col. iij. &. j̃. de inter. act. l. de ætate. §. ſi cum eſſet. Item an idem in actione in factũ, vel vtili Aquil. vt inficians teneatur in duplum? Reſpõ. ſic. vt. C. eo. l. pe. & in auth. de trien. & ſe. §. ſtudiũ. col. iij.

u *Confiteatur*. ſcilicet in iudicio: aliàs non valet: quod dic vt infra de interro. actio. l. j. in fin. Accurſius.

x *Confeſſus*. quaſi ſit confeſſio contra naturam, vel impoſſibilis: vnde non valet: vt hîc, & infra de interrog. act. l. confeſſionibus. & l. ſi is.

y *Confeſſoriam actionem*. i. actũ confeſſionalẽ confeſſi: vel confeſſio ipſa remittit actori hoc ius, vt nõ cogatur probare eum conuentũ occidiſſe, cogitur tamẽ probare eum occiſum eſſe à quocumq;, ſi alter probet viuũ: aliàs ſatis erit ſi cõfitetur occiſum, & à ſe, vt hîc, & ita actio ponitur pro actu: vt in auth. de nõ alie. §. ſi minus

* Non tantùm pręſens lucrum, ſed etiam futurum damnũ hîc æſtimatur: at in ratione legis falcidiæ pręſens tantùm æſtimatio ſpectatur. l. 63. ad leg. Falcidiæ.

† ἐπέτειος vt Græci hîc tranſtulerũt.

Ciuilis per criminalem non tollitur.

* Id eſt, impedimẽtum nõ debet adferri. Interdum præiudicium fieri dicitur, cum ad probationem delicti iudíciũ antè finitũ cõfert: quo ſenſu accepta l. 4 de pub. iud. nihil cũ hoc loco pugnabit L. R. Punitur quis ob mẽdaciũ.

xxiij explicat de don. int. v. et ux. ... vel in marg. ... sub cond. § quo ... [illegible]

mius.col.ij.&.j̃.de donat.inter vi.& vxo.l.iij.§.fin. Aliter autem accipitur actio confeſſoria in ſeruitutibus:vt.s̃.ſi ſer.vind. l.ij. in prin. Vel dic quòd actio confeſſoria dicitur actio legis Aquiliæ: quæ datur in confitentem ex confeſſione ſua. illa enim actio remittitur actori,id eſt cōfitenti,& agenti,nunc etiam probāti hominem viuū eſſe. Et ita ſoli probanti:vt ſic qui agit Aquilia,nō habeat neceſſe probare eū occidiſſe,qui cōfeſſus eſt. & quòd dicit hoc ſolū id eſt hoc caſu tantùm, quo probare parat⁹ eſt hominē viuum. Sed an idē ſit in contractibus: vt ita demū obligetur ſi alius contraxit. Item, an idē in legato: vt ſit neceſſe probare ab aliquo relictū, quod quis confeſſus eſt ſe debere, illo probāte ſe nō contraxiſſe,vel legatū non eſſe? M.ſic,ar.hui⁹.§. & j̃.de interro.act.l.cōfeſſionib⁹. Sed Bul. & Io. dicūt aliud in iſtis, quā in.l.Aquil.vt. C. de nō nu.pec.auth. cōtra qui propriā.ibi enim à nullo erat debitū: quia erat ſolutū,& tamē creſcit pœna per inficiationem:ſicut & in caſibus ꝓpoſitis datur ex confeſſione:vt nō poſſit probare cōtrarium. & ſic non eſt opus ab alio probari debitū. & facit pro eis.j̃.de cōfeſſis. l. iij. Item ſi ex hac actione ſit ſolutum,vel ex alia,quæ creſcit per inficiationem: dicit lex non repeti:vt.C.de condic.inde.l.ea quæ.& inſti.de ob.ex quaſi cōtra.§.fi.quod non poteſt repeti: licèt ſoluēs non dederit damnū:dummodo ab aliquo ſit datū: vt hîc in confeſſione dicitur. Sed quid eſt quod non repetitur? Reſpon.ſecundum M.illud quod erat duplandū:vt ſi erat damnum decem, & ea ſoluit: non poſſit repetere.ſed ſi erat damnum decem,& ſoluerit quindecim ignorans,repetit quinq;:quia iſta quinq; nō erant duplanda. Sed Ioan.dicit nil etiā hoc caſu repeti,cū duæ dictæ leges dicant ſimpliciter,ſoluta ex cauſa quæ creſcit per inficiationem, non poſſe repeti. Itē an liberetur occidēs? Dic vt.j̃.de inter. act.l. qui ſeruū.

* Flo.in

† Lu Io. Ro. in ſuis ſing. fo. 2. ſingular. 22. meminit de iſto text. & eum ibi exclamat ſin. de cuius vero intellectu vide hîc in nouis interpreta. Bolog.

diſſe: cæterùm occiſum eſſe hominem à quocunque [a] oportet.

XXIIII. PAVLVS *libro vicenſimoſecundo ad Edictum.*

HOc apertius eſt circa [b] vulneratum hominem. Nam ſi cōfeſſus ſit vulneraſſe, nec ſit vulneratus: æſtimationem cuius vulneris faciemus? vel ad quod tempus recurremus?

XXV. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

PRoinde ſi occiſus quidem nō ſit,mortuus [c] autem ſit: magis eſt vt non teneatur de* mortuo, licèt faſſus ſit.

Falſa cōfeſſio procuratoris ſuper crimine,nō adficit dominū. Bald.

Si procurator † aut tutor aut curator aut quiuis alius [d] confitetur [e] abſentē [f] vulneraſſe, cōfeſſoria in eos vtilis actio danda eſt.

Quando quis cōfitetur de plano crimen, poteſt ſibi ſimiliter fieri præceptū:nec eſt opus definitiua. & ſi confitetur damnū,ſed eſt contentio de quantitate dāni,hæc ſola quantitas erit diſcutienda. Bal.

Notādum quòd in hac actione quæ aduerſus confitentem datur, iudex non rei iudicandæ, [g] ſed æſtimandæ [h] datur. nam nullæ ſunt partes iudicantis in confitentes:

XXVI. PAVLVS *libro vicenſimoſecundo ad Edictum.*

PVta enim quòd qui conuenitur, fateatur ſe occidiſſe,& paratus ſit æſtimationem ſoluere, & aduerſarius magni litem æſtimat.

Vbi concurrunt plura delicta, ibi concurrunt plures actiones. Baldus.

XXVII. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

SI ſeruus ſeruum alienum ſubripuerit & occiderit: & Iulianus & Celſus ſcribunt & furti & damni [i] iniuriæ competere actionem. Si ſeruus communis, id eſt meus & tuus, ſeruū meum occiderit, legi Aquiliæ locus eſt [k] aduerſus te, ſi tua voluntate fecit. & ita Proculum exiſtimaſſe Vrſeius refert. Quod ſi non voluntate tua fecit, ceſſare noxalem actionem: ne ſit in poteſtate [l] ſerui, vt tibi

a *A quocūque*.cum quo tamē per occiſionem erat actio:vt.j̃.de interroga.actio.l.cōfeſſionibus. Et ideo ſi à furioſo occiſum cōfitear me occidiſſe:non teneor,ſecundum Io.licèt ſit arg. contra ex hac.l. Quid ergo ſi ſeruus meus occidit cōſeruum ſuum, & tu confiteris etiam in iudicio te occidiſſe? Rn̄. te teneri: niſi poſſis probare cōtrarium: quia licèt ſeruus meus non ſit mihi ciuiliter obligatus:eſt tamē naturaliter. Item not.hîc non audiri probantem contra confeſſionē ſuam erroneā:arg.C.de iur.& fac.igno.l. error. Sol.hîc ſpeciale:vt alia multa. Accurſius.

b *HOc apertius.Circa*.quod dictū eſt in eo qui viuit, quē confiteor me occidiſſe. Accurſius.

c *PRoinde.Mortuus*.ergo nō omnis mortu⁹ eſt occiſus:ſed quilibet occiſus eſt mortu⁹:vt hîc,& inſt.eo.§.p̄terea ſi me. Azo

d *Quiuis alius*.vt defenſor ſine mandato.

e *Confiteatur*.falſo. Quid autem ſi verum? Reſpon. datur in dominum vtilis,ex confeſſione:niſi ſit procurator ſine mandato.

f *Abſentem*. ſ.dominum,vel pupillum adultum, vel furioſum. nam tunc dabitur in eos.ſ.tut.vel cura.vel procura.vt hîc:nō autem fit præiudiciū defenſo,vt. j̃. de interrog.act.l. ſi defenſor.& j̃.de confeſ.l.certū.§.ſed an.niſi mandatum fuerit ſpecialiter de confitendo,vel ratum habitum:vt.j̃.de interrog.act.qui ſeruum.

g *Non rei iudicandæ*.id eſt vt iudicet damnum ſit datum, vel non cum præcedenti probatione,nullæ enim,&c.

h *Sed æſtimandæ*.id eſt,vt æſtimet damnum datum, quantum ſit. Quid enim ſi ille qui agit,malit probare dānū datū,& magni litē facit:reus verò fatetur ſe occidiſſe:& paratus eſt ſoluere æſtimationē? Certè de hoc cognoſcit:vt.j̃.l.proxi. Vel dic magni, id eſt pro magno onere habet litigare,& probare:certe nō auditur, ex quo alius confitetur. An autē ſententia ſit danda in confeſſum in criminali cauſa? Conſtat quòd ſic:vt.j̃.de cu.reo. ſi confeſſus. & C.de pœ.l.qui ſententiam. In ciuili autem non, ſecundum quoſdam:vt hîc,&.j̃. de confeſ. l. j. vel dic etiam in ciuili confeſſum damnādum:vt.j̃.de confeſ.l.Iulianus. Et quod hîc dicit, non dari rei iudicatę:intellige vt dixi cum præcedēti ꝓbatione & cognitione. nec enim eſt opus, cum reus ſit confeſſus: tamē datur rei iudicatæ:id eſt,vt pronuntiet damnū datū eſſe,& declaret eius æſtimationem. Vel dic nō datur iudex rei iudicandæ,cū ſine libello ſimpliciter ad inſtantiā actoris iudice interrogante reus confitetur ſe damnum dediſſe: vt.s̃.de iudi. ſi debitori. cum autē ſolenniter inchoatur, & ſolenniter eſt per ſententiam finienda.

SI ſeruus ſeruum.] CASVS hic eſt planus. [ITEM SI SERVVS, &c.] eſt clarus, quia litis ęſtimatio pro parte ſolui poteſt: noxæ autē pro parte non poteſt dari ſeruus occidēs, ſed inſolidū datur ꝓ noxia.& eſt ſimile.s̃. ſi ſerui. vind.l. loci.§.ſi fundus.[SERVI.] Seruus meus ſeruum Titij occidit. teneor eū dare pro noxia, aut damnū emendare. Sed ſi poſſidebam eum bo.fi.& det damnum:an teneor Aquil.vt illum dem pro noxia,vel emendem damnum? Et rn̄.quòd non. tex. huius.l. planus eſt vſq; ad.§.ſi fornacarius.[SI FORNACARIVS.] Locaui fundum alicui in quo erat fornax:& ſic cum fornace locaui. conductor appoſuit ſeruū qui ignem immiſit fornaci, & cuſtodiam reliquit:ita quòd fornax combuſta eſt. quæritur an dominus teneatur. Et dicit ꝙ ſic ex locato: & quia fuit negligēs in eligendis miniſtris,tenetur. Sed ſi duo fuerunt cōductores, & vnus immiſerit ignem, & alius negligenter cuſtodiuit,videtur neuter teneri:ſed tenetur qui obdormiuit, vt ipſo caſu.i.dominus ſerui nomine. Item cum negligenter cuſtodiuit: vt ipſo caſu non obſtante teneatur etiam qui negligenter cuſtodiuit.[SI FVRNVM.] Planus eſt vſque ad.§. Si calicem. [SI CALICEM.] Si calicem meum qui refectione egebat,tibi artifici ad reficiendum dedi, & eum fregeris:aut imperitia tua,& teneberis Aquil. ſi autem non tua imperitia,ſed vitio calicis:non teneris. Item ſi recepiſti eo pacto vt non tenereris. Cætera plana ſunt vſque ad.§.item.[ITEM SI VIETORI.] Doliū vel aliquod aliud vas habebā plenū vino.in quo vaſe volui circulum ponere,vel aliam reparationē: & ſic faciendum dedi hoc cuidam qui imperitè faciens fecit vinum effundi.tenetur mihi in factum. Lex ſeq.eſt clara. Viuianus.

i *Et dāni*.nec vna per alterā tollitur, cū ſint delicta diuerſa: vt.j̃. de pri.deli.l.nūquā.ſecus ſi ex vno facto vel delicto cōpetāt plures:quia tūc tolluntur,niſi in id quod excedit:vt.j̃.loc.l.ſi vulneraueris.&.j̃.de act.& ob.qui ſeruū.in fi.&.j̃.pro ſoc.ſed ſi ex furtiua.quæ ſunt contra. Itē eſt contra.j̃.de fur.l.ſed ſi ſurripuit. vbi dicit non adiici ad pœnam furti propter damnum. ſed certè non adiicitur,vt illa actio augeatur:datur tn̄ alia:vt hîc dicitur. Acc.

k *Locus eſt*.etiam tuo nomine:ex quo tua voluntate fecit.

l *Ne ſit in poteſtate*.mala ratio:vt inſti.de noxa.§.in ſumma. &.j̃. de vi & vi ar.l.j.§.quod igitur adiicitur. nam nōne idem ſi agitur cōmuni diui? ideo alia ratio eſt reddēda.ſ.quia ipſe alij tenet noxali:vnde agere nō debet:vt.j̃.de noxa.l.cū ſeruus.&.C. de fur.l. apud antiquos.iudiciū ergo cōmuni diui.intendit:vt.j̃.de noxa. d.l.cū ſeruus cōmunis alteri.& arbitrio iudicis continetur vt aut præſtes damnum,aut partem cedas:vt.j̃.de fur.l.ſi ſeruus cōmunis. Itē nec naſcitur ex facto,ſed propter factū.nam ex quaſi contractu oritur cōmuni diui.actio,nō ex maleficio. Et ſic no. quòd parum prodeſt non dari noxalem. Item not. quòd aliqui referūt

hoc ne ſit,&c.ad primum caſum quando tua voluntate fecit.

a *Seruiat*.vel non ſeruiat.Accurſius.

b *Hæc res*.ſ.noxæ deditio:vt.j.tit.ij.ſi ſeruus communis. & facit ſupra ſi ſer.vind.l.loci corpus.§.ſi fundus.

c *Non tenetur*.Contra.j.de noxa.l.non ſolùm.Sol.hîc non poſſidebat cũ conueniebatur:licèt tẽpore delicti poſſidebat.ibi poſſidebat. vel ſpeciale eſt in l. Aquilia. Et eſt ratio: quia nõ domino, item & cõtra dominum directa nõ datur: ſed vtilis, pro prima ſolutione eſt.C.de fur.l.pe.

d *Teneri*. cũ ei erat facilè apprehẽdere. aliàs nõ:vt.j.de noua.ſi ſeruus.§.j.&.l. quotiẽs.§. in poteſtate.tenetur tamen vt caueat: vt infra ad exhi.l.Celſus.§. fin. Accurſius.

e *Aquilia*.nomine dãni ſubaudi, cæterarum &c.& ſupple.ſ.dabitur Aquilia.

f *Si quis*. Hîc incipiũt verba legis. Accurſius.

g *Iniuria*.i.culpa:vt & ſ.eo.ſed & ſi quemcũque.§.iniuriam.

h *Proximus*.ſ.retro: vt inſtit.eo.§.cæterum.& hæc verba,ſi quis alteri,&c.ſunt verba legis. & quod ſubiicit,ſi quis igitur, &c. ſunt verba Vlpiani.

*cui &

i *Si facem*. ſcilicet ardentem.

k *Aduſſeris*. nõ tamẽ eſt occiſus.tũc enim ex primo capite ageretur.

l *Teneberis*. ſcilicet, ex hoc capite.

† Flo. quod vſerit

n *Inquilinis*.ſ. vicinorum.Azo.

n *Si fornacarius*. à fornace hîc dicitur.aliàs dicitur à fornice.i.à lupanario, vel à fornice id eſt arcu lapideo cõſtruendo, qui dicitur fornix & profertur in plurali pen.correpta.

* Flo.vſerit.

o *Coloni*. qui totalem fundũ cõduxit in quo eſſet fornax.

p *Præſtare*.ſ.ęſtimationem : vt & infra ea.l.§. Proculus.Accur.

q *Fuit*.& hoc quando idem immiſit ignẽ, & cuſtodiuit dormiẽdo.

r *Cæterum*.pro ſed.

ſ *Subiecerit*.& bene.

t *Nihil fecit*. vnde non tenet Aquilia directa.

u *Nõ peccauit*.vnde nõ tenetur Aquilia directa,vel vtili.

x *Obdormiuit*.vt in primo caſu.

y *Cuſtodiit*. vt in iſto vltimo.

z *Vel ignẽ*. quaſi dicat, nõ tenetur propter obdormitionem,ſed quia culpa pręceſſit:vt.j.ea.

† Flo. fornicarius. Budæus fornacarium ſeruum intelligit piſtrinarium vel piſtorem.

*miniſteriis pro miniſtris, vſi itè: vt officia pro officialibus l.3.§.tutor. de ſuſpec. tuto.

ſoli ſeruiat. [a] quod puto verum eſſe.

Nota quòd licèt actio intentata ſit diuidua, tamen beneficium domini pro noxa eſt indiuiduum: & non poteſt fieri niſi cuilibet in ſolidum.quandocunq; ergo principale eſt diuiſibile, & acceſſoriũ eſt diuiſibile.Baldus.

B Item ſi ſeruus communis meus & tuus ſit occiſus à ſeruo Titij, Celſus ſcribit alterum ex dominis agentem aut litis æſtimationem conſecuturum pro parte:aut noxæ dedi ei in ſolidum oportere:quia hęc res [b] diuiſionem non recipit.

Ex delicto ſerui obligatur dominus, non ille qui iam poſſidet. Baldus.

Serui autem occidentis nomine dominus tenetur: is verò cui bona fide ſeruit, non tenetur. [c] Sed an is qui ſeruum in fuga habet, teneatur nomine eius Aquiliæ actione, quæritur. & ait Iulianus teneri. [d] eſt veriſſimum, cum * & Marcellus conſentit. Huius legis ſecundum quidem capitulum in deſuetudinem abiit. Tertio autem capite ait eadem lex Aquilia: [e] *Cæterarum rerum præter hominem & pecudem occiſos, ſi quis* [f] *alteri damnum faxit, quídve vſſerit,* †*fregerit, ruperit iniuria:* [g] *quanti ea res erit in diebus triginta proximis,* [h] *tantum æs domino dare damnas eſto.* Si quis igitur non occiderit hominem, vel pecudem, ſed vſſerit, *fregerit,ruperit, ſine dubio ex his verbis legis agendum erit. Proinde ſi facem [i] ſeruo meo obieceris, & eum aduſſeris, [k] teneberis [l] mihi.Item ſi arbuſtum meum vel villam meam incenderis, Aquiliæ actionem habebo.

Quando factum excedit voluntatem,tenetur quis de toto facto, non inſpecto propoſito voluntatis. Baldus.

Si quis inſulam voluerit meam exurere, & ignis ad vicini inſulam peruenerit, Aquilia tenebitur etiam vicino. non minus etiam inquilinis [m] tenebitur ob res eorũ exuſtas. Si fornacarius [n] † ſeruus coloni [o] ad fornacem obdormiſſet, & villa fuerit exuſta: Neratius ſcribit ex locato conuentum præſtare [p] debere ſi neglegens in eligendis miniſteriis * fuit. [q] Cæterùm [r] ſi alius ignem ſubiecerit fornaci, alius neglegenter cuſtodierit, an tenebitur qui ſubiecerit? [ſ] Nam qui cuſtodiit, nihil fecit: [t] qui rectè ignem ſubiecit, non peccauit. [u] Quid ergo eſt? Puto vtilem competere actionem tam in eum qui ad fornacem obdormiuit, [x] quàm in eum qui neglegenter cuſtodiit. [y] Nec quiſquam dixerit in eo qui obdormiuit, rem eum humanam & naturalem paſſum: cum deberet vel ignem [z] extinguere, vel ita munire, ne euagetur.

Ratione damni facti occaſione furni, agitur in factum: & ratione furni petitur cautio damni infecti.Baldus.

Si furnum [a] ſecundum parietem cõmunem haberes, an damni iniuria tenearis? Et ait Procu-
C lus agi non poſſe: quia nec cum eo qui focum [b] haberet. Et ideo æquius puto, in factum actionem dandam: ſcilicet ſi paries exuſtus ſit. Si autem nondum mihi damnum dederis, ſed ita ignem habeas, vt metuam ne mihi damnum des, damni infecti puto ſufficere cautionem. [c] Proculus ait, cum coloni ſerui villam exuſſiſſent, colonum vel ex locato, [d] vel ex lege Aquilia teneri: [e] ita vt colonus [f] poſſit ſeruum †noxæ dedere: & ſi vno iudicio res
D eſſet iudicata, altero amplius non agendum. Sed hæc ita, ſi culpa colonus careat. cæterùm ſi noxios [g] ſeruos habuit, [h] damni cũ iniuria teneri, [i] cur tales habuit. Idem ſeruãdum & circa [k] inquilinorum inſulæ perſonas ſcribit. quæ ſententia habet rationem.

Si cum apes meæ ad tuas aduolaſſent, tu eas exuſſeris: legis Aquiliæ actionem cõpetere Celſus ait.

E No.quòd corrumpens ſegetem ſeminando zizaniam ſiue lolium, tenetur domino & colono.Bal.

Inquit lex, [l] *ruperit* Rupiſſe verbum ferè omnes veteres ſic intellexerunt, corruperit. Et ideo Celſus quærit, ſi lolium aut auenam in ſegetem [m] alienam inieceris, quò eam tu inquinares:non ſolùm *quod vi aut clam* dominum poſſe agere: vel ſi locatus fundus ſit, colonum: [n] ſed & in factum agendum. & ſi colonus eam exercuit, cauere eum debere, amplius non agi:ſcilicet ne do-

A l.§.ſi ex plauſtro.& arg.j.de peri.& commo.rei ven.ſi vendita.aliàs niſi ex culpa diceres eum teneri,eſſet contra. ſ. de vſufruc.l.ſi cuius.§.denique.Item no.hîc naturæ non parci, ſiue vitio naturali:vt in authẽ.de reſti.& ea quæ.§.vnum.ibi,porro,&c. Sed ar. cõtra.j.de dam.infe.l.fluminũ.§.vitiũ.&.C.de vete. iur. enucl.l. ij.§.ſed & ſi quid. Item no. vnius factum non debere alios in periculum trahere:vt.ſ.de offic.præſi. illicitas.§. ſicuti.Accurſius.

Vitio naturali quandoque nõ parcitur.

a *Si furnum*.quia hæc ratio nõ videtur bona, quia potuit eſſe in culpa:quia nõ prouiderat ignẽ, ſed certè imò videt bona, quia nõ ſuo corpore dedit damnũ, ſecũdũ Io.niſi ponas quod fuit præſens aduſtioni. nam tunc directa:quia præſentia pro cõſenſu habetur.vt.j.de fur.falſus.§. ſi is qui.Accur.

Præſentiæ pro conſenſu habetur.

b *Qui focum haberet*. ſ. agi poſſet vt remoueat, ſi non interſit: vt &. ſ. ſi ſeruit.vin.ſicuti.§. fi. &.§.pen.niſi ſic habeat vt quotidie flãmeſcat paries: vt ſupra de ſerui.vrb.prædio.l. quidã &.l.fiſtulas.

c *Cautionẽ*. imò videt hęc cautio ceſſare vt.j. de dam.infe.l. fluminũ §.præterea.quæ eſt cõtra.Sol.ibi nomine furni fuit cautũ:hîc nomine ignis proueniẽtis vitio furni,nec fuit culpa furnarij: vnde hîc valet,ibi nõ:cũ ibi interuenerit poſtea culpa furnarij.vel ibi tantùm culpa furnarij: hîc vitio furni tãtum.vel hîc expreſſe de facto ſeruorum.

†ſeruos.

d *Ex locato*. ſuo nomine, cum nõ prouiderit ignem, & ſic fuerit in culpa.

e *Teneri*.noxali.

f *Colonus*.noxali conuẽtus, ita ſcilicet quòd noxalis detur.

g *Noxios*. ſcilicet ſuos vt dixi.

h *Habuiſſet*.ſ.in miniſterio.eſt enim hęc culpa:vt inſti.de obli.quę ex quaſi ma.§. itẽ. &.j. loc.l. videamus. circa prin.&.l. qui inſulã. §. qui mulas.&.ſ.ea. l. §. ſi fornacarius.ibi,ſi negligens,&c.

i *Teneri*. ſ. ſine noxæ deditione.

k *Et circa inquilinorũ*. quibus locaui domũ.

l *Inquit lex*. vt.ſ. ea.l. §. tertio autem capite.

m *Segetẽ*. ſeminãdo.aliàs ſi iã collectis fructibus, ceſſat interdictũ: vt.j.quod vi aut clam. ſi alius.§.notauimus.

n *Colonũ*.ſcilicet poſſe agere

UNED

agere quod vi aut clam nomine fructuum: vt infra quod vi aut clam.l.quanquam.

a *Inquietet*. ſcilicet eum qui damnum dedit. ſic & infra de iure do.l.cum pater dotem.bene autem dico in factum agere:& non Aquil.nam pro quia,&c.ſecundum Ioan.

minus amplius inquietet. a Nā b alia c quædam ſpecies damni eſt, ipſum quid corrumpere & mutare, vt lex Aquilia locum habeat: alia, nulla ipſius d mutatione e applicare aliud, cuius moleſta ſeparatio ſit. f Cum eo planè qui vinum ſpurcauit, g † vel effudit, vel acetū fecit, vel alio modo vitiauit, agi poſſe h Aquilia Celſus ait: quia etiā effuſum, & acetum factum, corrupti appellatione cōtinetur. Et non negat fractum & vſtum contineri corrupti appellatione: ſed non eſſe nouum, i vt lex ſpecialiter quibuſdam enumeratis, generale ſubiiciat verbum, quo ſpecialia complectatur. quæ ſententia vera eſt. Rupiſſe eum vtique accipiemus qui vulnerauerit, vel virgis vel loris vel pugnis cecidit, vel telo vel quo alio, vt ſcinderet alicui corpus: vel tumorem fecerit: k ſed ita demum, ſi damnum iniuria datum eſt. Cæterùm ſi nullo ſeruum pretio viliorem l deterioremve m fecerit: Aquilia ceſſat: n iniuriarúmque erit agendum duntaxat. Aquilia enim eas ruptiones o quæ damna dant, perſequitur. Ergo & ſi pretio quidem non ſit deterior ſeruus factus, verùm ſumptus in ſalutem eius & ſanitatem facti ſunt, in hęc mihi videri damnum datum: atque ideo lege Aquilia agi poſſe. p Si quis veſtimenta ſciderit vel inquinauerit, Aquilia quaſi ruperit tenetur. Sed & ſi quis milium vel frumentum meum effuderit in flumen, ſufficit Aquiliæ actio. q

Item ſi quis r frumento harenam vel aliud quid immiſcuit, vt difficilis ſeparatio ſit, quaſi de corrupto agi poterit.

Not.in ver.quod ſi ad aliquem. quòd punitur ille qui dat opē mediatè, nō ſolùm ſi immediatè. Bal.

Si quis de manu mihi nummos excuſſerit, Sabinus exiſtimat dāni iniuriæ eſſe actionem, s ſi ita perierint, ne ad aliquem peruenirent: puta ſi in flumen vel in mare vel in cloacam ceciderunt. Quòd ſi ad aliquem peruenerunt, ope conſilio furtum factum * agendum. t quod & antiquis pla-

b *Nam*. bene dico in factū, non Aquilia,&c.

c *Alia*. ſcilicet ſpecies damni eſt.

d *Ipſius*. ſcilicet rei.

e *Mutatione*. ſcilicet interueniente.

f *Separatio ſit*. vt ſic habeat locū in factum actio: vt dictū eſt. Acc.

g *Spurcauit*. ſpurca dicitur id quod ex ore porci cadit.

h *Agi poſſe*. quia hîc corpus ipſum corruptum eſt: vt.j.ead.l.§.item ſi quis.in ſuperiori non ita. Accurſius.

i *Sed non eſſe nouum*. ſic vides. C. de ſac. ſanct. eccleſi. l. generali. Sed arg. contra. j. de verb. obli.l.doli. Accur.

k *Tumorem fecerit*. facit infra ad Sil.l.j.§.occiſorum.

l *Viliorem*. quantum ad vires. Accurſius.

m *Deterioremve*. quātum ad vendendum. Accurſius.

n *Ceſſat*. vt.j.eadē.l.§. Viuianus. Accurſius.

o *Ruptiones*. ſcilicet tantùm.

p *Agi poſſe*. vt.j.eod. l. ſcientiam. §. j. & ſupra titu.j.hæc actio. & infra tit.j.l.fin.

q *Actio*. vtilis. nec enim corpus eſt læſum.

r *Item ſi quis*. facit.s. ead.l.§. inquit. imò ibi contra.

s *Actionem*. l. Aquil. vtilem, & in factū nihilominus: vt hîc ſubiicit, &.j. de præſcrip. verb. qui ſeruādarum. §. ſed & ſi calicem. & inſtit.de ob.quæ ex delict.§.interdum.

t *Agendum*. ſcilicet erit. vel repete, Sabinus exiſtimat, quod eſt ſupra.

u *Placuit*. vt.j.de fur. ſi quis vxorem.in prin. &.§.ſi quis.

x *Item etiam*. hoc refer tur ad primum caſum.

y *Si mulier*. ſcilicet prægnans.

z *Eiecerit*. ſ.partum.

a *Et ſi mulū*. ſibi locatū. & facit. j. loca. qui inſulam.§.qui mulas.

b *Aquilia tenebitur*. idem ſi virginē immaturā ſtuprauerit, quòd teneatur Aquilia: vt infra de iniur. ſi ſtuprum. in fin. Sed cum oliua immatura plus reddat fructuum, quàm matura: vt infra de vſufruct. leg.l. pe. quomodo agitur? Reſpon. quia non ita ſanum vel bonū fructū reddit. Item cuius temporis fiet æſtimatio? Reſpō. idem quod in infante: vt.s.eo.l. Neratius.§.ſi infans. Imò etiā ad futurum: vt.s.eo. liber homo.

Spurca quid ſit.

† Spurcum vinum dicitur aut aqua mixtum, aut igne calefactū, aut muſtū antequā deferueſcat. inde ſpurcare vinum, id eſt aqua ſuſa vitiare. Budæus hic.

* furti quidem ag.

cuit. u Idem etiam x in factum dari poſſe actionem ait. Si mulier y pugno, vel equa ictu à te percuſſa, † eiecerit: z * Brutus ait Aquilia teneri quaſi † rupto. Et ſi mulum a plus iuſto onerauerit, & aliquid membri ruperit, Aquilię locum fore. Si nauem venaliciarum mercium perforaſſet, Aquiliæ actionem eſſe, quaſi ruperit, Viuianus ſcribit.

Allegatur iſte text. quòd aliud eſt damnum, aliud eſt furtum. damnum eſt cum rei corruptione: furtum eſt cum amotione. Baldus.

Si oliuam immaturam decerpſerit, vel ſegetem deſecuerit immaturam, vel vineas * crudas, Aquilia tenebitur: b quòd ſi iam maturas, ceſſat Aquilia. Nulla enim iniuria eſt, cum tibi etiam impenſas donauerit, c quę in collectionem huiuſmodi fructuum impenduntur. Sed ſi collecta hæc interceperit, furti tenetur. Octauenus in vuis adiicit: niſi, inquit, in terrā vuas proiecerit, vt effunderentur. d Item & in ſilua cædua ſcribit: vt ſi immatura, ‡ Aquilia teneatur: quòd ſi matura * interceperit, furti teneri eum, & arborum furtim cæſarum. e Si ſalictum maturum ita ne ſtirpes læderes, tuleris: ceſſare Aquiliam.

Nota quòd etiam bonum quis mihi faciēdo, interdum facit mihi iniuriam, quod eſt multum notandum, ſecundum glo. Bal.

Et ſi puerum quis caſtrauerit, & pretioſiorem fecerit, f Viuianus ſcribit ceſſare g Aquiliam: ſed iniuriarum h erit agendum, aut ex edicto ædilium, i aut in quadruplum. k

Not. quòd conuentio facit ceſſare actionem legis Aquil. ſicut actionem ex contractu.

Si calicem diatretum l faciendum m dediſti: ſi quidem imperitia fregit, damni iniuria tenebitur. ſi verò non imperitia fregit, ſed rimas habebat vitioſas, poteſt eſſe excuſatus. & ideo plerumque artifices cōuenire ſolent cum eiuſmodi materiæ dantur, non periculo ſuo ſe facere. quæ res n

c *Donauerit*. Not. videri quem donare: vt inſtit. de rerum di.§. ex diuerſo. Sed contra. s. de neg. geſt. ſi pupilli. §. ſed & ſi quis. Sol. ibi animo lucrandi: hîc animo damnum dandi tantùm. vel ibi nomine domini: hîc ſuo. Item contra. j. famil. erciſ. l. fundus qui. &. j. ſol. ma. l. fructus. Sol. ibi quando erat in retentione: hîc autem petere volebat, ſecundum Ioan. Item contra. C. de rei vindicatione. l. domum. ſed ibi in expenſis circa rem factis, hîc circa fructus. Item ibi erat in retentione.

d *Vt effunderentur*. & ſic non tenetur furti; cum animum lucrandi non habuerit: vt infra eodem. ſi quis te.§. ſina. Accurſius.

e *Cæſarum*. ſimili diſtinctione tenetur & interdicto quod vi aut clam: vt infra quod vi aut clam. l. ſi immaturam.

f *Pretioſiorem fecerit*. quod intelligo ſecundum diuerſitatem locorum: vt in Apulia. ſed in Italia minoris eſt pretij.

g *Ceſſare*. vt arg. s. ea.l. §. rupiſſe. Accurſius.

h *Sed iniuriarum*. Sic ergo. not. quòd etiam bonū quis mihi faciendo, facit mihi iniuriam: vt hîc, quod eſt notandum. tenetur etiam iſte. l. Corne. de fica. vt infra ad leg. Corne. de ſi. l. iij. §. qui hominem. &. l. iiij. §. idem diuus. Item & hodie maior pœna imponitur, ſcilicet capitalis: vt. C. de eunuchis. l. j. &. ij. Accurſius.

i *Aedilium*. ſi quis talem vendat. nam eſt morboſus: vt infra de ædilit. edict. ſi autem. licèt alia animalia non ſint vitioſa propter hoc: vt infra de ædilit. edict. l. ædiles. §. ſed enim.

k *In quadruplum*. ex. l. xij. tabula. ſcilicet actione in factum: vt & ſupra ſi quadrup. l. j. in prin. & prompte dicas hoc caſu dari actionē in quadruplū: licèt quidam dubitent. An autē vna prædictarū tollatur per aliam? Reſpon. nō ciuilis per criminalem: vt. C. quando ci. ac. cri. præiudi. l. j. Sed vna criminalis per aliā ſic: vt infra de ac. l. ſenatus. Item vna ciuilis per aliam, niſi in id quod excedit: vt infra vi bo. rap. l. j. Accurſius.

l *Si calicem diatretum*. a forſitan à loco: vel ideo diatretum, quia duas capit menſuras.

m *Faciendum*. id eſt reficiendum. alioquin cur de facturis quæritur? Azo.

n *Quæ res*. id eſt quæ pactio.

† i. abortum fecerit. Sic enim Græci loquuntur. perperā quidā emendat, egeſſerit.

* Eiicere, verbum eſt ad immaturum partum accommodatum: vnde eiecti p⁹ dicuntur pro abactis. Bu.

† quaſi de rupto. quaſi ruperit.

* Hal. vuas.

† immaturā.

* maturam.

Actio vna an per aliā tollatur.

a] Diatret⁹ calix tornatilis eſt, & celatus. Tretum enim, diatretum Græce, foratile, pertuſum, tornati le aut torne factum ſigni ficat Budęus hic, & Alex. ab Al. lib. 5. cap. 17.

a *Tollit.* id eſt facit non incipere. ſic & non obligatus dicitur liberari quandoque, impropriè ſcilicet: vt infra de verbo.oblig. l.decem. Not.tamen quòd ſemper à periculo contingenti vitio materiæ, eſt excuſatus: niſi contra dictum fuerit: vt infra loca. item quæritur.§.ſi gemma.&.l.ſi quis fundum.§. ſi quis vitulos. &.l.ſin. Accurſius. A

a] Extricatas margaritas, hoc loco Vlp.eas itelligit quæ ex rudi & natiuo habitu atq; e gemmarij politæ ſunt. Bu hic.

b *Extricatas.* a id eſt deſertas, vel ſeparatas ab inuicem.Accurſius.

c *Pertuſis.* id eſt perforatis.

d *Lege Aquilia.* ex eo quod dicit dari Aquiliam viro in vxorem, & idem dicitur infra de dona. inter vi. & vxo. l. ſi mulier dolo. & infra eod.l.pen.colligo, quòd hæc actio non eſt famoſa. nam ſi eſſet, non daretur in vxorem: vt.C.re. amo. l.diuortij. Sed cur datur conſtante matrimonio: vt hîc dicit, cum ſit pœnalis: vt.C. re. amo.l. ij? Reſpon. hîc dabitur in ſimplũ tantùm: vt infra de ſer. corrup.l.fin.

Actio legis Aquiliæ non eſt famoſa.

e *Fores.* id eſt oſtia ſiue portas.

f *Commendauerit.* id eſt commodauerit alicui ſeruum cum mulo. Vel dic id eſt depoſuit, ſcilicet ſeruum & mulum ſimiliter: vt ſubiicit: vel dic planè, vt ſonat.

g *Loro.* id eſt fræno, ſiue camo. Accurſius.

h *Præcipitaret.* ſcilicet mulus.

i *Si properito.* quod eſt vbi ad mulum regendum ſeruum petij, & ipſe eum mihi obtulit: vt & infra loc.l.cum in plures.§.ſeruum.

k *Imperitus.* ſcilicet ſeruus. Azo.

l *Terrore.* ſcilicet extranei.

m *Ex locato.* id eſt ex conducto: vt.ſ.poſuit.

n *Actio.* vtilis cũ non corpore dedit damnũ: vt inſtitutio. eodem.§. finali.

o *Etiam Aquiliæ.* ſcilicet noxalem: vt ſeruus cui pollex eſt abſciſſus, detur pro noxia.

p *Item ſi vietori.* vetus lectio eſt, tectori, id eſt artifici. Azo.

q *Lacum.* genus vaſis, torcular forte erat.

* Rectè Flo. & vulga.perperam Bud. vietori. Tector eſt qui tectoria facit, qui & albarius videtur appellari. vide l.1. c.de excuſ. artif. Cuiac lib.10 obſer.c.9.legit vectori. Huic reſponſo congruit Exodi cap.21. circa fin.

ex locato tollit a actionem, & Aquiliæ.

Actio legis Aquiliæ redditur inter virum & vxorem. Baldus.

Si cum maritus vxori margaritas extricatas b dediſſet in vſu, eaque inuito vel inſcio viro perforaſſet, vt pertuſis c in linea veretur: teneri eam lege Aquilia, d ſiue diuertit, ſiue nupta eſt adhuc. B

Si quis ædificij mei fores e confregerit, vel refregerit, aut ſi ipſum ædificium diruerit, lege Aquilia tenetur. Si quis aquæductum meum diruerit, licèt cementa mea ſunt quæ diruta ſunt, tamen quia terra mea non ſit qua aquam duco, melius eſt dicere actionem vtilem dandam. Si ex ploſtro lapis ceciderit, & quid ruperit vel fregerit, Aquiliæ actione ploſtrarium teneri placet, ſi malè compoſuit lapides, & ideo lapſi ſunt. C

Si quis ſeruum conductum [habens] ad mulum regendum, commendauerit f ei mulum: ille ad pollicem ſuum eum alligauerit de loro, g & mulus eruperit, ſic vt & pollicem auelleret ſeruo, & ſe præcipitaret, h Mela ſcribit, ſi properito i imperitus k locatus ſit, ex conducto agendum cum domino ob mulum ruptum vel debilitatum. ſed ſi ictu aut terrore l mulus turbatus ſit, tum dominum eius, id eſt muli & ſerui, cum eo qui turbauit habiturum legis Aquiliæ actionem. Mihi autem videtur & eo caſu quo ex locato m actio n eſt, competere etiam Aquiliæ. o Item ſi tectori p * locaueris lacum q vino plenum curandum, & ille eum pertuderit, r vt vinũ ſit effuſum, Labeo ſcribit in factum ſ agendum. D

XXVIII. PAVLVS *libro decimo ad Sabinum.*

QVi foueas† vrſorum ceruorúmque capiendorum cauſa faciunt, ſi in itineribus fecerunt, eóque aliquid decidit, t factúmque deterius eſt, lege Aquilia u obligati ſunt. x at ſi in aliis locis vbi fieri ſolent fecerunt, nihil y tenentur. Hæc tamen actio ex cauſa danda eſt: id eſt, ſi neque denuntiatum z eſt, neque ſcierit aut prouidere potuerit. Et multa huiuſmodi deprehenduntur, quibus ſummouetur petitor ſi euitare periculum poterit. E

XXIX. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

QVemadmodum ſi laqueos eo loci poſuiſſes, quo ius ponendi non haberes, a & pecus vicini in eos laqueos incidiſſet.

Non poſſum mea auctoritate tollere, quod ſupra meum pendet: ſed quod in meo eſt. Bart.

Si protectum meum quod ſupra domum tuam nullo iure habebam, reciſiſſes, poſſe me tecum damni iniuria agere Proculus ſcribit. debuiſti enim mecum, ius mihi non eſſe protectum habere, agere: b nec eſſe æquum damnum me pati, reciſis à te meis tignis. Aliud c eſt dicendum ex reſcripto imperatoris Seueri, qui ei per cuius domum traiectus erat aquæductus citra ſeruitutem, reſcripſit iure ſuo poſſe eum intercidere. & meritò. intereſt enim, quòd hic in ſuo protexit, d ille in alieno fecit. Si nauis tua impacta e in meam ſcapham damnum mihi dedit, quæſitum eſt, quæ actio mihi competeret. Et ait Proculus, ſi in poteſtate nautarum fuit ne id accideret, & culpa eorum factum ſit, lege Aquilia cum nautis agendum: quia parui refert, nauem immittendo, aut † ſeruaculum f,* ad nauem ducendo, g an tua h manu damnum dederis, quia omnibus his modis per te damno adficior. ſed ſi fune rupto, aut cum à nullo regeretur, nauis incurriſſet, cum domino agendum non eſſe. i Item Labeo k ſcribit, ſi cum vi ventorum nauis impulſa eſſet in funes l anchorarum alte-

QVemadmodum.] CASVS vſque ad.§. ſi protectum. planus eſt. [SI PROTECTVM.] Tigna mea extendi ſuper domum tuam. an poſſis tua auctoritate reſcindere? & diſtin. quia aut protectum ſuſtentatur domo mea, & non potes, ſed cum iudice ſi in tuo tantùm ſuſtentatur, tunc potes reſcindere, & non teneris. hoc probatur exemplo. [SI NAVIS.] Planus eſt. Si nautæ fuerũt in culpa, tenentur. l. Aquil. aliàs nõ tenentur nautæ, neque dominus nauis. Item Labeo eãdem diſtinctionem facit quam facit ſupra proxi.§. hic, & in ſequentibus.§.§. vſque ad.§. hoc plus. et vſq; in fin.l. Viuianus.

a *Non haberes.* ſcilicet teneris, niſi denuntiaueris: vt &c.ſ.l. proxi. diximus.

b *Habere, agere.* ſcilicet negatoria. Et ſic nor. hîc arg. contra eos qui dicunt negatoriam habere locum demũ ſeruitute amiſſa: vt infra arbo. fur.cæ.l.fin. Cauebit tamen mihi inferiori hic deſtruens: vt infra ad exhib.l.theſaurus. & de glan. leg. l.j.Accurſius.

c *Aliud eſt.* id eſt diuerſum eſt. Azo.

d *Protexit.* id eſt caput protect⁹ eſt in ſuo qui immittebat: licèt ſuper alterius domũ protendatur: vt & infra vti poſſid. l. ſi duo.§. item videamus.&.§. ſed & ſi. hic autẽ alius fecit in alieno: & ideo iure præciditur etiam ſua auctoritate: vt hîc & argu. C. de decur.l. generali. &.ſ. de ſerui. vrba. prædi.l. ſed ſi inter me. nam non debet quis in alienum ſic quærere vel facere: vt &.C.de met. & metal. libr.xj.l.quoſdam. Sed contra, de relig. oſſa. in princi. vbi etiam de ſuo nõ poteſt oſſa mouere ſine auctoritate maioris ab alio illata. Solu.ſpeciale ibi fauore religionis: vt & infra eod.titu.l.ſunt perſonæ.

e *Impacta.* vt enim pactum alterũ alteri adſtringit: ita & hic quoque altera ab altera tenebatur, vel.id eſt impulſa. Accurſius.

† Serraculũ Cuiac.lib.9. obſ. c.10. * Sic Flor. cũ ea varietate. Sũt qui legẽdũ putẽt lenũculũ ex Nonio, vel Renũculum ex Gell. alij quoque alias varietates cõminiſcuntur. Vulgata editio habet, ferraculum & hoc interpretatur Azo inſtrumentũ quo fertur nauis.

r *Pertuderit.* id eſt perforauerit.

ſ *In factum.* non enim vinum tetigit, ſed cauſam effuſionis præſtitit: vnde non tenetur directa Aquil. ſed in factum: vt infra eod.l.qui occidit.§.penul.Accurſius.

t QVi foueas. *Decidit.* puta bos.

u *Aquilia.* vtili, vel in factum: quia non ſuo corpore dedit damnum: vt inſtit.eod.§.fin.

x *Obligati ſunt.* ſed & interdicto quod vi aut clam: vt.ſ. quod vi aut clam.l.ſi alius.§.penul.

y *Nihil.* id eſt non. Accurſius.

z *Denuntiatum eſt.* nam tunc ceſſat: vt.ſ.eo.l.ſi putator. Accur.

f *Gubernaculum.* id eſt inſtrumentum quo rectè ducitur nauis.

g *Ad nauem ducendo.* aliàs à naue ducendo. id eſt remouendo. aliàs ad nauem ducẽdo, id eſt ante nauem, cum retro ire debeat.

h *An tua.* mutatio perſonarum. Azo.

i *Non eſſe.* vt infra de publica.l.fin.§.ſi propter. nam nec pro rebus inanimatis agitur noxaliter vel lege Aquil. niſi in caſu: vt infra de damno infecto.l.prætor ait.§.hoc edictum.

k *Item Labeo.* ſupra poſuit cum dominus nauis vim inferentis dedit damnum: hîc cum dominus nauis vim patientis.

l *Funes.* ſcilicet nauis impulſæ.

Nullam

a *Nullam actionem*. vt argu. infra eod. ſi quis fumo.§. fina.& infra de aqua plu.arcend.l.j.§.de eo.ibi, quòd ſi aliter,&c. & infra de incen.l.quo naufragium.§. quod ait prætor.&.j̃.de præſcrip. ver.l.qui ſeruandarum.& infra de bo.lib.l.qui cum.§.ſi libertus. in fin.& infra de aqua plu.arcend.l.ſi in meo. Accurſius.

rius, & nautæ funes præcidiſſent: ſi nullo alio modo niſi præciſis funibus explicare ſe potuit, nullam, [a] actionem dandam. Idémque Labeo & Proculus & circa retia piſcatorum in quæ nauis piſcatorum inciderat, æſtimarunt. Planè ſi culpa nautarum id factum eſſet, lege Aquilia agendum. Sed vbi damni iniuria agitur, ob retia, non piſcium, qui ideo capti non ſunt, fieri æſtimationem, [b] cum incertum fuerit an caperentur. Idémque & in venatoribus & in aucupibus probandum. [c] Si nauis alteram contra ſe venientem obruiſſet, [d] aut in gubernatorem, [e] aut in ducatorem actionem competere damni iniuriæ Alfenus ait. Sed ſi tanta vis naui facta ſit, quæ temperari non potuit, nullam in dominum [f] dandam actionem. ſin autem culpa nautarum id factum ſit, puto Aquiliæ ſufficere. [g]

Si funem quis quo religata nauis erat, præciderit, de naue quæ periit, in factum agendum. Hac actione ex hoc legis capite † de omnibus animalibus læſis quæ pecudes [h] non ſunt, agendum eſt: puta vt de cane. ſed & de apro & leone, cæteríſque feris & auibus idem erit dicendum.

† tertio.

**Etiam magiſtratus tenetur de damno dato, niſi id fecerit iuridicè ſuum officium exequendo: præſertim contra rebellem ſeu reſiſtentem ſibi ſeu iuriſdictioni. Baldus.**

Magiſtractus municipales ſi damnum iniuria dederint, poſſe Aquilia teneri. Nam & cum pecudes aliquis [i] pignori cepiſſet, [k] & fame eas necauiſſet, dum non patitur te eis cibaria adferre, in factum [l] actio danda eſt. Item ſi dum putat [m] ſe ex lege capere pignus, non ex lege ceperit, & res tritas corruptáſque reddat, dicitur legem Aquiliam locum habere. Quod dicendum eſt & ſi ex lege pignus cepit. Si quid tamen magiſtratus aduerſus reſiſtentem violentius fecerit, non tenebitur Aquilia. Nam & [ſi] cum pignori ſeruum cepiſſet, ille ſe ſuſpenderit, nulla datur actio.

B

**Dicta in vno capite legis, intelliguntur tacitè repetita in alio capite eiuſdem legis. Baldus.**

Hæc verba, *quanti in triginta diebus proximis fuit*, etſi non habent, *plurimi*, ſic tamen eſſe accipienda [n] conſtat. *

* & Sabino placet & Inſt.eo.§.ac. me.

XXX. PAVLVS *libro vicenſimoſecundo ad Edictum.*

QVi occidit [o] adulterum deprehẽſum ſeruum alienum, hac lege non tenebitur. Pignori [p] datus ſeruus ſi occiſus ſit, debitori actio competit. Sed an

C

& creditori danda ſit vtilis, quia poteſt intereſſe eius quòd debitor ſoluendo non ſit, aut quòd litem tempore amiſit, [q] quæritur. Sed hîc iniquum eſt & domino & creditori eum teneri: niſi ſi quis putauerit [r] nullam in ea re debitorem iniuriam paſſurum, [ſ] cum proſit ei ad debiti quantitatem, [t] & quod ſit amplius, conſecuturus ſit ab eo: vel ab initio in id quod amplius ſit quàm in debito, debitori dandam actionem. Et ideo in his

D

caſibus in quibus creditori danda eſt actio propter inopiam debitoris, vel quòd litem amiſit, [u] creditor quidem vſque ad modum debiti habebit Aquiliæ actionem, vt proſit hoc debitori: ipſi autem debitori in id quod debitum excedit, competit Aquiliæ actio. Si quis alienum vinum vel frumentum conſumpſerit, non videtur damnum iniuria dare: ideóque vtilis [x] danda eſt actio.

E

**Not. quòd ille qui non præuidet quod præuidere debuit, eſt in culpa. Baldus.**

b *Fieri æſtimationem*. imò videtur fieri quaſi ſpei: vt & infra de actio.emp.l. ſi iactum. quæ eſt contra. Solut. hæc actio ſtricti iuris eſt: illa bo.fin. & ideo patet latius in ea iudi. officium. Vel melius, hæc actio non datur niſi pro preterito damno: & idcirco nõ æſtimatur futurum: vt infra de priua.deli.l.nunquam.§. item quæſitũ. Sed argu. contra. not. ſupra eo.liber homo.j. reſpon. Azo.

c *Probandum*. ſi inſtrumentum eorum veluti indago fuerit ab aliquo inciſum. nam non æſtimantur aues. Accurſius.

d *Obruiſſet*. ſcilicet culpa nautarum.

e *Gubernatorem*. nihilo minus & in exercitorem: vt inſtit. de obliga. quæ ex quaſi delic. §.item exercitor. Et dic gubernatorem, ſcilicet retro: ductorem, qui ſcilicet antè vadit ducendo nauem.

f *In dominum*. nec in alium. Et ſic collige hîc à contrario in dominum dari, quando non fuit fortuitus caſus.

g *Sufficere*. vt ſic ea intentata non detur in factum contra exercitorem. Accurſius.

h *Pecudes*. ſcilicet occiſæ. ſed ſi vulneratæ, agitur ex hoc tertio capite: vt ſupra eod. ſi ſeruus ſeruum.§.ſi quis alteri. &. §. rupiſſe. & inſtit.eo.§.capite.

i *Aliquis*. ſcilicet magiſtratus.

k *Cepiſſet*. non iure, & ſciens: vt differat à ſequentibus. Accurſius.

l *In factum*. & nihilo minus vtilis Aquil. quia vtraque ex æquitate datur: vt. C.eo. l. de pecoribus. & infra vi bono. rap. l. ij. §. ſi publicanus. & eſt ſimile infra de noxa. l. ſed & eo nomine. Not. ergo ex hoc.§. magiſtratus conueniri: vt ſupra quod met.cauſa.l.iij.& infra de pericul.& com. rei veind.l.eum qui. ſed ſi iure feciſſet, non tenetur: vt infra de iniur.l.iniuriarum.§.j.& infra de dam. infect.l.ſi finita.§.ſi publicus. quæ ſunt arg.contra. Item contra infra quod vi aut clam.l.ſi alius.§.eſt & alia. Sol. vt dices infra eod. ſi quis fumo.§.j.Accurſius.

m *Item ſi dum putat*. non tenebitur, cum iure faciat: & ſic non fuit culpa: vt infra de iniur.l.iniuriarum.§.j.Accurſius.

n *Accipienda*. ex vi repetitionis, vt plenè not.inſtitu.eo.§. denique.

A QVi occidit.] CASVS Inueni ſeruum alienum cum vxore mea iacentem, & eum interfeci. an tenear Aquil. quæritur. Et reſpon. quòd non [PIGNORI.] Titius obligauit mihi pignori librum ſuum: in quo alius dedit damnum. quæritur an competat mihi Aquil. vel Titio? Reſpond. quòd debitori datur, quia domino. ſed certè mihi creditori datur in duobus caſibus ſolummodo in quãtum eſt meum debitum: in reſiduum debitori datur. [SI QVIS.] Planus eſt. [IN HAC.] Siue ab initio interueniat culpa, ſiue ex poſtfacto: tenetur qui ignem immiſit.l. Aquil. aliàs nõ tenetur. [SI VVLNERATVS.] Planus eſt cum. l. ſequen. Viuianus.

o *Qui occidit*. ſicut pater poteſt quemlibet occidere quem in opere Veneris cum filia ſua inuenerit, & vbicumque: vt infra ad. l.Iuliam de adul.l. patri. &. l. ſequen. &. l. quod ait. Maritus verò non omnem, nec vbique: vt eo. titu. l. marito. in princi. &.§. j. aliàs autem punitur occidens: vt.C.ad leg. Iulia. de adul. l. Gracchus. Azo.

Caſum panit.

p *Pignori*. Caſus eſt: Dedit aliquis damnũ in re mihi obligata à Sempronio: an creditori, vel debitori, vel vtrique cõpetat Aquilia? debitori autem cõſtat dari, quia domino: vt ſupra eod.l. itẽ Mela.§.legis. ſed & creditori datur in duobus caſibus: ſcilicet ſi amiſit perſonalem actionem. Item ſi debitor non ſit ſoluendo. quibus duobus caſibus ſolum inquantum eſt ſuum debitũ, ei datur: in reſiduum ſi quid eſt, debitori datur.

q *Amiſit*. per triginta annos tacens: quia licèt non poſſit vltra debitum petere, poteſt tamen per pignoris retentionem ſeruare. ſed hoc non valet: quia hæc præſcriptio tempore harũ legum non erat. ideo pone in iſtis actionibus, quæ iure iſto certo tempore finiebantur, vt redhibitoria, & quanto minoris: hypotheca verò in perpetuum.

r *Putauerit*. ſcilicet melius.

ſ *Paſſurum*. in eo quod erat debitum. Accurſius.

t *Quantitatem*. vt infra de pig.actio.l.ſi pignore.

u *Amiſit*. ſcilicet creditor. Azo.

x *Vtilis*. quia actio legis Aquiliæ pro corruptis locum habet. hoc autem non videtur corruptum, cum eo vſu conſumatur ad quem eſt inuentum: vt infra de præſcript. verb.l.qui ſeruandarum. in fin. Accurſius.

a *Feciſſe videtur.* Not. hanc regulam: vt hîc, & infra vi bon. rap. l. antepenul. §. ſi cum ſeruum. & ſupra eo. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quis inſulam. in fin. & infra ad. l. Cornel. de ſica. l. nihil. & infra loca. l. videamus. §. fina. & l. qui domum. in fi. arg. contra infra de ſer. cor. l. Neratius. §. ſunt enim &c. & ſupra eo. l. qua actione. §. Celſus. Item not. ꝙ generalitas reſtringitur cũ culpa alicuius in faciẽdo præceſſit, propter quam damnũ eſt ſecutum. Itẽ not. ex hoc. §. quòd vbicũque habet locũ actio quod met. cau. vel de dolo, & hæc videtur locũ habere: quia & illæ exigũt dãnum, ſicut iſta: vt ſupra quod met. cauſa. illud. §. fin. & de dolo. l. cum quis. & hîc. ſed certè hîc accipitur damnum pro deſtructione tãtũ: ibi autem largius: vnde nõ concurrit hæc cum illis ſemper. Accur.

b *Crimine.* cum dolo præſumpto.

c *Si putator. Si is.* ſcilicet ramus.

d *Proclamauit.* non impunè omittitur denuntiatio, vt hîc, & inſtitu. eo. §. item. & ꝭ. manda. inter. §. qui ſuſcepit. & l. ſi fideiuſſor. §. ſi cum debitor. & ſupra eod. l. qui foueas. Accur.

e *Si in priuato.* ſi per eũ locum iter erat: vt infra dicitur.

f *Prouiſum.* ſic. ꝭ. loca. ſi merces. §. penul.

g *Non poſſit.* ſic & infra de euictio. & ſi rem quam. §. fi. in fi.

h *Vulgo iter fiat.* ſic & ꝭ. tt. j. l. j. §. ij.

i *Non potuerit.* nec debuerit: vt & ꝭ. man. l. ſi fideiuſſor. §. ſi cum debitor. Accur.

*Illud.*] CASVS. Siue collectio ſeruorũ tuorũ dedit mihi damnum, ſiue faciant mihi furtum, liberaberis dãdo tantum quantum ſi vnus homo liber feciſſet: quia in vtroque caſu eſt eadem ratio: igitur & idem ius. Viuianus.

k *Singulos.* id eſt nomine ſingulorum.

l *Feciſſet.* vt & infra ſi fami. fur. fecit. dicatur. l. j.

m *Damni iniuriæ.* id eſt actione legis Aquiliæ.

n *Obſeruandum.* imò videtur quòd non: vt ſupra de iuriſdict. omniũ iudi. ſi familia. quæ eſt contra. Solu. vt ibi. Item cõtra infra de iniur. l. ſi plures. vbi plures iniuriæ cenſentur vbi ſunt plures in familia. Sed fortè ibi loquitur de ſeruis pluriũ. Vel poteſt dici quamuis dicantur plures iniuriæ, vna tamen fiat æſtimatio: vt hîc dicitur, ſecundum Azo. præterea ibi dicit in actione iniuriarum, hîc in actione damni iniuriæ.

o *Æſtimari.* Not. quòd vbi eſt eadem ratio, & idem ius. ſic infra de fonte. l. j. §. interdum. & infra de adulter. l. ſi poſtulauerit. §. ratio. & argu. ſupra de eden. l. quædam. §. nummularios. & inſtitu. quod cum eo. §. ſi igitur. verſic. iſtas. & ꝭ. nau. caup. ſtabu. l. nauta. §. fin. & ꝭ. de bono. poſſeſſio. ex teſta. mili. l. j. circa princi. Sed argu. contra infra de col. bo. ſi quis. in fi. j. reſpõ. Item cõtra eſt vbicunque inuenitur maximè in aliqua lege. denotat enim ꝙ alia ratio in altera, tamen idem ſtatuitur ius, ſecundum Azonem.

p *Non dolo.* furtum autem non fit ſine dolo. Accurſius.

q *Deinde.* id eſt ex interuallo. Accur.

r *Delicta.* vt & infra de priua. delict. l. nunquam. §. j.

ſ *De occiſo.* Not. quòd propter cõtinuationẽ vnum eſt delictũ, licèt plura vulnera. nã ecõtrario quandoque vnũ eſt factũ, & tamen plura delicta: vt furtũ, rapina, damnum, iniuria: vt infra de priua. delic. l. nunquam. §. j. & facit infra de iniur. l. prętor. §. ſi plures.

t *Si ſeruũ. Tuum.* mutat perſonas.

u *Fungi.* id eſt æſtimari faciendo æſtimationem, ſecũdum eum locum vbi quis cogitur reſpondere. ſunt enim varia pretia rerũ: vt infra de eo quod cert. lo. ideo. & infra de actio. empt. ratio. §. fin. & ꝭ. ad. l. Falcid. l. pretia rerum. & in lege Falcidia. & l. iij. §. fi.

x *Redẽpturus fuit.* quod ergo dicitur: res tantũ valet, quãtum vẽdi poteſt: intellige cõmuniter: vt. ꝭ. de iure fiſc. nõ intelligit. §. diui fratres & ꝭ. ad. l. Fal. l. iij. ĩ pri. & ꝭ. l. quærebatur. & ꝭ. ad Treb. l. j. §. ſi heres.

y *Damnũ.* id eſt damni æſtimationem.

z *Potuim⁹.* ſ. cõmuniter. Et ſic no. in. l. Aqui. lucrũ venire. ſic. ꝭ. ne qd ĩ lo. pu. l. ij. §. merito. & ꝭ. rẽ ra. habe. ſi cõmiſſa. & ꝭ. e. inde Nerati⁹. in prin. Sed ar. cõtra. ꝭ. de aqua plu. ar. l. j. §. ſicut. & ꝭ. quæ in fraudẽ creditorũ. l. patrem. & l. qui autẽ. in principio. & infra de furtis. ſi is. §. fina.

*Margin:* tertio. — † Cõcor. tex. in cap. placet. 1. q. 1. — * Hîc habem⁹ tex. optimũ, & tenẽdũ mẽti: & quãdo quis dicatur perire ſua negligentia ſiue culpa, dic quòd illud eſt ſecũdum Bald. quãdo nõ permittit ſecurari: vel ſi concubuit cũ vxore vel aliqua muliere: vel ſi noluit medicis obedire. — † Huc pertinet cap. Deut. 19. — * Iſte text. allegatur quòd vbi eſt eadem ratio vel æquitas idẽ ius ſta- — tui debet. Concor. tex. in. §. pari ratione. inſtit. quibus mo. ius pa. ſol. tex. in §. ſi igitur. in fine. quod cum eo qui in alie. poteſta eſt neg. ge. eſſe dicetur. inſt. Bol.

In hac quoque actione quæ ex hoc capitulo* oritur, & dolus & culpa punitur: ideoque ſi quis in ſtipulam ſuam vel ſpinam comburendæ eius cauſa ignem immiſerit, & vlterius euagatus & progreſſus ignis alienam ſegetem vel vineam læſerit, requiramus num imperitia eius aut neglegentia id accidit. nam ſi die ventoſo id fecit, culpæ reus eſt. Nam & qui † occaſionem præſtat, damnum feciſſet videtur.[a] In eodem crimine[b] eſt & qui non obſeruauit ne ignis longius procederet. At ſi omnia quæ oportuit obſeruauit, vel ſubita vis vẽti longius ignem produxit, caret culpa. Si vulneratus * fuerit ſeruus non mortiferè, neglegentia autem perierit, de vulnerato actio erit, non de occiſo.

Nota clamantem excuſari, & facit contra currẽtes equos, nam debent dicere, guarda guarda. Bartolus.

### XXXI. IDEM libro decimo ad Sabinum.

SI† putator ex arbore ramum cum deiiceret, vel machinarius hominem prætereuntem occiderit, ita tenetur, ſi is[c] in publicum decidat, nec ille proclamauit,[d] vt caſus eius euitari poſſit. Sed Mucius etiam dixit, ſi in priuato[e] idem accidiſſet, poſſe de culpa agi. Culpam autem eſſe, quod cum à diligente prouideri poterit, non eſſet prouiſum:[f] aut tum denuntiatum eſſet, cum periculum euitari non poſſit.[g] Secundum quam rationem non multum refert, per publicum, an per priuatum iter fieret: cum plerumque per priuata loca volgo iter fiat.[h] Quòd ſi nullum iter erit, dolum dumtaxat præſtare debet: ne immittat in eum quem viderit trãſeuntem. Nam culpa ab eo exigenda non eſt, cum diuinare non potuerit[i] an per eum locum aliquis tranſiturus ſit.

Caſus quos nectit paritas æquitatis, & identitas rationis, nõ ſunt quo ad iuris diſpoſitionem ſeparandi. Oldra.

### XXXII. GAIVS libro ſeptimo ad Edictum prouinciale.

ILlud quæſitum eſt,* an quod proconſul in furto obſeruat quod à familia factum ſit, id eſt vt nõ in ſingulos[k] detur pœnæ perſecutio, ſed ſufficeret id præſtari quod præſtandum foret ſi id furtum vnus liber feciſſet:[l] debeat & in actione damni iniuriæ[m] obſeruari. Sed magis viſum eſt, idem eſſe obſeruandum.[n] & meritò. cum enim circa furti actionem hęc ratio ſit, ne ex vno delicto tota familia dominus careat, eáque ratio ſimiliter & in actionẽ damni iniuriæ interueniat, ſequitur vt idem debeat æſtimari,[o] præſertim cum interdũ leuior ſit hæc cauſa delicti: veluti ſi culpa & non dolo[p] damnum daretur.

Quando plura delicta diuerſis temporibus ſunt facta, de quolibet venit imponenda pœna: ſed quando fiunt eodem tempore, de vno punitur. Bar.

Si idem eundem ſeruum vulnerauerit, poſtea deinde[q] etiam occiderit: tenebitur & de vulnerato, & de occiſo. duo enim ſunt delicta:[r] aliter atque ſi quis vno impetu pluribus vulneribus aliquem occiderit: tũc enim vna erit actio de occiſo.[ſ]

In actione legis Aquiliæ venit intereſſe commune, non intereſſe affectionis: & pretia rerum non metimur ex ſingulari affectione, ſed æſtimatione communi. Bald.

### XXXIII. PAVLVS libro ſecundo ad Plautium.

SI ſeruum meum occidiſti, nõ affectiones æſtimandas eſſe puto, veluti ſi filium tuum[t] naturalem quis occiderit, quem tu magno emptum velles: ſed quanti omnibus valeret. Sextus quoque Pedius ait, pretia rerum non ex affectione nec vtilitate ſingulorum, ſed communiter fungi.[u] Itaque eum qui filium naturalem poſſidet, non eo locupletiorem eſſe, quòd eum plurimo ſi alius poſſideret redempturus[x] fuit: nec illum qui filium alienum poſſideat, tantum habere, quanti eum patri vendere poſſet. In lege enim Aquilia damnum[y] conſequimur: & amiſiſſe dicemur quod aut conſequi potuimus,[z] aut erogare cogimur.[a] In damnis quæ lege Aquilia[b] non tenentur, in factum datur actio.

a *Cogimur.* vt impenſas vulnerato ſeruo. Accur.

b *Lege Aquilia.* ſcilicet directa, vel vtili: vt infra de præſcript. verb.

verb. l. quia. & hoc ſi æquitas ſuadeat actionem dari. alioquin contra, vt. ſ. eo. quemadmodum. §. ſed & ſi tãta. Accur.

a Quia retro adcreuiſſe. id eſt non deminutum eſſe. Accur.

b Nam ſicut repudiante legatario. qui ſolus eſt. Io.

c Non eſſet. repudiatum ergo legatum pro non legato eſt: vt hîc, & infra ſi certũ pet. proinde. §. j. in fin. & ſupra eod. l. ſi dominus. §. j. & infra de leg. j. ſeruum filij. §. j. in fine. & l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. & l. legatarius. §. ſi legatum. Accurſius.

* f. liberãte.

d Eique. ſcilicet ſeruo inſtituto: at nunc liberto. Accur.

e Competere non potuit. quomodo enim viués æſtimationem ſui vt mortui peteret? & ſic eſt iuris impoſſibilitas. Accurſius.

f Accidet. vt ſupra e. l. huic. §. ſi na. & l. quia. & facit infra de his qui deie. vel effu. ſi verò. §. hæc autẽ actio. in fi.

g Aquilia. pro hereditaria portione qua heres eſt. nec ob. ſ. eo. l. inde Nerati⁹. quia ibi ſubſtitutus, hîc coheres. Accur.

Liber homo.] CASVS. Libero homini iuſſi vt alicui damnũ daret. ſi habeo ius imperãdi, ego teneor. ſi nõ habui ius imperandi, ille homo tenet qui fecit.

[SI QVADRVPES.] Hunc. ſ. habuimus. ſ. titu. j. §. ſi poſt litem. Viuianus.

h Cũ eo eſt qui iuſſit. & nihilo minus cũ eo qui paruit, ſecũdum quoſdã: vt infra de actio. & obligatio. l. ſeruus. ſed ſecũdum nos nõ tenetur obediens. vt. ĩ. de regul. iur. l. ad ea. Et vt hoc plenè videas, quæro qualiter tenet obediẽs, ſi habuit ius imperãdi: cum ſecundũ hoc iure fiat, non iniuria, ſi in ea re imperandi ius habuerit: vt quia ſeruũ alienum cũ ſua vxore inuenerit: vt. ſ. l. iiij. & l. qui occidit. aut ſi habuerit ius imperãdi aliud, non hoc, vterque debet teneri: non ſolus qui iuſſit: cum ei in damno dando ſicut in piratica facienda parere non teneatur: vt. d. l. infra de obligatio. & actio. l. ſeruus. nam cum ſeruus non teneatur domino in talibus parere: ergo nec ciuis magiſtratui, vel filius patri: vt ſupra de arbi. ſi cũ dies. §. in cõpromiſſo. vnde ſi paruit, magis quàm ſeruus debet teneri. Ruſus ſi ius imperãdi non habet, cur non tenetur: vt infra quod vi aut clam. aut qui. §. ſi quid. maximè cum aliàs facturus non erat: vt infra de iniur. nõ ſolum. §. Proculus. Idem ſi aliàs facturus erat: quia non oportet eius malitiam augeri mandando: vt infra de ſer. cor. l. j. §. perſuadere. & ſic huius. l. diſtinctio nulla eſſe videtur. Sol. ad prædicta. hîc pater vel magiſtratus ius imperandi aliàs habebat, non in ea re quam iuſſit fieri. obedienti autem ideo ſuccurritur, quia non erat atrox delictum. nec enim occidere hominem vel liberũ vel ſeruum alienum iuſſit: vel furtũ facere magnæ rei: vel rapinam. Eſt enim grauius delictum rapina, quàm damnũ datum iniuria: cum ex ea quis criminaliter accuſetur, item pecuniariter in quadruplum. Itẽ ex furto in duplum, vel quadruplũ: ſed ex damno ab initio in ſimplum tãtùm eſt actio. Item ex furto vel rapina, vel iniuria, nõ agitur niſi dolus intercedat. hîc verò ſecus: vt ſupra eo. illud. huius autem, qui paruit, dolus non adfuit: nec culpa: vnde nõ tenetur: vt hîc, & infra de reg. iur. l. nõ videtur. §. qui iuſſu. & l. is damnũ. & infra quod vi aut clã. l. is qui in puteũ. §. ſi tutoris. Item ex pretio rei, min⁹ vel maius videtur delictũ: vt infra de incend. rui. nau. l. pedius. §. j. Sciendum eſt ergo, ꝙ quędam ſunt in quibus omnino parere debet fili⁹ patri, vel ſeru⁹ domino: vt ea in quib⁹ nullum delictũ verſatur. alia ſunt in quibus nõ cogitur parere fili⁹, vel ſeruus, vel ciuis magiſtratui: ſi tamẽ pareãt excuſantur: vt in actione. l. Aquilię, & interdicto quod vi aut clã. alia ſunt in quib⁹ omnino parere non debent: vt in atrocioribus, in quibus ſi pareãt, vterq; tenetur. Item ꝙ ſubiicit, quòd ſi non habuit ius imperandi, ꝙ tenetur qui fecit: ſupple, & nihilo min⁹ qui iuſſit: vt infra de iniur. nõ ſolum. §. Proculus. & ĩ. de aqua plu. arcẽ. ſi colonus. in fi. & ĩ. de dã. infect. l. damni. §. ſi mãdato. quę ſunt cõtra, & de regul. iur. l. ad ea. & l. non videtur. §. qui iuſſu.

Filius & ſeruus nõ ſemper tenẽtur parere patri vel domino.

XXXIIII. MARCELLVS *libro viceſimoprimo Digeſtorum.*

Titio & Seio Stichum legauit. deliberãte* Seio, cum Titius vindicaſſet legatum, Stichus occiſus eſt: deinde Seius repudiauit legatum. Perinde Titius agere poſſit, ac ſi ſoli legatus eſſet:

Ius adcreſcendi fingit retro, ſicut aditio hereditatis etiam ſuper re perempta. Bal.

XXXV. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

Quia retro adcreuiſſe[a] dominium ei videretur.

XXXVI. MARCELLVS *libro viceſimoprimo Digeſtorum.*

Nam ſicut repudiante legatario[b] legatum, heredis eſt actio, perinde ac ſi legatus non eſſet:[c] ita huius actio eſt, ac ſi ſoli legatus eſſet.

Heres non poteſt agere actione legis Aquiliæ ꝓ teſtatore occiſo. nã actio impoſſibilis teſtatori, eſt impoſſibilis heredi. Bald.

Si dominus ſeruũ quem Titius mortiferè vulnerauerat, liberũ & heredẽ eſſe iuſſerit, eique[d] poſtea Meuius extiterit heres, non habebit Meuius cum Titio legis Aquiliæ actionem, ſcilicet ſecundum Sabini opinionẽ, qui putabat ad heredem actionem non tranſmitti, quæ defuncto competere non potuit.[e] Nam ſanè abſurdũ accidet,[f] vt heres pretiũ quaſi occiſi conſequatur eius cuius heres extitit. Quòd ſi ex parte eum dominus heredẽ cum libertate eſſe iuſſerit, coheres eius mortuo eo aget lege Aquilia.[g]

Obedientia debita vel promiſſa excuſat à delicto. Bal.

XXXVII. IAVOLENVS *libro quartodecimo ex Caßio.*

Liber homo ſi iuſſu alterius manu iniuriam dedit, actio legis Aquiliæ cum eo eſt qui iuſſit,[h] ſi modo ius imperandi habuit: quod ſi non habuit, cum eo agendum eſt qui fecit.

In lege Aquilia venit intereſſe in rem. & caſus ſuperueniens poſt lit. conteſtatam in re quæ erat in facultate ſoluendi, nõ excuſat debitorem. Bal.

Si quadrupes cuius nomine actio eſſet[i] cum domino quòd pauperiem feciſſet, ab alio occiſa eſt, & cũ eo lege Aquilia agitur:[k] æſtimatio non ad corpus[l] quadrupedis, ſed ad cauſam[m] eius[n] in quo[o] de pauperie actio eſt, referri debet: & tanti damnãdus eſt is qui occidit, iudicio legis Aquiliæ, quanti actoris intereſt noxæ potius deditione defungi, quàm litis æſtimatione.

XXXVIII. IDEM *libro nono Epiſtularum.*

Si eo tempore quo tibi meus ſeruus quem bona fide emiſti ſeruiebat, ipſe à ſeruo[p] tuo vulneratus eſt, placuit omnimodo me tecum rectè[q] lege Aquilia experiri.

XXXIX. POMPONIVS *libro ſeptimodecimo ad Q. Mucium.*

Quintus Mucius † ſcribit: Equa cum in alieno paſceretur, in cogendo,[r] quod * prægnas erat eiecit.[ſ] † Quærebatur, dominus eius poſſetne cum eo qui coëgiſſet, lege Aquilia agere, quia equam in iciendo * ruperat. Si percuſſiſſet, aut cõſulto vehementius egiſſet, viſum eſt agere poſſe.[t] † Quamuis[u] alienum pecus in agro ſuo quis deprehendiſſet, ſic illud expellere debet, quomodo ſi ſuum[x] deprehen-

i Actio eſſet. ſcilicet conteſtata. Accur.

k Agetur. à domino quadrupedis: & dic poſt lit. conteſta. ſuper pauperie, fuit occiſa: vt. ſ. ti. j. §. ſi poſt.

l Ad corpus. ſ. tantùm.

m Ad cauſam. id eſt ad vtilitatem.

n Eius. pecudis.

o In quo. i. ꝓpter qđ.

Si eo.] CASVS. Si ſeruũ meũ, quẽ bona fide poſſides, tuus proprius interficiat: an Aquil. mihi teneris? Et reſpon. ꝙ ſic. Viuia.

† Huc ſpectat Exod. cap. 22. 23. Deut. 22.

* quo.

† i. abortum fecit.

* eiiciendo.

† In vulg. erat lex. Quãuis. 40.

p A ſeruo. quid ſi à te? Reſpon. vt ſupra de rei vin. ſi homo.

q Rectè. ſecus in petitione hereditatis: vt. ſ. de peti. here. ſed & ſi lege. §. cõſuluit. & in ſer. cor. vt. ĩ. de ſer. cor. l. j. §. qui bona. Acc.

Quintus.] CASVS. Si cõſultò equam meam prægnantem, vt eiiceret pullum, coëgiſti, Aquil. mihi teneris. Viuia.

r In cogendo. id eſt dum cogeretur in quadam ſtrictura.

ſ Eiecit. ſcilicet illud.

t Poſſe. ſcilicet Aquilia directa: vt inſti. eod. §. cæterum. ſi autem non tetigit, tunc in factum: vt. ĩ. eo. l. ſi boues. & l. fi.

Quamuis.] CASVS. Si inuenias animal alterius in agro tuo: ipſum occidere non debes, ſed expellere debes extra: vel denũtiare domino vt recipiat animal. Viuia.

u Quamuis. aliàs incipit lex, quamuis: aliàs non: ſed. §. Põponius quamuis &c.

x Si ſuum. Not. in re aliena debere quem facere vt in ſua: vt infra de ſolu. l. j.

UNED

a *Cepit*. id eſt paſſus fuit.
b *Actiones*. ſcilicet de paſtu pecoris: vt &. ӡ. de præſcrip. ver. qui ſeruandarum. in fin.
c *Includit*. animo celandi.
d *Abigere*. id eſt deducere.

IN lege.] CASVS. Titius debebat mihi. c. ſub cõditione ſi nauis ex Aſia veniret: vel ad decennium. & hoc debitum probare poterã per inſtrumentum. venit Seius, & deleuit inſtrumentũ ita quòd nõ poteſt legi. quęritur an ſtatim poſſim cõueni re Titium. l. Aquil. ad tantam pecuniã quanta per inſtrumẽtũ probari poterat? Et dicit ꝙ ſi poſſum probare tria, duo. ſ. plenè, vnũ ſemiplene, potero agere & vincere: ſed exactio ſeu executio ſentẽtię differtur: & aut exiſtet cõditio primę obligationis: & fiet executio. aut nõ exiſtet cõditio: & tũc nõ fiet executio. Tria prædicta ſunt ob deletionẽ talis inſtrumẽti, in quo ſic cõtineretur. Itẽ ob cõtractum primũ, qualiter fuit factus. Tertium, ꝙ teſtes inſtrumenti per quos poſſum nũc probare contractũ, timetur non ſupereſſe tempore quo ſperatur exiſtere conditio: vt quia ſenes, vel regreſſuri, vel morituri. Sed hoc tertium probabit ſummatim.

* Fl. & agro.

diſſet: quoniam ſi quid ex ea re damnum cepit, [a] habet proprias actiones. [b] Itaque qui pecus alienum in * agro ſuo deprehenderit, non iure id includit: [c] nec agere illud aliter debet, quàm (vt ſupra diximus) quaſi ſuum: ſed vel abigere [d] debet ſine damno, vel admonere dominum vt ſuum recipiat.

XL. PAVLVS *libro tertio ad Edictum*.

† Videtur legi debere, An lege Aquilia, &c. Cont.

* Iſta lex eſt valde ſing. & habet tres lecturas ſecũdum Bar. hic.

IN† lege[e] * Aquilia ſi deletum chirographũ mihi eſſe dicam, in quo ſub conditione mihi pecunia debita fuerit, & interim teſtibus quoque [f] id probare poſſim, qui teſtes [g] poſſunt non eſſe eo tempore quo conditio extitit, & ſi ſummatim re expoſita ad ſuſpicionem iudicem adducam, debeam vincere. [h] ſed tunc condemnationis exactio [i] competit, cum debiti conditio extiterit. quòd ſi defecerit, [k] condemnatio nullas vires habebit.

Pro teſtamento deleto non cõpetit actio legis Aquiliæ teſtatori, ſed heredi vel legatario. Bal.

e *In lege*. id eſt in actione. l. Aquiliæ, ſecundum Azo.
f *Quoque*. id eſt quòd pecunia ſub conditione fuerit debita: quia promiſſioni interfuerunt. q. d. nõ tantùm probare poſſum deletionẽ, & quòd ita erat ibi ſcriptum, ſed etiã hoc. i. principale debitum. ſi enim ita eſſet ibi ſcriptum: & deletionem tãtùm poſſem probare: ſine dubio non ageretur Aquil. quia nõ ſequitur ſi ita probo deletum, & ita prius ſcriptum, quòd ita fuerit debitũ: D quia quaſi exemplum eſt: arg. ӡ. de fid. inſtru. quicũque. & C. de eden. auth. ſi quis in aliquo documento. Sed contra C. de prob. ſi de poſſeſſione. ſed ibi aduerſario ſurripuerat, & quia de ipſa ꝓmiſſione conditionali habebam teſtes, videbatur me non poſſe Aquilia agere. Sed contra eſt, ſi tamen præſumatur à iudice eos non eſſe futuros exiſtente conditione, vt ſubiicit.
g *Qui teſtes*. id eſt quos veriſimile eſt quòd nõ ſint eo tempore: verbi gratia ſi ſint ſenes, vel aduenæ citò receſſuri: vt. ӡ. ad Carb. l. iij. §. duæ. & hoc ſummatim debet exponi: [a] & ſi nõ petatur calumnioſè, cõdemnabitur reus. nam ſi veriſimile eſt quòd per teſtes tempore exiſtẽtis conditionis poſſet probare, nõ ageret. Illud autem ſummatim non probatur, ſed plenè ſi pecunia debita ſub conditione eo chirographo, vel non. Et no. de ſummaria cognitione ſimilia: vt dices infra ad exhi. l. iij. §. ſciendum eſt. regulariter autem contra: vt C. de iudi. l. iudices. ADDITIO. Dic ſecũdum Barto. quòd regulariter de omni caſu plenariè cognoſci- E tur. fallit in caſibus in. l. iij. §. heredum. ӡ ad exhiben.

a] Bar. hîc in pe col. ĩ verſi. quæro quid faciat iudex. dicit hãc glo. no. & ſing. & vide remiſſiones quæ tradũtur hîc in nouis interpreta. Bolo.

h *Debeam vincere*. imò videtur quòd non, tribus rationibus. Prima, quia ſi tẽpore conditionis exiſtentis iam ſuperſint teſtes, nõ agã tũc Aquilia, quia probationes alias habeo: vt. ӡ. de furt. l. qui tabulas. §. inde poteſt. &. §. apocha. &. ſ. de edẽ. l. argẽtari*. §. cum autẽ. &. ſ. e. l. qui occidit. §. j. ſi autem non ſuperſint, nec tũc agam: quia potuerã petere eos publicari ad æternam rei memoriã: vt in auth. de teſti. §. penul. col. vij. &. ӡ. de teſti. l. curent. quæ ſunt contra. vnde nõ videor pati damnum hac ratione: & ſi pendente conditione agã, ſimiliter videor excludi, cum habeã aliud auxiliũ: quia poſſum petere publicari teſtes. Sed reſpõ. quòd hîc loquitur quando pẽdente conditione agitur Aquil. quod poteſt: licet probatiões alias habeat, ſi veriſimile eſt quòd nõ ſuperſint exiſtẽte conditione: quod ſummatim iudex perpẽdet habita cognitione. nec deletor poteſt obiicere agẽti quòd nõ poſſint publicari teſtes propter delictum ſuũ: vt dicitur. ӡ. e. l. antep. & ibi- A dem notaui. vel hoc auxilium publicãdi habet actor ſuo quodã extraordinario iure. Quidam tamen dicunt ꝙ nihilo minus exiſtente conditione aget Aquilia, licèt alias probationes habeat, minus tamẽ conſequitur agẽdo: quia minus damnũ eſt quàm ſi nullas alias haberet. & quod dicit ibi in. d. §. apocha. in fi. ibi, nihil mihi videtur intereſſe. ita exponũt. i. nõ videt differẽtia eſſe ſi ſint etiã alię ꝓbationes &c. Sed hoc nõ valet: quia quare tunc differretur exactio? certè imò non differtur: vt &. ӡ. de cõdic. fur. l. ſi ſeruus. §. ꝙ ſi pẽdẽte. &. ӡ. de tab. exhi. locum. §. cõdemnatio. Prima ergo verior eſt: & ſic exactio differat: & eſt ſpeciale, ne cõtradicat duæ modò dictæ. ll. Secũda eſt ratio quare nõ videar debere vincere: quia quomodo vincã, cũ ante cõditionẽ nihil ago: vt. ſ. quãdo di. vſuſfru. lega. ce. l. j. in fi? Sed dic agi hîc ꝓpter præſens damnũ: vt & ſtatim dices in ſolutione cõtrarij. Item tertia eſt ratio quòd nõ vincam: quia iudicium non eſt de futuris: vt. ſ. de iudi. l. nõ quemadmodũ. quę eſt cõtra. Sol. hîc præſens damnũ, & præſens obligatio, & præſens actio eſt, & præſens cauſa. i. factum: & præſẽs ſentẽtia, ſed non exactio vel executio. Vel dic quòd eſt mirabile & ſpeciale & notabile in Aquilia. ſunt & alia, vt pœna inficiationis, & ſolutum indebitum ex ea cauſa. Item quòd veniat culpa leuiſſima. Tertia poſitio: quidam tamen dicũt quòd hîc inducuntur teſtes vt publicentur: quod non placet Azoni, quia ſic ſe actor excluderet ab Aquilia, parando ſibi alias perpetuas probationes: vt & modò notaui. ſed ipſi dicunt nõ agi hîc Aquilia: nec hoc hîc dicitur. & quod dicit in fi. condemnationis & cõdemnatio, ſcilicet faciendæ & facienda. & in prin. l. in. l. Aquilia. nõ dices, id eſt in actione, ſed in tractatu Aquil. & eſt plana hæc lectura: & debeo vincere in eo quod peto. peto autem fieri probationem: & ſic fertur interlocutoria ſuper hoc. Ex prędictis patet tribus modis intelligi hanc. l. vt ex hac gloſſ. colligitur. Accur.

Iudicium de futuris non eſt.

XLI. VLPIANVS *libro quadrageſimoprimo ad Sabinum*.

SI quis teſtamentum deleuerit, an damni iniuriæ actio competat, videamus. Et Marcellus libro quinto Digeſtorum dubitans negat cõpetere. Quemadmodũ enim, inquit, æſtimatio inibi- B tur? [l] † Ego apud eum notaui, in teſtatore quidem hoc eſſe verum: quia quod intereſt [m] eius, æſtimari non poteſt: veruntamen in herede vel legatariis diuerſum, [n] quibus teſtamẽta penè chirographa [o] ſunt. Ibidem Marcellus ſcribit, chirographo deleto competere legis Aquiliæ actionem.

† Inire æſtimationẽ dicimus: vt inire ratione, hoc eſt inire modũ & rationem alicuius rei æſtimandæ. Budæ* hic.

C Secretarius tenetur ad intereſſe ſi reuelat ſecretum. h. d. & ad hoc allegatur iſte. §. Bald.

Sed & ſi quis tabulas teſtamenti apud ſe depoſitas deleuerit, [p] vel pluribus præſentibus legerit, vtilius eſt in factum & iniu-

i *Exactio*. Not. mirabile, ſcilicet actionem in factum re iud. vltra quadrimeſtre vel bimeſtre tempus extendi: aliàs contra: vt C. de vſu. rei iu. l. ij. &. ӡ. de re iud. l. debitoribus. & facit. ſ. de peti. hered. quod ſi in diem. Accur.
k *Defecerit*. ſcilicet conditio. Accur.

SI quis.] CASVS. Quidam deleuit teſtamentũ alterius. Aquil. nõ tenetur quo ad teſtatorem: ſed heredes & legatarii agere poſſunt Aquil. Cætera plana ſunt vſque ad. l. ob id. Viuianus.

l *Inibitur*. aliàs habebitur. aliàs habetur, & aliàs inhibetur. Accurſius.
m *Intereſt*. quod dicitur non intereſſe teſtatoris: verum eſt propter relicta. ſed nonne poteſt intereſſe propter linum & ceram, ſilum & ſimilia? Reſpon. ſic, propter quæ agitur Aquilia.
n *Diuerſum*. ideo diuerſum, quia eorũ intereſt: non tamen aperit quòd Aquilia detur. eſt tamen verum quòd datur hereditate adita: ſed prius facta deletione datur de dolo: vt. ӡ. eo. l. qui tabulas. in fin. &. ſ. de dolo. l. ſi quis tabulas. in fi. Accur.
o *Penè chirographa*. nõ verè. nam chirographum dicitur ſcriptura quam quis ſua manu emittit in ſuum prejudiciũ: quod teſtator non facit. Vel largius accipe chirographum pro quolibet inſtrumento. & dic quòd pene dicit, quia heres neminem habet obligatum: magis autem ipſe obligatur: creditor vero habet. Itẽ quia in chirographo vertitur lucrum tantùm, in teſtamento & onus, ſecundum Azo. & ſecũdum hoc dictio quibus, ad heredes tantùm refertur. Accur.

Chirographum quid ſit.

p *Deleuerit*. poſt aditam hereditatem.

*Publicauit.*

UNED

A riarum agi, ſi iniuriæ faciendæ cauſa ſecreta iudiciorum publicauit.[a] Interdum euenire Pomponius eleganter ait, vt quis tabulas delendo, furti non teneatur, ſed tantum damni[b] iniuriæ: vtputa ſi non animo furti faciendi, ſed tantùm damni dandi deleuit. nam furti non tenebitur. cum facto[c] enim etiam animum furis furtum exigit.[d]

XLII. IVLIANVS *libro quadrageſimooctauo Digeſtorum.*

QVi tabulas teſtamenti depoſitas, aut alicuius rei inſtrumentum ita deleuit, vt legi non poſſit, depoſiti actione, & ad exhibendum[e] tenetur: quia corruptam rem reſtituerit, aut exhibuerit. Legis quoque Aquiliæ actio[f] ex eadem cauſa competit. corrupiſſe enim tabulas rectè dicitur & qui eas interleuerit.

In lege Aquilia venit damnum datum etiã hereditate iacẽte. Bar.

XLIII. POMPONIVS *libro nonodecimo ad Sabinum.*

OBid quòd antequam hereditatem adires, damnũ admiſſum in res hereditarias eſt,[g] legis Aquiliæ actionem habes, quod poſt mortem eius cui heres ſis, acciderit. Dominum enim lex Aquilia appellat[h] non vtique[i] eum qui tunc fuerit cum damnum daretur. Nam iſto modo[k] ne ab eo quidem cui heres quis erit, tranſire ad eum[l] ea actio poterit:[m] neque ob id[n] quod tum commiſſum fuerit cũ in hoſtium poteſtate eſſes, agere poſtliminio reuerſus poteris. & hoc aliter[o] conſtitui ſine magna captione poſtumorum liberorum qui parentibus heredes erunt, non poterit. Eadem dicemus & de arboribus eodem tempore furtim cæſis. Puto eadem dici poſſe etiam de hac actione quod vi

E aut clam: ſi modò quis aut prohibitus fecerit, aut apparuerit eum intellegere debuiſſe,[p] ab eis ad quos ea hereditas pertineret, ſi reſciſſent, prohibitum iri.

XLIIII. VLPIANVS *libro quadrageſimoſecundo ad Sabinum.*

IN lege Aquilia & leuiſſima[q] culpa venit. Quotiens ſcien-

B te domino ſeruus vulnerat vel occidit, Aquilia dominum teneri[r] dubium non eſt.

XLV. PAVLVS *libro decimo ad Sabinum.*

SCientiam hîc pro patiẽtia accipimus: vt qui prohibere potuit,[s] teneatur ſi non fecerit.

Not. quòd licèt vulneratus ſit liberatus, tamen poteſt agi de vulnere. quod not. & tene menti. Bal.

Lege Aquilia agi poteſt & ſa-

C nato vulnerato ſeruo.[t] Si meum ſeruum cum liberum[u] putares occideris, lege Aquilia teneberis.

Cum ſtramenta ardentia tranſilirent, duo[x] concurrerunt, ambóque ceciderunt, & alter flamma conſumptus eſt. nihil eo nomine poteſt agi, ſi non intellegitur vter ab vtro euerſus ſit.[y]

Quod fit ad defenſam, pœnam non meretur. Bald.

Qui cum aliter tueri ſe non poſſent, damni culpam dederint, in-

D noxij ſunt. Vim enim* vi[z] defendere † omnes leges omniáque iura permittunt.[a] Sed ſi defendendi mei cauſa lapidem in aduerſarium miſero, ſed non eum ſed prætereuntem percuſſero, tenebor[b] lege Aquilia. Illum enim ſolum qui vim infert, ferire conceditur: & hoc ſi tuendi dũtaxat, non etiam vlciſcendi[c] cauſa factum ſit. Qui idoneum* parietem ſuſtulit, damni iniuria domino eius tenetur.

XLVI. VLPIANVS *libro quinquageſimo ad Sabinum.*

* Non indiſtinctè, ſed ĩtra duas horas, aiunt Græci ad hunc locum.

† Hic habes tex. optimũ: & adde Angel. in l. I. ĩ. ad leg. Cor. de ſic. & cõcor. tex. I cap. quia. 64. diſt.

* Secus ſi ruinoſum.

a *Publicauit.* paupertatem teſtatoris manifeſtando: vt C. quando & quibus quarta pars. l. ij. §. ſed vbi. Azo. & leg. Cor. de falſis tenetur: vt infra de pœnis. ſi quis aliquid. §. qui viui. & etiam iniuriarum: vt. ĩ. depoſi. l. j. §. ſi quis tabulas.

b *Damni.* ſed & ſi non habuit animum damni dandi, tenetur: vt ſupra eo. ſed & ſi. §. iniuriam. & l. ſi ſeru⁹ ſeruum. §. ſi fornacarius. & in puero: vt in. §. & ſi puerum. in. l. ſi ſeru⁹ ſeruum.

c *Cum facto.* id eſt cum contrectatione.

d *Exigit.* ſcilicet vt ſit furtum: cũ furtum ſine affec. &c. vt inſtitut. de ob. ex delic. §. placet. vt quia erat debitor qui ſurripuit.

e QVi tabulas. *Ad exhibendũ.* Hac actione videtur non teneri, primò per. l. C. ad exhibẽ. l. exhibitionis. quæ eſt contra. Solut. ibi non erat mutata forma rei: hîc ſic. ar. infra ad exhiben. l. Iulianus ſcribit. §. ſed & ſi quis. Secũdò, quia alibi dicitur dari de dolo: quod nõ eſſet ſi hîc daretur: vt ſupra de dolo. l. ſi quis tabulas. quæ eſt cõtra. Solu. hîc depoſitę erãt vt heredi reſtituerẽtur: ibi vt perpetuò eſſent apud depoſitariũ. vel hîc tabularũ dominus, ibi non: vel hîc hereditatem adiit, ibi non. vel ſolue vt ibi.

f *Aquiliæ actio.* ſcilicet vtilis, vel in factum: vt ſ̃. l. proxi. §. penul.

OBid.] CASVS. Titi⁹ inſtituit me heredẽ: & antequã adirem, Seius dedit damnũ in her. poſtea obiit. quæritur an competat mihi. l. Aquil. act? Et dicitur quòd ſic: cum ſim dominus illarũ rerum in quib⁹ fuit damnum illatum: licèt tũc non eram. ſi aliter dicas, tria ſequerẽtur inconuenientia. Primo, quia ſi de hered. ad heredem act. non tranſiret: eadem ratione nec de eo cui cœpit competere, ad here. tranſiret: quod eſt falſum: quia trãſit. Item ſecundò, quia ſi damnum daretur in rebus capti ab hoſtibus, non daretur ei actio reuerſo: quod iniquum eſſet. Tertiò, quia ſi daretur damnum in rebus Titij quõdam, antequam poſthumus futurus her. adiret: poſthumo poſtea nato act. l. Aquil. non daretur: quod eſſet iniquum. igitur oportet vt ad heredem tranſeat hæc actio. hoc duobus probat exemplis. vnum eſt in actione arborũ furtim cæſarum. aliud eſt in actione ſeu interdicto quod vi aut clam: quæ competit here. pro eo quod iacente here. factũ eſt. Viuianus.

g *Eſt.* id eſt ob id damnum quod &c. Azo. Sed videtur non dari occaſione talis rei heredi actio furti: vt. ĩ. de furtis. l. hereditariæ. quæ eſt contra. Solu. aliud in actione furti, vt ibi, & aliud in actione iſta.

h *Appellat.* vt &. ſ̃. ea. item Mela. §. legis.

i *Non vtique.* ſcilicet tantùm. Ioan.

k *Modo.* ſi præſentem dominum tantùm appellaret.

l *Ad eum.* ſcilicet heredem. Ioan.

m *Poterit.* eſt enim hæc actio perſonalis: vnde ad vniuerſalem nõ ſpecialem ſucceſſorẽ trãſit: ſicut nec aliæ præter duas. i. actionẽ quæ oritur ex interdicto de itine. actúq; priua. vt. ĩ. de iti. actúque priua. l. iij. §. hoc interdictũ. & §. ſed & ſi quis. Et præter illã quæ oritur ex interdicto quod vi aut clam: vt. ĩ. quod vi aut clã. l. is qui in puteum §. ſed & ſi poſtea. ſecundum Azo.

n *ob id.* ſ. damnum.

o *Et hoc aliter.* ſcilicet quàm diximus. Accur.

p *Debuiſſe.* ne melioris conditionis, &c. vt infra quod vi aut c. ã. l. ſeruus.

IN lege.] CASVS. Propter leuiſſimam culpam quis hac act. tenetur, ſi damnum det. Cætera plana ſunt vſque ad. l. ita vulnerat⁹. Viuianus.

q *Leuiſſima.* niſi in duobus caſib⁹: vt. ſ̃. e. ſi putator. & infra de adqui. re domi. homo liber. §. j. Accur.

r *Teneri.* & inſolidum.

s SCientiam. *Potuit.* vt & C. de noxali. ſi ſeruus igno. & hoc ſiue de iure, ſiue de facto potuit prohiberi: vt. ĩ. de noxa. l. in omnibus. ſecundum Azonem.

t *Vulnerato ſeruo.* ſ. ratione expẽſarum & operarum: vt. ſ̃. eo. ſi ſeruus ſeruum. §. rupiſſe.

u *Cum liberum putares.* fortè idem facturus ſi ſciſſes: vt in iniuria: vt ĩ. de iniur. item apud. §. interdum.

x *Duo.* ſcilicet homines.

y *Euerſus ſit.* Arg. contra. ſ̃. eo. item Mela. §. ſed ſi plures. & ĩ. ti j. l. j. in fi. & l. ij. Accur.

z *Vim enim vi.* vt. ſ̃. de iuſti. & iur. l. vt vim. vt. ſ̃. quod met. cau. l. ſed & partus. §. j.

a *Permittunt.* eo ipſo quòd non prohibent: vt ſupra ex quib. cau. ma. l. necnon. §. ſed quod eis. Azo.

b *Tenebor.* veritate inſpecta potius quàm meo cogitatu: vt infra de iniu. l. eum qui. §. ſi iniuria. &. ĩ. quod vi aut clam. l. aut. §. & ſi quis dum. & infra de ſer. corrupt. l. doli mali. §. ſi quis dolo. Sed ar. contra infra de iniu. item apud. §. interdum. & l. ſi cum ſeruo. ſed illud in illa actione iniuriarum: ſecus in iſta. vel dic vt not. in d. §. ſi iniuria. Item argu. contra. ĩ. de his quę in teſt. delen. l. ij. ibi, non magis quàm ſi &c. Accur.

c *Vlciſcendi.* Not. quòd incontinenti licet vim vi repellere, & eodem modo. Item nõ ad vltionem, ſed ad defenſionem: vt hîc &. ĩ. eo. ſi ex plagis. §. j. & C. vnde vi. l. j. &. ſ̃. eo. ſed & ſi quemcũque. circa prin. Sed videtur etiam ad vltionem permitti: vt C. de metat. l. deuotũ. quæ eſt cõtra. Sed certè nomẽ vltionis, ponitur

